Cum autem ea de re disputatio magna excitata esset (inexpugnabilis namque et contentionis maxime studiosa improbitas est), Spiritui sancto et egregiis illis qui convenerant viris placuit, ut decretum fidei in libello describeretur, et controversiæ judicium atque decisio laudatissimæ martyri et virgini Euphemiæ committeretur. A majoribus illa suis civis et alumna urbis Chalcedonensis fuit. Sub impio autem Diocletiano, pro detestandi cujusdam præsidis tribunali consistens, Christum Deum esse et Dei Filium clara voce deprædicavit. Quapropter plurimis primum cruciatibus excarnificata, et bestiis tandem objecta, ursæque morsu enecta, certamine pro Christo peracto, coronam recepit : et divinum corpus ejus integrum atque incorruptum asservatum apud ecclesiam Chalcedonensem marmoreo tumulo repositum est, talia edens prodigia, qualia paulo ante commemoravimus. **594** Itaque immaculato et sacro corpori ejus veluti sincero judici, orthodoxi et rectam sententiam obtinentes, simul et qui aliter opinarentur, fidei suæ arbitrium committentes, utrique seorsim fidei formulam in libellum suum relatam, et chartam utramque clausulis atque sigillis obfirmatam, ad martyris pedes deposuere. Et nocte proxima precationibus consumpta, postridie venerunt, et monumenti operculo remoto, spectaculum novum rectoque judicio dignum conspexere. Nam orthodoxorum recteque sentientium libellus perquam tenaciter victricis illius martyris manibus continebatur : alter autem, tanquam res vana et nullius pretii, temere ad pedes illius projectus jacebat. Postea quam vero post cœlestem hunc calculum adhuc impudentia contra veriorem fidem pugnaret, condemnatio amplius etiam ut valde legitima confirmata est : et qui decretis synodi consentire noluerunt, ii ignominiam et probrum a Deo et homini-

Digitized by Google

bus sunt consecuti. Hæresis ipsius dux Gangram exsul abductus est. Qui autem a Dioscoro condemnati proscriptique fuerant, de synodi sententia et imperatoris consensu revocati sunt. Atque ubi alia conceptum verbis promulgavit :

σει καὶ νεύμασι τοῦ κρατοῦντος ἀνακλήσεως ἔτυχον. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων πεπραγμένων, ὅρος τῇ συνόδῳ ἐξεφωνήθη, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιών·

etiam pleraque acta sunt, decretum synodus hisce

CAPUT VI.

Decretum fidei sanctæ universalis quartæ synodi.

« Dominus (1) et Salvator noster Jesus Christus, fidei doctrinam discipulis confirmans, *Pacem*, inquit, *meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [1], ut nemo a veræ pietatis dogmatibus dissonet, sed ex æquo omnes veritatis doctrinam prædicent. » Et postea sancto Nicæno Symbolo, et centum atque quinquaginta sanctorum Patrum decreto lecto, intulerunt : « Satis igitur ad perfectam veræ pietatis B cognitionem et confirmationem esset, sapienter conceptum et salutare istud divinæ gratiæ Symbolum. De Patre etenim et Filio et Spiritu sancto absolutam doctrinam continet, et inhumationem Domini cum fide eam recipientibus astruit. Quandoquidem autem veritatis inimici, qui abolere per hæreses suas prædicationem contendunt, inaniloquentiam peperere, **595** et nonnulli sacrosanctam Domini nostra gratia susceptam dispensationem adulterare, et vocem hanc Θεοτόκος, Dei Genitrix, pernegare ausi sunt, aliqui vero confusionem mistionemque inducentes, unam esse carnis et divinitatis naturam inconsiderate fingunt, divinamque Unigeniti naturam per confusionem perpessioni C obnoxiam prodigiose asserunt : hæc ipsa nunc sancta et magna universalis synodus, omnem illis fraudem et machinationem adversus veritatem præcludere volens, et integritatem infirmitatemque veteris doctrinæ vindicans, in primis statuit, ut sanctorum trecentorum Patrum fides inviolata constet. Deinde et eorum qui in urbe imperante adversus Spiritus sancti hostes posterioribus temporibus convenerunt, centum quinquaginta Patrum, de Spiritus essentia doctrinam auctoritate sua confirmat : quam illi Patres omnibus notam esse voluerunt, non ut aliquid quod majoribus ignotum fuisset, inducerent, sed ut Spiritus sancti naturam, quædam de illius potestate obtinere volentes, testimoniis in scriptum relatis, clarius promulgarent. D Propter eos vero qui œconomiæ et dispensationis mysterium depravare audent, et qui ex Maria Virgine natus est, merum hominem esse impudenter et conviciose dicunt, beati Cyrilli, qui Alexandrinæ Ecclesiæ pastor fuit, synodales epistolas ad Nestorium et Orientales episcopos datas, quod recte scriptæ sint, cum ad Nestorii vesanam dementiam refutandam, tum ad sententiam salutaris Symboli, eis qui eam pio ardore requirunt, declarandam, recepit : quibus epistolam quoque maximæ urbis veteris Romæ antistitis, beatissimi et sanctissimi ar-

[1] Joan. xiv, 27.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου τῆς πίστεως.

« Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν, ἔφη· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν·* ὡς μηδένα διαφωνεῖν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἐπίσης τὸ τῆς ἀληθείας ἐνδείκνυσθαι κήρυγμα. » Καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ θείου συμβόλου, καὶ πρός γε τὸ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων Πατέρων, ἐπήγαγον· « Ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περί τε γὰρ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν· ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἀθετεῖν ἐπιχειροῦσι τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων κενοφωνίας ἀπέτεκον· οἱ μὲν τὸ τῆς δι' ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον παραφθείρειν τολμήσαντες, καὶ τὴν *Θεοτόκος* ἐπὶ τῆς Παρθένου φωνὴν ἀπαρνούμενοι· οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ πρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνοήτως ἀναπλάττοντες, καὶ παθητὴν τὴν θείαν τοῦ Μονογενοῦς τῇ συγχύσει τερατευόμενοι. Διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς κατὰ τῆς ἀληθείας ἀποκλεῖσαι μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἁγία καὶ μεγάλη οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδικοῦσα, ὥρισε προηγουμένως τῶν τριακοσίων ιη' ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. Καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνους ὕστερον παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ρν' συνελθόντων Πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθείσης κυροῖ, ἣν ἐκεῖνοι πᾶσιν ἐγνώρισαν οὐχ ὥς τι λεῖπον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ τὴν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ, ἵνα κατὰ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν αὐθεντεῖν πειρώμενοι, γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες. Διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθείρειν τολμῶντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν παρὰ τῆς ἁγίας Παρθένου τεχθέντα Μαρίας ἀναιδῶς λοιδοροῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός γε Νεστόριον καὶ πρὸς τοὺς τῆς Ἀκατολῆς ἐπισκόπους ἁρμοδίους οὔσας ἐδέξατο, εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν ἐν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μείζστης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης προέδρου τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκό-

(1) L. *Quoniam venerabilis* (C. De episc. et cleric. L. *Quicunque in hac.* C. De hæret. et Manich.)

Digitized by Google

που Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανὸν, ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Εὐτυχοῦς κακονοίας· ἥντινα τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν, κοινήν τινα στήλην ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν. Τοῖς τε γὰρ εἰς υἱῶν δυάδα τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾷν ἐπιχειροῦσι μυστήριον παρατάττεται, καὶ τοὺς παθητὴν λέγειν τολμῶντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγων· καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται· καὶ τοὺς οὐράνιον ἢ ἑτέρας τινὸς οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τοῦ δούλου μορφὴν παραπαίοντας ἐξελαύνει. Καὶ δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀναθεματίζει. Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ Θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν Υἱὸν καὶ Κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων ἀνῃρημένης διαφορᾶς διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐχ ὡς εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν Πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον. »

chiepiscopi Leonis, ad eum qui in sanctis est archiepiscopum Flavianum, refellendæ Eutychetis malevolentiæ gratia scriptam, quæ beati Petri confessioni convenit, et adversus perperam et male sentientes, quasi quædam communis et publica columna est, ad dogmata recta confirmanda, merito conjunxit. Nam adversus eos qui dispensationis mysterium, in duos filios distrahere conantur, pugnat : et eos qui Unigeniti divinitatem perpessioni obnoxiam esse dicere audent, sacris conventibus excludit. **596** Tum autem eis quoque qui in duabus Christi naturis mistionem et confusionem comminiscuntur, resistit. Eos præterea qui cœlestis aut alterius cujusquam essentiæ esse delirant quam ex nobis sibi assumpsit servi formam, proscribit. Eos denique, qui duas quidem ante unionem Domini naturas profitentur, unam autem post unionem faciunt, anathemati subjicit. Itaque Patrum vestigiis insistentes, unum atque eumdem profitemur esse Filium, Dominum nostrum Jesum Christum : et una voce omnes deprædicamus perfectum eumdem in divinitate, et perfectum eumdem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eumdem ex rationali anima et corpore consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre secundum divinitatem, in extremis autem diebus eumdem, propter nos et propter nostram salutem, ex Maria Virgine et Dei Genitrice secundum humanitatem genitum, unum et eumdem Jesum Christum Filium et Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, insegregabiliter cognitum atque deprædicatum : haudquaquam naturarum differentiam unione tollente, sed proprietatem potius utriusque naturæ conservante, quæ in personam unam concurrit : non veluti in duas personas dispertitum aut divisum, sed unum et eumdem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum nostrum Jesum Christum : quemadmodum antiquitus prophetæ, et ipse de seipso nos docuit Christus, et Symbolum Patrum nobis tradidit. »

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ τῶν ἄλλων ἃ ἡ σύνοδος διετάξατο.

Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, εἴτ' οὖν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προχομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς βούλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ ἐξ ἑτέρας αἱρέσεως οἵας δή ποτε, τούτους, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοί, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι. Μετὰ

597 CAPUT VII.

De reliquis rebus, quas synodus statuit.

His igitur cum cura et diligentia omni a nobis constitutis, sancta et universalis synodus decrevit, ut nemini liceat aliter sentire, aut fidem aliam proferre, vel conscribere, vel componere, vel alios docere. Quicunque autem ausi fuerint fidem aliam componere, aut proferre, aut docere, aut symbolum aliud eis tradere qui ex Græca superstitione et Judaismo, vel alia quacunque hæresi convertere se ad veritatis cognitionem voluerint, eos, siquidem episcopi aut clerici fuerint, ab episcopatu et clero alienos, sin autem monachi aut laici fuerint, anathemati subjectos esse debere. Post hæc imperator Marcianus, qui synodo interfuit, ubi ea quæ par erat,

Digitized by Google

pro concione dixit, in imperialem est reversus aulam. Synodus autem controversiam quoque quæ Maximo Domni in ecclesia Antiochena successori, et Juvenali Hierosolymitano episcopo, de provinciarum finibus intercessit, rite et ordine decidit. Adhæc et Theodoretus et Ibas thronos suos receperunt. Constitutum etiam ibi, ut sedes novæ Romæ secundas a veteri Roma, ab aliis autem thronis primas ferret. Plurima insuper alia in concilio hoc acta, quæ omnia initio altius repetito, in fine hujus tomi, pro eo atque potero oratione persequar, ut quivis clarius res ibi gestas cognoscat. Importunum namque quodammodo esse duxi, si in præsentia eas referrem, ne historiam perpetuam interpolarem. Qua etiam de causa fusius ea nunc tractare nolui. Proinde qui exacte synodi istius res cognoscere cupit, compendiosam illam narrationem, quæ ad finem quindecimi hujus libri adjecta est, legat. Nunc porro ad historiam continuandam progrediar.

A δὲ τοῦτο καὶ βασιλεὺς αὐτὸς Μαρκιανὸς ἀνὰ τὴν σύνοδον γεγονὼς, τὰ εἰκότα δημηγορήσας, ἐπανῆκεν αὖθις ἐς τὰ βασίλεια. Ἡ δὲ συγόδος καὶ περὶ τῶν συμβάντων Μαξίμῳ τε τῷ Ἀντιοχείας, ὃς διάδοχος Δόμνου καθίστατο, καὶ Ἰουβεναλίῳ τῷ Ἱεροσολύμων, περὶ ὅρων ἐπαρχιῶν, καλῶς καὶ ὡς ἐχρῆν διῳκήσατο. Ἐπὶ δὴ τούτοις καὶ Θεοδώρητος καὶ Ἴβας τοὺς οἰκείους θρόνους ἀπέλαβον. Ἐδόκει δὲ ταύτῃ καὶ τὸν θρόνον τῆς νέας Ῥώμης ἐκ τῶν δευτερείων τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης τῶν ἄλλων φέρεσθαι τὰ πρωτεῖα. Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα τῇ συνόδῳ κεκίνηται, ἃ δὴ πάντα ἄνωθεν ἀναλαβὼν, ὡς οἷόν τε ἐπιδραμοῦμαι τῷ λόγῳ μετὰ τὴν τοῦ παρόντος τόμου συμπλήρωσιν· ἵν' ἐξῇ τῷ βουλομένῳ γινώσκειν τῶν πραχθέντων τὴν δήλωσιν. Ἀκαιρον γάρ πως ὤφθην ἐπὶ τοῦ παρόντος θεῖναι, ἵνα μὴ τὸ τῆς ἱστορίας συνεχὲς διακόψω. Τοῦδε γὰρ εἵνεκα οὐδ' ἐς πλάτος ἐπεξελθεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος δεῖν ἔγνων. Ὅθεν ὁ τἀκριβὲς τῆς συνόδου μαθεῖν ὀριγνώμενος κατ' ἐκεῖνο τῆς ἐπιτομῆς ἴτω, πρὸς τῷ τέλει τοῦ παρόντος πεντεκαιδεκάτου τόμου, ἧπερ μοι εἴρηται, κείμενον. Ἐγὼ δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας πορεύσομαι.

598 CAPUT VIII.

De seditione Alexandriæ, propter Proterii successoris Dioscori ordinationem coorta.

Synodo huic interfuere ex veteri Roma Pascasinus, Lucentius, et Bonifacius, Leonis Romani antistitis locum obtinentes. Interfuit et Anatolius novæ Romæ episcopus, Maximus Antiochiæ ad Orontem, Juvenalis Hierosolymorum, et ipse Dioscorus Alexandriæ, præsules: qui, sicuti diximus, exauctoratus, et ad exsilium damnatus, Gangrensem regionem in Paphlagonia incolere est jussus. Porro episcopatum Alexandrinum communi synodi consensu divinus Proterius sortitus est. Et cum is thronum suum reciperet, ingens multitudini incessit certamen, turba et tumultus, vulgus in varias scindens sententias. Quemadmodum enim ejuscemodi temporibus evenire solet, alii fortiter, quæ maxima pars erat, novum pastorem defendebant: aliis Dioscorus ecclesiasticæ provinciæ administrandæ idoneus magis esse videbatur. Et res in magnum discrimen processit. Priscus namque orator in historiis suis se eo tempore scribit ex Thebæorum provincia Alexandriam venisse, et turbam ingentem vidisse, seditionem adversus magistratus moventem: et cum milites inhibere eam contenderent, pro telis, saxis ipsis, quæ ex tempore passim jacentia rapuit, usam, illos fugere compulisse, ad templum quod olim Serapidis nomen habuit. Fuit autem Serapis Jupiter, aut Nilus, aut Apis (1), quidam in urbe Memphitica vir, qui famis tempore de suo Alexandrinis frumentum subministravit. Ei vero defuncto templum et statuam sacrarunt, in quo etiam bos insignia quædam et notas habens nutritus est, in agriculturæ, quantum conji-

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῆς γενομένης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στάσεως διὰ τὴν χειροτονίαν Προτερίου τοῦ μετὰ Διόσκορον.

Ἦσαν μὲν οὖν πληροῦντες τὴν σύνοδον ἐκ μὲν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Πασκασῖνός τε καὶ Λουκέντιος καὶ Βονιφάτιος, τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ Ῥώμης προέδρου· παρῆν δὲ καὶ Ἀνατόλιος ὁ τῆς νέας Ῥώμης ἐπίσκοπος, Μάξιμός τε Ἀντιοχείας τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ. Ἰουβενάλιός τε ὁ Ἱεροσολύμων, καὶ αὐτὸς Διόσκορος τὴν Ἀλεξάνδρου ἱερατεύων· οὗ καὶ καθαιρεθέντος, ὡς εἴρηται, καὶ χώραν τὴν Γαγγρηνῶν τῶν Παφλαγόνων κατακριθέντος οἰκεῖν, ὁ θεῖος Προτέριος ψήφῳ τῆς συνόδου κοινῇ τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπὴν ἐκληροῦτο. Ἐπεὶ οὖν τὸν οἰκεῖον θρόνον κατέλαβε, πολλή τις εἰσέρρει τὰ πλήθη ἀμφιβολία, ταραχή τε ἅμα καὶ θόρυβος πρὸς διαφόρους γνώμας διαμερίζων. Καὶ οἷάπερ τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, οἱ μὲν τοῦ νέου ποιμένος γεννικῶς μάλα ἀντείχοντο, τοῖς δὲ Διόσκορος μᾶλλον ἐδόκει ἁρμοδιώτερος· καὶ εἰς μέγα τὸ δεινὸν ἐπεχώρει· Πρίσκος γάρ φησιν ὁ ῥήτωρ ἱστορῶν, τηνικαῦτα ἐκ τῆς ἐπαρχίας Θηβαίων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐλθεῖν, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον θεάσασθαι μάλα στασιάζοντα πρὸς τὸ ὑπερέχον· καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐπιχειρούντων διακωλύειν, ἀμυντηρίῳ ἐκ τοῦ σχεδὸν τοῖς ἐρριμμένοις τῶν λίθων χρήσασθαι· καὶ συνελάσαι περὶ τὸ ἱερὸν ὃ πάλαι τοῦ Σεράπιδος ὄνομα εἶχε. Σέραπις δ' ἐστὶν ὁ Ζεὺς, ἢ ὁ Νεῖλος, ἢ Ἄπις τις ἀνὴρ ἐν Μέμφιδι πόλει· ὃς λιμοῦ γενομένου ἐκ τῶν ἰδίων Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπήρκεσεν· ᾧ τελευτήσαντι νεών καὶ στήλην ἱδρύσαντο· ὅπου δὴ καὶ βοῦς ἐπίσημά τινα ἔχων διετρέφετο, εἰς σύμβολον, ὡς εἰκάσαι, τῆς γεωργίας· ὃν καὶ αὐτὸν Ἆπιν ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ ἐκάλουν. Τὴν δὲ

(1) Suid. addit, *aut Joseph.* Scribit is quoque, in capite ejus fuisse modium et cubitum, quo Alexandrini auctum Nili mensi sunt: et templum id ab Alexandro esse conditum.

Digitized by Google

σορὸν τοῦ Ἄπιδος ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου μεταγαγόντες εἰς τὸν ναὸν, Σόραπιν ἐκάλουν αὐτοῦ τὴν στήλην, ἢ καὶ Σέραπιν μεταθέσει τῶν στοιχείων. Οὗ νεὼς πάγκαλος καὶ ἄγαλμα μέγιστόν τι καὶ φοβερώτατον ἐκ διαφόρου ὕλης ἐσκευασμένον, ὡς ἑκατέρᾳ χειρὶ ἑκατέρου τοίχου ἐφάπτεσθαι. Ἐν δὲ μέσῳ τοῦ ἀγάλματος νεὼς ἕτερος πλάνης ἦν, ᾧ καὶ ξόανον ἕτερον χαλκοῦν, οὐ μέγα δὲ ἀπῳώρητο, οὗ τῇ κεφαλῇ ἐνείραντες σίδηρον, καὶ τοῖς τῆς στέγης φατνώμασι μαγνῆτιν λίθον κατὰ κάθετον θέμενοι, εἰς ἀέρα τοῦτο μεθῆκαν μετέωρον, καὶ οὔτε γῆς οὔτε στέγης αὐτῆς ἐφαπτόμενον. Ἐκεῖσε τοίνυν τοὺς ἄρχοντας συνελάσαι καὶ ζωγρῆσαι, ἔπειτα παραδοῦναι πυρί. Ἃ δὴ βασιλέα μαθόντα, δισχιλίους ἐκπέμψαι, οἳ καὶ ἐπιφόρου πνεύματος εὐτυχήσαντες, δι' ἓξ ἡμερῶν, τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλει προσίσχουσι. Καὶ παροινίᾳ πολλῇ χρησάμενοι ἔς τε τὰς γαμετὰς καὶ θυγατέρας τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπὶ πολλῷ δεινοτέρους τῶν προτέρων πειρᾶσθαι. Ὡς ἀγανακτήσαντα τὸν δῆμον, δέησιν Φλώρῳ προσάγειν ὃς τῶν στρατιωτικῶν ἡγεῖτο ταγμάτων, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν πολιτικὴν διεῖπεν ἀρχήν, ἀνὰ τὴν ἱπποδρομίαν γενέσθαι· ὥστε τὴν ἐξ ἔθους χορηγίαν αὐτοῖς τοῦ σίτου ἣν παρ' ἐκείνων ἀφῄρηντο, ἔδοσαι, τά τε βαλανεῖα, καὶ θέατρα, καὶ ὅσων ἄλλων τῷ οὕτως ἀτακτεῖν ἀπέσχοντο. Τὸν δὲ ὡς ἤτουν πρᾶξαι σὺν εἰσηγήσει καθυπισχνούμενον, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον διαλῦσαι μετρίως τὴν στάσιν. Καὶ τὰ μὲν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐν τούτοις ἦσαν.

A cere licet, signum atque indicium: quem ipsum Apim quoque, eodem scilicet eum hero suo nomine vocabant. Hominis autem istius loculo, qui σορὸς est Græce, in templum translato, Sorapim statuam ejus nominarunt, aut Serapim etiam, per litterarum mutationem. Cujus templum pulcherrimum fuit, et simulacrum longe maximum, maximeque horrendum, ex varia materia ita compactum, ut utraque manu utrumque parietem attingeret. In medio vero simulacro templum aliud erroneum fuit, **599** in quo effigies alia ærea non magna suspensa erat, cujus capiti ferrum immiserant. Et cum in tecti laquearibus magnetem lapidem juxta perpendiculum collocassent (1), sublimem eam in aerem ita promittebant, ut neque terram, B neque tectum ipsum attingeret. In hoc ipsum templum populus magistratus compulit, et deinde vivos captos igne concremavit. Quæ res ubi ad imperatorem est delata, duo millia militum eo misit, qui secundo vento sexto die ad magnam Alexandriæ urbem appulerunt. Ii petulanti insolentia in conjuges et filias Alexandrinorum usi, gravioribus eos quam quas antea experti fuerant, affecere ærumnis. Plebs autem indigne eas ferens, a Floro tandem, qui rem militarem administrabat, tum autem ibi urbanas quoque res curabat, cum ad Circenses ludos spectandos congregata esset, petiit, ut quæ ei ablata fuerat, frumenti solitam largitionem relinqueret, balneaque et theatra, aliasque res quibus in tam dissoluto et perturbato civitatis statu abstinere cogebatur, redderet. Quod ille, sicuti vulgus voluerat, pollicitationibus interpositis se facturum recepit. Atque ad eum modum seditionem sensim sedavit. Res Alexandrinæ sic habebant.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὡς καὶ ἐν Παλαιστίνῃ στάσις ἐχώρει, Θεοδοσίου τινὸς μοναχοῦ ταύτην κινοῦντος, ὃς καὶ τὸν τῶν Ἱεροσολύμων ἁρπάζει θρόνον, ἐξώσας Ἰουβενάλιον· καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ γενόμενα· καὶ περὶ Ἀθανασίου διακόνου τοῦ ὁμολογητοῦ.

CAPUT IX.

C *Ut in Palæstina quoque seditio exstiterit, a Theodosio quodam monacho excitata: qui etiam Hierosolymorum invasit sedem, Juvenali expulso: et quæ sub eo acciderint. Item de Athanasio diacono confessore.*

Οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὐδ' ἐν Παλαιστίνῃ ἠρέμα εἶχον. Τῶν τινες γὰρ μοναχῶν, οἳ τῇ συνόδῳ παρῆσαν, καὶ τἀναντία ταύτῃ ἐφρόνουν, ἀνὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ἥκοντες, προδοθῆναι τὴν πίστιν ἐκήρυσσον, ὀδυρόμενοι καὶ μάλα δὴ σπεύδοντες· τὸ μοναδικὸν ἀναῤῥιπίσαι καὶ ἀνασοβῆσαι, ὥστ' ἀθετεῖν τὰ ἐν τῇ συνόδῳ καλῶς πεπραγμένα. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἰουβενάλιος τὸν θρόνον κατέλαβε, βιαζόμενος ἀθετεῖν τὰ ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ἀναθεματίζειν, εἰς τὴν βασιλέως πόλιν ἐχώρει. Ἀρχηγὸς δὲ πάντων καθίστατο Θεοδόσιός τις μοναχός, ὃς τὴν Αὐγούσταν συναρπάσας Εὐδοκίαν (ἔτι γὰρ τῷ ζῆν περιῆν), καὶ τὸ μοναχικὸν ἅπαν ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, λῃστρικῷ καὶ μιαιφόνῳ χρώμενος τρόπῳ, Ἰουβεναλίου, ὡς εἴρηται, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου ἀποχωρήσαντος, τὸν τῶν Ἱεροσολύ-

Nec vero in Palæstina tranquillitas fuit. Siquidem monachi quidam, qui synodo interfuerant, et diversa a decretis ejus sentiebant, cum Hierosolyma venissent, proditam esse fidem clamitarunt, lamentantes et monasticum ordinem concitare atque impellere satagentes, ut quæ in synodo rite acta erant, rescinderent. Ubi autem Juvenalis sedem suam recepit, atque illi eum ut synodi acta aboleret, et anathemati subjiceret, cogere voluere, D in imperatoris urbem concessit. Turbæ totius dux Theodosius monachus quidam erat. **600** Hic, Eudocia Augusta (adhuc enim in vita erat) in partes suas rapta et sodalitate monachorum omni sibi conciliata, prædonis et sanguinarii hominis more, quod Juvenalis (sicuti diximus) Constantinopolim

(1) Unde factum est, ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo et in camera, proportione magnitudinis positis, simulacrum ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem, ignorantibus quid sursum esset et deorsum, quasi numinis potestate penderet. August. *De civit.* lib. xxi, cap. 4. — Democrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere in aere videretur. Interessit mors et ipsius et Ptolemæi, qui id sorori suæ jusserat fieri. (Plin. lib. xxxiv, cap. 14.)

Digitized by Google

petierat, Hierosolymorum thronum occupavit, adjutoribus ea in re usus, qui synodi constitutionibus adversabantur, et Eudociæ gratificabantur. Et cum episcopi nondum a synodo reversi fuissent, alios ipse ordinatos in urbes quasque misit. Severianum autem Scythopolis episcopum, quod malevolentiæ illius suffragari nollet, oppido exactum interemit. Magnam quoque movit persecutionem, in civitate sancta, adversus eos qui communicare cum eo nolebant. Quosdam namque tormentis excruciavit, aliquibus substantiam ademit, aliorum ædibus ignem injecit, ita ut urbs a barbaris capta esse videretur. De quo postea monachorum ordo ad Alcisonem litteras dans, illud scripsit : quod cum ut maleficus et episcopo suo infidus deprehensus esset, monasterio suo expulsus, et quia Alexandriæ quoque rebellis Dioscoro fuerat, quod verberibus multis affectus, tanquam homo seditiosus per urbem scabioso camelo insidens traductus sit. Idem quoque Palæstinæ urbes circumiens, eas ut sibi episcopos legerent, coegit. Quorum unus etiam fuit Petrus, ex Iberia oriundus, Gazæorum civitatis, cui Majumæ nomen est, episcopus. Adeo ut Athanasius quidam in diaconorum ordinem cooptatus, in media ecclesia Hierosolymis cum multa dicendi libertate, inquitatis abominatione throno sanctissimo insidente, vocem illam præclaram emiserit : « Desine, Theodòsi, tantam cædem committere, desine Christo bellum inferre, et gregem ejus in prædonum morem e divino ovili ejicere, et aliquando tandem benevolentiam erga verum germanumque pastorem nostram cognosce ; neque enim alienum sequi didicimus, neque vocem extraneam audire. » Hæc cum diceret, a satellitibus Theodosii arreptus, et ex ecclesia tractus est. Atque insolentis petulantiæ et cruciatuum genus omne propter Christum perpessus, et flagris multis concisus, postremo etiam ferro vitam amisit. Cadaver ejus ex pedibus per urbem omnem raptum, canibus tandem esca projectum est. Porro Dorotheus, qui Palæstinam provinciam ab imperatore acceptam administrabat, **601** et tum apud Moabitidem bello adversus barbaros occupatus erat, ubi ea quæ in urbe sic gerebantur cognovit, celeritate summa cum exercitu forti rebus præsentibus consulturus accurrit. Cæterum Theodosii et Eudociæ satellites, portis clausis, non prius eum admisere, quam eis pollicitus esset, se quoque ad partes eorum defecturum, sicuti monachorum omnium ordo et universa civitatis multitudo fecisset. Ita menses viginti exitiosus Theodosius tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit. Quam rem postquam Marcianus intellexit, a Dorotheo ille ejectus est : quem is capere quidem (sic enim imperatoris præceperat jussio) conatus est; sed id ab eo fieri non potuit, propterea quod pestis illa in Sinæum montem profugerat. Quam ob causam plurimi, qui partibus ejus faverant, tormentis subditi sunt, non plebeii tantum homines, sed etiam qui propter

A μων ὑφαρπάζει θρόνον, ἀρωγοῖς χρησάμενος τοῖς τἀναντία τῇ συνόδῳ φρονοῦσι, καὶ τοῖς ὑπουργοῖς Εὐδοκίας. Καὶ τῶν ἐπισκόπων μήπω ἐκ τῆς συνόδου ἐπανελθόντων, ἐκεῖνος ἑτέρους χειροτονήσας, κατὰ πόλιν ἐξέπεμπε. Σευηριανὸν δὲ τὸν Σκυθοπόλεως ἐπίσκοπον, μὴ ὑπαχθῆναι τῇ ἐκείνου κακονοίᾳ ἠρημένον, τῆς πόλεως ἐξαγαγὼν ἔκτεινε. Μέγαν δ' ἐκίνησε διωγμὸν ἀνὰ τὴν ἁγίαν πόλιν κατ' ἐκείνων οἳ μὴ ἐκείνῳ κοινωνεῖν εἵλοντο· οὓς μὲν γὰρ βασάνοις ἠκίσατο· ἄλλων τὴν περιουσίαν διήρπασεν· ἑτέρων δὲ πῦρ ἐνῆκε τοῖς οἴκοις· ὡς δοκεῖν τὴν πόλιν ὑπὸ βαρβάρων ἁλίσκεσθαι. Περὶ οὗ τὸ μοναχικὸν ὕστερον πρὸς Ἀλκίσωνα γράφον εἴρηκεν, ὡς καὶ περὶ τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον οἷα κακοῦργος ἁλοὺς, τοῦ κατ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίου, καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλε-

B ξάνδρου διάφορος Διοσκόρῳ κατέστη. Ἔνθα πολλαῖς καταξανθεὶς ταῖς πληγαῖς ὡς στασιώδης, ἐπὶ καμήλου ψωριώσης ἀνὰ τὴν πόλιν περιηνέχθη. Καὶ πρὸς τὰς πόλεις Παλαιστίνης ἰὼν, ἐπισκόπους σφίσι χειροτονεῖν κατηνάγκαζεν. Ὧν εἷς ἦν καὶ Πέτρος ὁ ἐξ Ἰβηρίας τῆς Γαζαίων πόλεως, ᾗ Μαϊουμᾶς ὄνομα, τοὺς τῆς ἐπισκοπῆς οἴακας πιστευθείς· ὡς καί τινα Ἀθανάσιον τῷ τῶν διακόνων κατειλεγμένον χορῷ παῤῥησιασάμενον, ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τοῦ τῆς ἀνομίας βδελύγματος, ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἐφεζομένου θρόνῳ, φωνὴν ἀφεῖναι, « Παῦσαι, λέγουσαν, Θεοδόσε, τῆς τοσαύτης μιαιφονίας· παῦσαι Χριστὸν πολεμῶν, καὶ τὸ αὐτοῦ ποίμνιον τῆς θείας μάνδρας

C ληστρικῶς ἀπελαύνων· καὶ γνῶναι μόλις γενέσθω σοι τὸ ἡμέτερον εὔνουν περὶ τὸν ἀληθῆ καὶ ὄντως ποιμένα· ἥκιστα γὰρ ἀλλοτρίῳ ἕπεσθαι μεμαθήκαμεν, μηδὲ ξένης ἀκούειν φωνῆς. » Ταῦτα λέγων, ἀνάρπαστος ἦγετο, ὑπὸ τῶν Θεοδοσίου ὑπασπιστῶν ἔξω συρόμενος, καὶ πᾶν εἶδος παροινίας καὶ βασάνου φέρων διὰ Χριστόν. Πολλαῖς δὲ καταξανθεὶς μάστιξι, τέλος καὶ μαχαίρᾳ καταλύει τὸ ζῆν. Ὁ δ' ἐκείνου νεκρὸς, ἐκ ποδὸς διὰ πάσης τῆς πόλεως ἑλκυσθεὶς, τέλος κυσὶ βορὰ παρεδίδοτο. Δωρόθεος δ'

D ὁ τὴν Παλαιστίνην ἐκ βασιλέως διέπων, περί που τὴν Μωαβῖτιν πρὸς βαρβάρους ἐνασχολούμενος, τὰ κατὰ τὴν πόλιν γενόμενα διαγνοὺς, ὅσον τάχος ἦκεν σὺν οὐκ ἀγεννεῖ τῷ στρατῷ βοηθήσων τοῖς πράγμασιν. Οἵ γε μὴν Θεοδοσίου καὶ Εὐδοκίας ὑπασπισταὶ τὰς θύρας ἐκείνῳ ἐπιζυγώσαντες, οὐ πρότερον ἀνῆκαν, ἕως οὗ λόγον καὶ παρ' αὐτοῦ ἔλαβον, ὡς κἀκεῖνος σὺν αὐτοῖς εἴη ἀποστατῶν· ὥσπερ δὴ καὶ τὸ μοναχικὸν ἅπαν καὶ τὸ τῆς πόλεως διεπράξατο πλῆθος. Ἐπὶ εἴκοσι τοίνυν μησὶν ὁ λυμεὼν Θεοδόσιος τὸν θρόνον τυραννήσας, Μαρκιανοῦ τὰ πεπραγμένα μαθόντος, πρὸς Δωροθέου ἐκβάλλεται, κατασχεῖν μὲν πειραθέντος ἐκεῖνον· οὕτω γὰρ τὸ θεῖον ἐκέλευε πρόσταγμα· μὴ δυνηθέντος γε μὴν, τῷ τὸν ἀλιτήριον πρὸς τὸ Σίναιον ἀποδρᾶναι· δι' ὧν πλεῖστοι τῶν ἐκείνῳ συναραμένων αἰκίαις ὑπῆχθησαν, οὐ μόνον τοῦ λαώδους πληρώματος, ἀλλὰ καὶ τῶν μοναδικῷ σχήματι κατατεταγμένων. Ἐκείνου δ' ἐκποδὼν γεγονότος, Ἰουβενάλιος αὖθις τὸν θρόνον κατέλαβε· καὶ πάντας ὅσους χειροτονίας ἠξίωσε Θεοδόσιος, καθεῖλεν εὐθύς. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τῶν

Digitized by Google

ἀνιαρῶν τῷ πλήθει ἐπισυνέδη ἐκεῖθεν ἔνθεν προϊόντων, ὅσα γε ὁ θυμὸς αὐτῷ διηγόρευε, τοῦ βασκάνου καὶ θεομισοῦς δαίμονος οὕτω πράττειν εἰσηγουμένου ἑνὸς γράμματος ἐναλλαγῇ· ὡς ἐξεῖναι τῇ ἐκφωνήσει θατέρου σύμπαν ἐπάγειν ἐνταῦθα τὸ ἕτερον· ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ πολὺ τὸ παραλλάττον νομίζεσθαι παρὰ τοῖς πλείοσι, καὶ ἄντικρυς τὰς ἐννοίας ἐκ διαμέτρου φέρεσθαι, ὡς ἀναιρετικὰς ἀλλήλων καθεστάναι. Καὶ γὰρ ὁ τὸν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν ὁμολογῶν ἐκ δύο ἄντικρυς λέγει, εἴπερ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι συνομολογῶν τὸν Χριστὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος συντεθεῖσθαι λέγει· ὅ τε ἐκ δύο λέγων τὴν ἐν δύο πάντως ὁμολογίαν ἐπάγει, εἴπερ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τὸν Χριστὸν λέγων, ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὁμολογεῖ αὐτὸν καθεστάναι, οὔτε τῆς σαρκὸς εἰς θεότητα μεταβληθείσης, οὔτ' αὖ τῆς θεότητος εἰς σάρκα χωρησάσης· ἐξ ὧν ἡ ἄῤῥητος ἕνωσις, ὡς καὶ διὰ τῆς *ἐκ δύο* φωνῆς ἐνταῦθα νοεῖσθαι προσφόρως τὴν *ἐν δύο*, καὶ διὰ τῆς *ἐν δύο* τὴν *ἐκ δύο*, καὶ θάτερον τοῦ ἑτέρου μὴ ἀπολιμπάνεσθαι· ὅπου γε κατὰ τὸ περιούσιον οὐ μόνον τὸ ὅλον ἐκ μερῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέρεσι τὸ ὅλον γνωρίζεται. Καὶ ὅμως ἀλλήλων οὕτως ἀπεσχοινίσθαι ταῦτα νομίζουσιν ἄνθρωποι συνηθείᾳ τινὶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης· ἢ καὶ τὸ οὕτω βούλεσθαι προειλημμένοι, καὶ πάσης ἰδέας παραφρονεῖν· ἢ πρὸς τὴν τοῦ ὄντος ἶσναι συγκατάθεσιν. Δι' ἅπερ αἱ εἰρημέναι μοι συγχύσεις ἐγένοντο. Καὶ τὰ μὲν οὕτως ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ καὶ Παλαιστίνῃ συνέβαινε.

habitum in monachorum ordine censi fuerant. Post Theodosii fugam, Juvenalis in thronum suum restitutus, omnibus quos ille ordinaverat, dignitatem statim ademit. Multa præterea alia tristia hinc et inde provenientia multitudini accidere, quæ animus ei, invido et Deo inviso dæmone, per unius litteræ mutationem, suadente, suggessit: ita ut alterius litteræ pronuntiatione, aliud prorsus inducere liceret. Adeo etiam, ut multa a pluribus mutatio fieri, et sententia in contrariam prorsus et ex diametro repugnantem significationem ferri, et alteram per alteram tolli existimaretur. Nam Christum ἐν, hoc est in duabus naturis qui profitetur, ἐκ, hoc est ex duabus, dicit: siquidem dum in divinitate et humanitate Christum confitetur, ex divinitate et humanitate unitum esse concedit. Et qui ex duabus dicit, professionem tamen in duabus infert: si ex divinitate et humanitate Christum dicens, in divinitate et humanitate consistere ipsum profitetur, neque carne in divinitatem eunte, neque rursum divinitate in carnem evadente; unde ineffabilis illa exstitit unio, ut per locutionem, *ex duabus*, hic commode locutio *in duabus*, et per, *in duabus*, etiam *ex duabus* intelligatur, et alterum ab altero non differat; quandoquidem et juxta abundantem loquendi rationem non solum totum ex partibus, sed etiam in partibus totum percipitur. **602** Et tamen separata hæc inter se sic esse homines opinati sunt, quadam de Deo opinionis consuetudine: vel quod ita destinatione animi voluerint, et quodvis potius mortis genus subire, quam ei quod verum est, assentiri. Quam ob causam, quæ a me dictæ sunt confusiones exstitere. Hæc sic apud Alexandrinos et apud Palæstinos accidere.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τοῦ ἐπεισφρήσαντος ἐν ταῖς ἑῴοις τῶν πόλεων λιμοῦ τε ὁμοῦ καὶ λοιμοῦ· καὶ ὡς αὐτομάτως ἡ γῆ τῷ ἐπιόντι ἔτει ἀνῆκε καρπούς.

Πολλὴ δέ τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀνομβρία ἐγένετο, καὶ λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς ἔν τε Φρυγίᾳ Γαλατίᾳ τε αὖ καὶ τῇ Καππαδοκῶν· καὶ ἄχρι δὴ καὶ Κιλικίας αὐτῆς περιφανῶς προεχώρει· ὡς συμβαίνειν τῇ ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων τοὺς περιοίκους τῶν εἰρημένων ἀπηγορευμένῃ καὶ ὀλεθρίᾳ καὶ ἀήθει χρήσασθαι τῇ τροφῇ, ἐπιλελοιπότων τῶν ἀναγκαίων. Λιμοῦ δὲ τοσούτου ἐπιχωριάζοντος, τῇ μεταβολῇ τῆς διαίτης ἐνόσουν μάλα οἱ ἄνθρωποι· ὑπερβολῇ γὰρ φλεγμονῆς οἰδαίνοντος σφίσι τοῦ σώματος, πρῶτον μὲν τὰς ὄψεις ἐφθείροντο· εἶτ' ἐπιγινομένης βηχὸς, τριταῖοι τὸν βίον ἀπῇσαν. Ἀλλὰ τοῦ μὲν λοιμοῦ οὐκ ἦν τις βοήθεια οὐδαμοῦ· τοῖς γε μὴν ὑπ' ἐκείνου σπανίοις πάμπαν καταλειφθεῖσιν ἀρωγὴν ἡ πάντων σώτειρα Πρόνοια δέδωκε, τὸν λιμὸν θεραπεύσασα. Κατὰ μὲν γὰρ ἐκεῖνο τὸ ἔτος ᾧ μὴ ἔφυ τὰ σπέρματα, ἀερίῳ τροφῇ ἔθρεψεν, ὥσπερ ποτὲ τοῖς πάλαι Ἰσραηλίταις ἱστόρηται πράξασα, ὃ μάννα προσηγόρευται ἐπιβρέξασα· αὐτομάτους δὲ τελεσιουργήσασα τοὺς καρποὺς ἔτει τῷ μετὰ τοῦτο. Τὰ δὲ τοιαῦτα κακὰ τήν τε Παλαιστινῶν ἐπέδραμε χώραν,

CAPUT X.

De fame simul et peste, quæ civitatibus Orientalibus incesserunt: et ut sua sponte terra anno sequente fruges protulerit.

Eisdem temporibus ingens fuit siccitas, famesque simul et pestis in Phrygia, Galatia et Cappadocia: quæ calamitas etiam ad Ciliciam usque progressa est, ut earum quas diximus regionum incolæ in summa penuria ad eas angustias pervenerint, rebus necessariis deficientibus, ut prohibitis, insolitis et exitiosis alimentis uterentur. Et fame tantopere invalescente, homines, victus ratione mutata, in ægritudines inciderunt. Corpora namque propter maximas inflammationes, tumore concepto, oculos primum amittebant: deinde tussi accedente, die tertio moriebantur. Contra pestem eam nullum usquam fuit auxilium. Qui autem ex ea perrari superfuere, eis opem servatrix omnium Providentia attulit, et fami subvenit. Eo enim anno quo fruges non provenerunt, alimento aerio eos fovit, sicuti olim veteribus Israelitis fecisse memoratur, manna illis (quod dicitur) cœlitus demittens. Proximo autem anno ut fruges sua sponte excrescerent, effecit. Hæc mala Palæstinam etiam et plurimes alias regiones pervaserunt. Et calami-

Digitized by Google

tates ejusmodi Orientalem orbis partem omnem peragrarunt.

CAPUT XI.

De Valentiniani cæde, qui Occidentalibus imperavit: et de Eudoxia conjuge ejus, liberisque ejusdem. Et ut Genserichus urbem Romam ceperit. Item de eis qui post Valentinianum per successionem Romæ imperarunt.

Hæ Orientis ærumnæ fuere. Porro Occidens alias, eis quas diximus non minores, sensit. Nam Aetius urbis Romanæ præfectus, miserandum in modum vitam amisit: et oræ Occiduæ imperator Valentinianus recta quidem Ecclesiæ dogmata, quemadmodum supra a nobis dictum est, retinuit, in quotidiana autem consuetudine vitæ plurimum deliquit. **603** Cum enim vultu venusto, et rebus aliis ornatam maxime in matrimonio haberet conjugem, junioris Theodosii filiam Eudoxiam, alienas nuptias turpiter fœdavit, et aperte permultos curiosarum artium sectatores familiares habuit, et tandem vitam fœdissima morte finiit. Maximi namque, qui, Gratiano imperatore cæso, tyrannidem arripuit et a magno Theodosio postea necatus est, ex filio nepos, avo cognominis, patriciatus dignitatem primariam gerens, cum insidias Valentiniano imperatori strueret, propterea quod is uxorem ejus stuprasset, Aetium imperialem aulam gubernantem (consiliis enim suis is obsistebat) metuens, perduellionis crimine per calumniam apud imperatorem detulit. Atque ubi ille eam ob causam miserabiliter cæsus est, labore nullo Maximus imperatoris regiam ingressus, illum interemit, et conjugem ejus Eudoxiam coegit sibi nubere, eique per stuprum vim intulit. Per quæ enim aliquis peccat, per eadem etiam castigatur. Postea vero ille imperium quoque sibi usurpavit. Enimvero Eudoxia tanta contumelia affecta, quod tam inopinatum flagitium ægre ferret, omnem sibi quod dicitur jaciendam esse aleam statuit, ut injuriæ auctorem ulcisceretur qui facinus tantum in marito suo patrare, et insuper ingenuitatem libertatemque suam contaminare ausus fuisset. Acris enim esse solet femina, nec ullo modo ea flectitur aut exoratur, ut dolorem statim ponat, si pudicitia ei, quam retinere contendit, per vim adempta sit: et quidem ab eo qui etiam castitatis, dignitatis et existimationis suæ custodem sustulerit. Hæc secum in animo volutans Eudoxia, quandoquidem nullam ex Byzantio auxilii spem esse putavit, quod pater ejus Theodosius dudum diem suum obiisset, et tempore plurimo diva Pulcheria imperio ibi potiretur, quæ nondum conceptam adversus matrem Eudociam iram deposuisset, dona maxima in Libyam ad Genserichum misit, eumdemque ut sibi in tanta ærumna subveniret, seque Maximi improbitate liberaret, rogavit: spe illa barbaro oblata, si modo se move-

καὶ ἄλλας πλείστας ἐπῆλθε πόλεις· ὥσπερ βάδην τῶν τοιούτων παθῶν πᾶσαν τὴν τῆς Ἕω περινοστούντων γῆν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ ἐν ἑσπέρᾳ κατάρχοντος· καὶ περὶ τῆς ἐκείνου γυναικὸς Εὐδοξίας καὶ τῶν παίδων αὐτῆς· καὶ ὡς Γιζέριχος εἶλε τὴν Ῥώμην· καὶ περὶ τῶν μετὰ Οὐαλεντινιανὸν κατὰ διαδοχὴν βεβασιλευκότων ἐν Ῥώμῃ.

Τοιαῦτα μὲν τὴν Ἕω κακὰ διελάμβανεν· ἀνὰ δὲ τὴν ἑσπέραν ἕτερα οὐκ ἐλάττω τῶν εἰρημένων ἐγίνετο. Ἀέτιος μὲν γὰρ ὁ τὴν Ῥώμην διέπων ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέστρεψεν· ὁ δὲ τῆς ἑσπερίου λήξεως αὐτοκράτωρ Οὐαλεντινιανὸς τῶν μὲν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων μάλα ἀντείχετο, ἥπερ μοι καὶ πρότερον εἴρηται· παρανομίᾳ δὲ πλείστῃ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐκέχρητο δίαιταν. Ὡραίᾳ γὰρ τὴν ὄψιν καὶ τἄλλα εὐπρεπεστάτῃ γυναικὶ συνοικῶν, Εὐδοξίᾳ τῇ τοῦ νέου Θεοδοσίου θυγατρὶ, ἀλλοτρίους γάμους ἀσέμνως ἀνώρυττε. Συχνῶς δὲ καὶ τοῖς τὰ περίεργα πράττουσιν ἀδεῶς ὁμιλῶν, αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν βίον μετήλλαττεν. Μαξίμου καὶ γὰρ, ὃς δόλῳ μὲν τὸν βασιλέα Γρατιανὸν ἀνεῖλε, τυραννίδι χρησάμενος, ὑπὸ δὲ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἀνῄρηται τούτου παῖς παιδὸς τῷ πάππῳ ὁμώνυμος, ἐν πατρικίοις τὰ πρῶτα τελῶν, ἐπιβουλὴν βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ ῥάπτων· ὅτιπερ εἰς τὴν ἐκείνου ἐνύβρισε γαμετὴν, δεδοικὼς τὸν Ἀέτιον τῶν βασιλείων κρατοῦντα· διαβάλλει μὲν ἐκεῖνον πρῶτον τῷ βασιλεῖ τῷ ἐγκλήματι τῆς καθοσιώσεως· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος διὰ τοῦτο δεικαίως ἀνῄρητο, σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὰ ἀνάκτορα εἰσιὼν, κτείνει μὲν τὸν Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τὴν ἐκείνου σύνοικον εἰσοικίζεται, καὶ πολλὴν βίαν ἐπαγαγὼν, ταύτῃ συμφθείρεται· δι' ὧν γάρ τις ἁμαρτάνει, δι' αὐτῶν καὶ παιδεύεται. Ἔπειτα καὶ τὴν ἀρχὴν περιβάλλεται. Ἡ δ' Εὐδοξία οὕτω περιυβρισθεῖσα καὶ τῷ λίαν παραλόγῳ τοῦ πράγματος ἀχθομένη, πάντα κύβον, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀναρρίπτειν ᾑρεῖτο, ὥστε τὸν ὑβριστὴν τίσασθαι ὑπέρ τε ὧν εἰς τὸν οἰκεῖον ἐπεπόνθει γαμέτην, οἷς τε οὕτως τῷ ἐλευθερίῳ ἐξύβριστο. Καὶ γάρ πως δεινή τίς ἐστι γυνὴ, καὶ ἥκιστα δυσωπεῖται λύπην τάχιστα ἀποθέσθαι, εἴ γε σωφροσύνης ἀντεχομένη ταύτην πρὸς βίαν ἀφαιρεθείη· καὶ ταῦτα, παρ' οὗ καὶ τὸν τῆς σωφροσύνης καὶ τιμῆς καὶ δόξης φύλακα τύχοι προσαπολέσασα. Ταῦτ' οὖν ἐν νῷ ἔχουσα Εὐδοξία, ἐπεὶ μηδὲ μίαν ἐκ Βυζαντίου ἔσεσθαί οἱ ὤιετο ἀρωγὴν, πάλαι μὲν οἰχομένου αὐτῇ τοῦ πατρὸς Θεοδοσίου, πλεῖστον δὲ καὶ τῆς θείας Πουλχερίας ἐπὶ τῆς ἀρχῆς οὔσης χρόνον, καὶ μήπω τὸν κατὰ τῆς μητρὸς Εὐδοκίας χόλον ἀποθεμένης, δῶρα πλεῖστα δοῦσα, πρὸς Λιβύην ἐκπέμπει, Γιζέριχον δυσωποῦσα, ἀρῆξαι μὲν αὐτῇ δυστυχῶς οὕτω πραττούσῃ, καὶ τῆς Μαξίμου μοχθηρίας ἐλευθερῶσαι· εὐέλπιν δὲ εἶναι μόνον κινήσαντα, καὶ παρὰ δόξαν τῇ Ῥωμαίων ἐπελθεῖν στόλῳ μεγάλῳ ἀρχῇ· ὑπισχνεῖτο γάρ οἱ πάντα εὐχερῶς προδοῦναι. Ὁ μὲν οὖν Μάξιμος οὐδ' ἕνα τυραννήσας ἐνιαυτὸν,

Digitized by Google

διεφθάρη· Γιζέριχος δὲ σὺν μεγάλῃ δυνάμει ἐλθὼν, εἷλε Ῥώμην. Βάρβαρος δὲ τὴν γνώμην ὢν καὶ ἀσταθὴς καὶ παλίμβολος, οὐδὲ τῇ Εὐδοξίᾳ τὸ πιστὸν ἐφυλάξατο· ἀλλὰ τὰ μὲν πολιορκήσας, τὰ δὲ τῶν τῆς πόλεως θεαμάτων πυρπολήσας, ἐς Λιβύην αὖθις ᾤχετο ἀπιών, μεθ' ἑαυτοῦ τήν τε Εὐδοξίαν καὶ τὰς δύο θυγατέρας Εὐδοκίαν καὶ Πλακιδίαν αἰχμαλώτους ἔχων. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πολυτελῶν σκευῶν συναπῆρεν. Οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ τῶν Ἑβραϊκῶν ἦσαν σκευῶν· ἅτερ Οὐεσπασιανός τε καὶ Τῖτος, τὴν Ἱερουσαλὴμ πορθήσαντες, εἰς Ῥώμην ἀνήγαγον. Τὴν μὲν οὖν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων Εὐδοκίαν τῷ υἱῷ Ὀνωρίχῳ συνῆπτε Γιζέριχος· τὴν δὲ Πλακιδίαν μαθὼν Ὀλυβρίῳ κατεγγυηθεῖσαν τῷ πατρικίῳ, πρώτῳ κατὰ τὴν Ῥώμην τῆς γερουσίας τυγχάνοντι, τότε δ' ἐς Βυζάντιον γεγενημένῳ φυγάδι, ἀλισκομένης τῆς πόλεως, σύναμα τῇ μητρὶ Εὐδοξίᾳ ἐς Βυζάντιον ἔπεμπε, Μαρκιανὸν ἱλεούμενος σὺν πολλῇ τῇ θεραπείᾳ καὶ βασιλικῇ τῇ δορυφορίᾳ. Καὶ γὰρ πολλήν τινα τὴν ὀργὴν κατ' αὐτοῦ ἐνῆκε Μαρκιανῷ, τῷ τε τὴν Ῥώμην ἐμπρῆσαι, καὶ τῷ τὰς βασιλίδας οὕτω περιυβρίσαι. Ἀλλὰ τὴν μὲν Πλακιδίαν Ὀλύβριος αὖθις Μαρκιανοῦ κελεύοντος εἰσοικίζεται. Μετὰ μέντοι Μάξιμον ἄρχει Ῥωμαίων Ἄβιτος μῆνας κρατήσας ὀκτώ. Τούτου δὲ λιμῷ τὸν βίον ἀλλάξαντος, Μαϊουρῖνος ἐπὶ δύο ἔτη τὴν βασιλείαν κατέσχεν. Ἀλλὰ καὶ Μαϊουρίνου πρὸς Ῥεκιμέρου, ὃς στρατηγὸς Ῥωμαίων ἦν, δόλῳ τὸν βίον ἀπολιπόντος, Σευῆρος τρίτον ἔτος τὴν βασιλείαν ἐκράτησε· μεθ' ὃν Ἀνθέμιος, ᾧ Μαρκιανὸς τὴν ἰδίαν παῖδα κατηγγυήσατο, ἐκ πρεσβείας τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος δόλῳ ἐσφάττετο, Χριστιανικώτατος μάλα γενόμενος, Ὀλύβριος βασιλεὺς ὑπὸ Ῥεκιμέρου ἀνηγόρευτο, καὶ μετὰ τοῦτον Γλυκέριος· ὃν τῇ τιμῇ πέμπτον ἔτος διαγενόμενον, Νέπως τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεται, ἐπίσκοπον τὸν Γλυκέριον καταστήσας κατὰ Σάλωνας πόλιν τῆς Δαλματίας. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον Ὀρέστης τοῦ τῆς ἀρχῆς ἀφίστησι θρόνου, ὃν ὁ παῖς Ῥωμύλος, ὃς καὶ Αὐγουστοῦλος ἐκλήθη, διεδέξατο· ὃς τελευταῖος αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ἐγένετο, ἀπὸ Ῥωμύλου τοῦ πρώτου τριῶν καὶ τριακοσίων καὶ χιλίων παρῳχηκότων ἐνιαυτῶν. Μετὰ δὲ τοῦτον Ὀδόακρος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν κατέσχε, τῆς αὐτοκρατορικῆς καὶ βασιλικῆς προσηγορίας ἑαυτὸν ἀφελών, πρῶτος δὲ ῥῆγα προσειπὼν ἑαυτόν· ὀπηνίκα καὶ Λέων ὁ μέγας τῶν τῇδε μεθίστατο.

ret, præter opinionem cum classe ingenti imperium Romanorum consecuturum, quod se illi facile trahituram recepit. Itaque Maximus cum neque unum quidem annum tyrannide potitus esset, interemptus est, **604** Genserichus vero ubi cum ingentibus copiis advenit, Romam cepit. Qui quod barbara mente et instabilis atque inconstans esset, Eudoxiæ fidem non servavit, sed urbe direpta, spectaculisque ejus incensis, in Libyam reversus est, Eudoxia secum et duabus ejus filiabus Eudocia et Placidia captivis abductis. Multa quoque inde ecclesiastica et pretiosa abstulit vasa, inter quæ non pauca etiam Hebraica fuere, quæ Vespasianus et Titus Hierosolymis vastatis Romam secum attulerant. Genserichus (1) majorem natu filiam Eudociam filio Honoricho matrimonio junxit, Placidiam autem, quod Olybrio patricio, senatus Romani principi, qui tum urbe Roma capta Byzantii profugus erat, desponsatam esse cognovisset, una cum matre Eudoxia, cultu magno et regio comitatu tradito, Byzantium, Marcianum placaturus, misit, qui vehementer ira adversus eum percitus fuerat, cum quod Romam incendisset, tum quod sic in imperatrices illusisset. Olybrius, Marciano jubente, Placidiam uxorem duxit. Verum post Maximum Romæ Avitus rerum potitus est mensibus octo : qui ubi vitam fame finivit, Majorianus biennio imperium tenuit. Postquam autem is ab Recimero Romanæ militiæ duce dolo cæsus est, Severus (2) tres annos ibi imperavit. Post hunc Anthemius, cui Marcianus filiam suam despondit, Occidentalibus Romanis id per legationem petentibus. Ubi vero et hic, cum Christianissimus esset, fraude peremptus est, Olybrius a Recimero imperator renuntiatus est. Huic successit Glycerius. Atque illi rursum, ubi annos quinque dignitatem eam gessisset, Nepos qui Glycerium apud Salonas Dalmatiæ urbem episcopum fecit. Sed et hunc Orestes imperio spoliavit. Cui Romulus filius, qui et Augustulus dictus est, successit, ultimus Romanorum imperator, a Romulo primo rege mille trecentis et tribus (3) exactis annis. **605** Post hunc Romanorum imperium Odoacer invasit : qui imperiali cognomine rejecto, regem se primus vocavit (4). Quo tempore et Leo Magnus ex hac vita migravit.

(1) Cum Genserichus Carthaginem (ex quo annis 585 in ditione Rom. fuisset) anno Domini 441 cepisset, cujus cladis mentio fit l. 1, in princ. C. *de of. præf. prætor.*, tandem Romam quoque anno Domini 457 fœdissime vastavit. M. Varro Vectium se Romæ, in augurio non ignobilem, et ingenio cuivis parem, audivisse scribit, dicentem : Quoniam CXX annos incolumis præteriisset populus Rom. ad MCC perventurum. Quidam eruditi tempus direptionis istius Vandalicæ, cujus Justin. meminit. C. *De off. PP. Afric.* designari per Varronis verba putant. Alii potius ad Totilæ vastationem referunt, quæ sub Justiniano accidit.

(2) Al. Severianum nominant.

(3) Secundum alios ab Urbe condita circiter annum 1221.

(4) Circiter hæc tempora Paulinus Nolæ episcopus, multosa Vandalis captivos redemit, et tandem viduæ filium, seipso in servitutem dato, liberavit. (Diac.) — Odoacer, quod bellicosus esset, id nomen a vastandis et exscindendis agris accepit. Sicut et apud Vandalos sive Bohemos, rex Odoacrus, vir fortissimus, ante Permislatus nominatus. Fuit autem Odoacer Herulus, sub quo Romani majestas imperii in Occidente sero admodum ad Francos pervenit.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Ut imperatrix Eudocia Pulcheriæ Augustæ sit conciliata : et de juniore Eudocia, Eudoxiæ filiæ.

Eudocia Augusta in Palæstina adhuc degens, de filiæ Eudoxiæ, maritique et liberorum ejusdem rebus certior facta, ad extremam conjecta est animi anxietatem. Proinde finem omnem, ut in proverbio est, movens, per Valerium et Olybrium patricios Pulcheriæ reconciliata est : a qua etiam petiit, ut eis quæ in captivitate essent, opem ferret. Et cum pax inter Genserichum et Marcianum facta esset, Eudoxiam Genserichus et Placidiam, Pulcheria petente, sicuti dixi, Byzantium misit. Junior autem Eudocia apud maritum Honorichum in Africa mansit, cum quo sedecim annos vixit, eidemque filium Hulderichum genuit. Porro cum parum grata ei esset viri conjunctio, qui Arianam profitebatur religionem, arte manus ejus elapsa, et aviam Eudociam imitata, ad sancta loca concessit, et sepulcrum illius longe post exosculata est. Ubi et ipsa non diu vixit : sed somno beato sopita, juxta aviæ tumulum in præclaro et ipsa reposita est monumento. Quidquid autem ei erat facultatum, id pauperibus et sanctæ Christi resurrectioni (1) consecravit.

606 CAPUT XIII.

Ut procuratione et arte Pulcheriæ, Eudocia sanctam quartam approbarit synodum, persuasione Symeonis Stylitæ sive Columellæ et magni Euthymii inducta.

Pulcheria Augusta quamprimum Eudociæ reconciliata est, fratres et filias ejus hortata est, ut crebras ad eam darent litteras, quo ab Eutychetis et Dioscori opinione descisceret, et sanctæ catholicæ Ecclesiæ communionem amplecteretur. Litteris ejusmodi Eudocia acceptis, cum etiam beata Bassa semper ei, ut eadem secum in religione sentiret, molesta esset : metuens illa, ne id non ex sententia Dei faceret, faciendum sibi esse putavit, ut de ea re ad divinos Patres referret, qui se de vero pietatis cultu certo edocerent. Proinde Anastasio chorepiscopo accito, ad sanctum Symeonem Stylitem per illum scripsit, qui tum virtutibus suis orbem illustrabat. Ad eum litteris quoque manu sua conscriptis, conscientiam suam revelavit : complexuram se esse, quod ille decrevisset, pollicita. Sanctus autem vir ille ad eam in hæc verba rescripsit : «Scito, filiola, quod diabolus, virtutum tuarum divitias cernens, te expetivit ut cribraret sicuti triticum. Et exitiosus ille Theodosius, vas et instrumentum mali illius factus, Dei amanti animæ tuæ tenebras offudit, eamque conturbavit. Sed confide. Non enim deficiet fides tua. Ego quidem illud valde admiratus sum, quod cum fontem apud teipsam haberes, eumque ignorans, longius aquam hauriendam peteres. Habes igitur

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὡς ἡ βασιλὶς Εὐδοκία τῇ βασιλίδι Πουλχερίᾳ ἐσπείσατο· καὶ περὶ τῆς νεωτέρας Εὐδοκίας, τῆς θυγατρὸς Εὐδοξίας.

Εὐδοκία δὲ ἡ βασίλισσα, τὰ κατὰ τὴν θυγατέρα Εὐδοξίαν καὶ τὸν σύζυγον καὶ τὰς ἐκείνων παῖδας ἀναμαθοῦσα, ἔτι τῇ Παλαιστίνῃ ἐνδιατρίβουσα, εἰς ἔσχατον ἀθυμίας ἦκε· καὶ πάντα κάλων, τὸ τοῦ λόγου, κινήσασα, σπένδεται Πουλχερίᾳ, μέσων γενομένων Οὐαλλερίου καὶ Ὀλυβρίου τῶν πατρικίων. Ἤτει δὲ βοηθὸν καὶ ταῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενέσθαι. Καὶ τῆς εἰρήνης ἀκμαζούσης μεταξὺ Γιζερίχου καὶ Μαρκιανοῦ, τὴν μὲν Εὐδοξίαν καὶ Πλακιδίαν αἰτησάσης Πουλχερίας, ἐς Βυζάντιον, ὥσπερ ἔφην, Γιζέριχος ἔπεμπεν· ἡ δὲ νεωτέρα Εὐδοκία παρὰ τῷ ἀνδρὶ Ὀνωρίχῳ ἦν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν μένουσα· μεθ' οὗ ἐκκαίδεκα ἔτη διαβιώσασα, καὶ παῖδα ἐξ ἐκείνου Ἡλδέριχον ἀποτεκοῦσα, δυσαρεστοῦσα τάνδρὶ, ὅτι τὰ Ἀρειανῶν ἐπρέσβευε, τέχνῃ τὰς χεῖρας ἐκείνου διαφυγοῦσα, τὴν μάμμην Εὐδοκίαν μιμησαμένη, πρὸς τοὺς ἁγίους καὶ αὐτὴ τόπους ἐγένετο, καὶ τὸν ἐκείνης τάφον ἠσπάζετο πολλῷ ὕστερον. Ἐν ᾧ καὶ αὐτὴ ἐπ' ὀλίγον διαβιοῦσα, τὸν μακάριον ὕπνωσεν ὕπνον, παρὰ τὸν τάφον τῆς μάμμης περιφανοῦς τυχοῦσα ταφῆς. Ὅσα δ' αὐτῇ προσῆσαν, πένησι καὶ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Χριστοῦ ἀφιέρωσεν ἀναστάσει.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὡς μεθόδῳ Πουλχερίας ἡ Εὐδοκία τὴν ἁγίαν τετάρτην προσήκατο σύνοδον, ὁδηγηθεῖσα ὑπὸ Συμεὼν τοῦ Στυλίτου καὶ τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου.

Πουλχερία δὲ ἡ βασιλὶς, ἅρτι σπεισαμένη τῇ Εὐδοκίᾳ, τοῖς τε ἀδελφοῖς ἐκείνης ὑπετίθει καὶ θυγατράσι συνεχέστερον γράμματα πέμπειν αὐτῇ, ὥστε τῆς μὲν Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου δόξης πείθειν ἀφίστασθαι, τῇ δὲ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ κοινωνεῖν αἱρεῖσθαι· ἃ δῆτα δεχομένη ἡ Εὐδοκία, καὶ τῆς μακαρίας Βάσσης τὰ ἴσα φρονεῖν ἀεὶ ἐνοχλούσης, δείσασα μὴ οὐ κατὰ γνώμην πράττοι Θεοῦ, δεῖν ἐδόκει τὰ τοῦ σκοποῦ τοῖς θεοφόροις τῶν Πατέρων κοινώσασθαι, καὶ παρ' ἐκείνων τὸ προσῆκον σέβας ἀπακριβώσασθαι. Καὶ δὴ τὸν χωρεπίσκοπον Ἀναστάσιον μεταστειλαμένη, τῷ ἁγίῳ Συμεῶνι τῷ Στυλίτῃ ἀπέστελλε, τηνικαῦτα τὴν ὑφήλιον ταῖς ἀρεταῖς δῃδουχοῦντι· ᾧ καὶ τὰ τῆς συνειδήσεως οἰκειοχείρῳ γράμματι ἀνετίθει, στέργειν ὃ ἐκεῖνος ἐγκρίνοι. Ὁ δὲ ὅσιος γράμματι αὖθις ἐδήλου, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπιστείλας αὐτῇ· « Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι ὁ διάβολος ὁρῶν τὸν πλοῦτον τῶν σῶν ἀρετῶν, ἐξητήσατό σε σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον· καὶ ὁ λυμεὼν ἐκεῖνος Θεοδόσιος, δοχεῖον καὶ ὄργανον τοῦ πονηροῦ γεγονὼς, τὴν θεοφιλῆ σου ψυχὴν ἐζόφωσέ τε καὶ συνετάραξεν. Ἀλλὰ θάρσει· οὐ γὰρ ἐκλείπει σου ἡ πίστις. Ἐγὼ δὲ τοῦτο λίαν τεθαύμακα, ὅτι τὴν πηγὴν ἔχουσα καὶ ταύτην ἀγνοοῦσα, μακρόθεν τοῦ ὕδατος ἀντλῆσαι ἐσπούδασας. Ἔχεις τοίνυν τὸν θεοφόρον Εὐθύμιον· ἔπου τοίνυν ταῖς αὐτοῦ δι-

Γιζέριχος ὁ τῶν Οὐανδήλων βασιλεὺς τῶν Ἄφρων κατάρξας, ὥς μοι προλέλεκται, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθών, μετὰ τὸ ἀποδιῶναι Μαρκιανὸν, πλεῖστα δεινὰ ἔδρα, τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐπιών. Πλὴν γὰρ Καρθαγένης πασῶν τῶν πόλεων περιεῖλε τὰ τείχη. Ὅσα δὲ χρήματα καὶ ἀγροὶ τοῖς ἑσπερίοις Λίβυσι προσῆσαν, ἐκείνων ἀφελόμενος, τοῖς ὁμοφύλοις ἀπεχαρίζετο. Καὶ λίαν ἐξέτριβε τὸ ὑπήκοον, φόρους ἐπὶ φόροις τιθείς. Τῇ πολλῇ δὲ ταλαιπωρίᾳ ἐκπιεζόμενοι οἱ περίοικοι ἀπεδίδρασκον· οἷς ἀχθόμενος Λέων, ἐκ τῆς ὑπὸ χεῖρα πάσης πλοῖα χίλια καὶ ἑκατὸν ἀθροίσας, ὅπλων τε πληρώσας σὺν ἀξιομάχῳ στρατῷ, κατά τε Γιζερίχου καὶ τῶν Οὐανδήλων ἐκπέμπει. Ἐφ' ᾧ στόλῳ χίλια διακόσια χρυσοῦ κεντηνάρια λόγος ἔχει δαπανῆσαι αὐτόν· τοὺς δ' ἑλῶντας τὰς ναῦς ὑπὲρ ἑπτὰ χιλιάδας εἶναι. Καὶ στρατηγὸν δ' αὐτοκράτορα

Genserichus Vandalorum rex, qui Africa, quemadmodum a me dictum est, potitus, magna potentia auctus est, post Marciani obitum, ditionem Romanorum excursionibus plurimum afflixit : urbium omnium, præterquam Carthaginis, mœnia diruit. Et quidquid pecuniæ et agri occidentales Libyes habuere, id illis ademptum, popularibus suis dedit : subditisque suis, tributa tributis accumulando, apprime gravis fuit. Quibus ærumnis incolæ pressi, profugerunt. Porro cùm id Leo ægre ferret, ex ditione sua omni mille et centum naves contraxit, armisque et copiis non pœnitendis impositis, eas adversus Genserichum et Vandalos misit. In eam classem mille et ducenta centenaria auri pondera impendisse (1), eidemque supra septem millia remigum attribuisse dicitur.

(1) Hoc est, centum librarum.

(*a*) Hoc opus edidit Ambr. Pampereus Viennæ 1802. Edit.

Digitized by Google

Ducem ei cum imperio Basiliscum præfecit, conjugis suæ Verinæ fratrem germanum : qui quod oculos ad imperium adjecisset, Asparem sibi et Ardaburium conciliavit. Nam per eos se facillime, quod volebat, confecturum esse putabat. Ut autem ipsi ad imperialem dignitatem pervenirent, fieri omnino non potuit, propterea quod Ariani essent, quorum religionem Byzantii vehementer detestabantur. Verum ut imperium aliis concederent, in proclivi eis erat : quemadmodum et Leoni fecerant, qui cum curator eorum esset, sine sanguine ad imperium eum extulerunt. Atque ille imperio potitus, quod ab eis regeretur, graviter tulit. Et ipsi, quod Ecclesiam sibi turbandam esse constituissent, in multis necessariis rebus ei adversati sunt, et plurima eum perperam agere dixerunt : superatum etiam iri asseverantes a Genserícho, quod minus sanam coleret religionem. Multo enim Genserichi opinionem, qui Arii dogma profiteretur, Deo gratiorem esse quam Leonis ipsius : quem male facere, quod Nicænam et Chalcedonensem fidem defenderet, non recte putabant. Atque ut vera dicere viderentur, clam cum Basilisco congressi, sceptrum imperiale ei se tradituros polliciti sunt, si Genserícho victoriam concederent. **632** De quo cum eis convenisset, Basiliscus cum classe omni in Africam navigavit, et in colloquio Genserícho, pro eo atque cum Aspare pactus fuerat, classem statim prodidit. Itaque militibus somno sopitis (1), Genserichus illam incendit : et cum vehementior ventus flammam in sublime tolleret, naves aliæ ab aliis ignem concerunt : et Vandali contis imminentes, si qui milites ex incendio eo profugerent occiderunt. Ex classe tanta ne una quidem navis reliqua fuit. Basiliscus ægre cum paucis admodum profugiens, Byzantium venit, et ad Magnam ecclesiam confugit. Cujus soror Verina Augusta eum periculo liberavit, et Perinthum Thraciæ, ut ibi degeret, misit. Leo imperator Asparem et Ardaburium ad se accivit, ut cum ab absurda eos opinione abduceret, tum ab insidiis imperio struendis avocaret. Quapropter Ariadnam filiam, quam ex Verina susceperat, filio Asparis consuli et patricio in matrimonium collocavit. Cæterum illi, pro semel concepta malitia, dolos contra Leonem texere non desierunt. Quod ubi Constantinopolitani cognoverunt, contra eos concitati sunt, et in Hippodromo convicis eos acerbe prosciderunt. Illi plebem metuentes, Chalcedonem, exercitu eos omni consequente, trajecerunt, et in templum Euphemiæ martyris confugerunt. Imperator, patriarcha ad eos misso, se fidem eis servaturum esse, si ex ecclesia ea discederent, pollicitus est. Ipsi vero se loco eo excessuros, nisi imperator ipse adesset, negarunt. Proinde Leo eo concessit, et viros eos

(1) Procopius, vel per ignaviam, vel per proditionem Basiliscum rei bene gerendæ occasionem et victoriam amisisse, scribit. De classe Rom. cremata, mentionem nullam facit. *De bello Vandal.* lib. III.

A τῷ στόλῳ Βασιλίσκον ἐχειροτόνει τὸν τῆς σφετέρας γαμετῆς Βηρίνης κασίγνητον· ὃς δὴ ἀεὶ τῇ βασιλείᾳ ἐποφθαλμίζων, Ἄσπαρι καὶ Ἀρδαβουρίῳ ἐσπένδετο· δι' ἐκείνων γὰρ ᾤετο ῥᾷστα κατα πράξασθαι τὸ βουλόμενον. Εἰς γὰρ τὴν ἀρχὴν προελθεῖν ἐκείνους τὴν Ἀρείου δόξαν νοσοῦντας ἀδύνατον, τῶν Βυζαντίων τὴν τοιαύτην θρησκείαν μάλα βδελυττομένων. Ἄλλοις δὲ τὴν βασιλείαν παρασχεῖν ἐν ἑτοίμῳ εἶχον. Καθὰ δὴ καὶ Λέοντι, ὃν κουράτωρα σφῶν χρηματέζοντα, ἀναιμωτὶ προήγαγον ἐπὶ τὴν ἀρχήν· κἂν ἐκεῖνος ἄρχειν λαχὼν, τὸ ὑπ' ἐκείνων ἄρχεσθαι ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο. Καὶ δὴ ταράττειν ᾔρημένοι τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν πολλοῖς τῶν ἀναγκαίων ἠναντιοῦντο· κἀν τοῖς πλείστοις οὐ καλῶς ἐκείνων πράττειν ἔλεγον· ἠττῆθαί τε καὶ πρὸς Γιζερίχου. ἅτε δὴ μὴ

B ὑγιαίνοντα περὶ τὴν θρησκείαν. Πολλῷ γὰρ εἶναι Γιζερίχου τὴν δόξαν φίλην Θεῷ τὰ Ἀρείου πρεσβεύουσαν, ἢ Λέοντος τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ Χαλκηδόνι πίστεως ὑπερισταμένου κακῶς ᾤοντο. Ἵνα δ' ἀληθῆ λέγειν δόξωσιν, ἐν ἀπορρήτῳ συγγενόμενοι Βασιλίσκῳ, τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον δώσειν καθυπισχνοῦντο, ἥπερ Γιζερίχῳ τῆς νίκης παραχωρήσωσιν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνέδοξεν, ὁ μὲν Βασιλίσκος σὺν παντὶ τῷ στόλῳ, εἰς τὴν Ἄφρων χώραν κατέπλευσεν· καὶ Γιζερίχῳ εἰς λόγους ἐλθών, κατὰ τὰς πρὸς Ἄσπαρα συνθήκας τὸν στόλον εὐθὺς προὔδωκε. Καὶ ὁ μὲν πῦρ

C ἐνῆκεν ὕπνῳ ἐχομένων τῶν στρατιωτῶν, σφοδροῦ πνεύματος εἰς ὕψος τὴν φλόγα ἐπαίροντος, καὶ ἄλλην ἐξ ἄλλης ἐχομένως ἀμείβοντος· ἐπικείμενοι δὲ κοντοῖς οἱ Οὐάνδηλοι ὅσοις διαφυγεῖν τὸ πῦρ ἐξεγένετο, ἔκτεινον. Καὶ οὐδεμίαν τῶν τοσούτων νεῶν διασῶσαι δυνατῶς ἔσχον. Μόλις δὲ Βασιλίσκος διαφυγὼν σὺν ὀλίγοις πάνυ καὶ ἀνὰ τὸ Βυζάντιον γεγονὼς, τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ προσέφευγεν. Ἡ δ' ἀδελφὴ καὶ Αὐγούστα Βηρίνα τοῦτον τοῦ κινδύνου ἐξήρπαζε, καὶ κατὰ τὴν Θράκην εἶασε διατρίβειν ἀνὰ τὴν

D Πείρινθον. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς, Ἄσπαρα καὶ τὸν Ἀρδαβούριον μετερχόμενος, ὁμοῦ μὲν τῆς ἀτόπου δόξης ἐλάσαι, ἅμα δὲ καὶ πεῦσαι ἀεὶ κατὰ τῆς βασιλείας ἐπιβούλως φρονεῖν, Ἀριάδνην τὴν ἐκ Βηρίνης αὐτῷ οἱ γεγεννημένην, τῷ παιδὶ τοῦ Ἄσπαρος πατρικίῳ τῷ ὑπάτῳ εἰς γάμον ἐδίδου. Οἱ δὲ καὶ μᾶλλον τῇ καθάπαξ μοχθηρίᾳ κεχρημένοι, οὐκ ἀνίεσαν μὴ δόλου ἀεὶ συῤῥάπτειν τῷ Λέοντι. Ὅ γνόντες Βυζάντιοι, κατ' αὐτῶν ἠρεθίζοντο· καὶ πολλὰ τῷ Ἱπποδρόμῳ κατ' αὐτῶν ἀπέσκωπτον. Τὸν δῆμον ἐκεῖνοι τοιγαροῦν ὑφορώμενοι, τοῦ στρατοῦ παντὸς ἑπομένου διαπεράσαντες, εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι ναὸν Εὐφημίας τῆς μάρτυρος καταφεύγουσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς πατριάρχην πέμπων ἀπελογεῖτο, ἢ μὴν ἐκείνοις τὰ πιστὰ φυλάξειν τοῦ τεμένους ἀποσχομένοις. Οἱ δ' ἀντέλεγον τῶν ὅρων οὐδαμῶς ἀφεστάναι, εἰ μὴ βασιλεὺς αὐτὸς παραγένοιτο. Καὶ ἐξῆει μὲν ὁ Λέων, καὶ τοὺς ἄνδρας λόγου δίχα εἶλκε πρὸς ἑαυτόν· καὶ τραπέζης αὐτοῖς ἐκοινώνει, καὶ τἄλλα πάντα δῆθεν ἐποίει, ἀμνηστίαν κακῶν ὑπισχνούμενος. Ἑτέρωθεν

Digitized by Google

δὲ Ζήνωνι τῷ Ἰσαύρῳ πιστοτάτῳ μάλιστά γε εἶναι δοκοῦντι ἐνεκελεύετο, παριοῦσιν ἐκείνοις διὰ τοῦ βαλανείου ἐς τὰ ἀνάκτορα, αἰφνίδιον ἐπιστάντα τὰς κεφαλὰς αὐτοῖς ἀφαιρεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ εἰσιέναι ἔμελλον, Ζήνων Ἀρδαβούριον πρῶτον ἀφῄρει τῆς κεφαλῆς· ὅπερ ὁ Ἄσπαρ ἰδὼν, ἀλγήσας καὶ μέγα ἀνακραγὼν, ἔφη· Ἄξια πάσχει ὁ πολιὰς εἰς μάτην αὐχήσας, μηδαμῶς ἀκοῦσαί μου γενέσθαι πειθήνιος πολλάκις εἰπόντος, Φάγωμεν Λέοντα, πρὶν ἡμᾶς αὐτὸν ἀριστῆσαι. Ταῦτα λέγοντα τὸ ξίφος ἀφῃρεῖτο καὶ τοῦτον τὸ ζῆν. Τὸν δ' ἕτερον ἐκείνου υἱὸν τὸν πατρίκιον, τῆς θυγατρὸς διαζεύξας αὐτὸν Ἀριάδνης, ἐκεῖνον μὲν ὑπερόριον ἦγε· Ζήνωνι δὲ οἷα δὴ τοὺς ἐπιβούλους ἐκ μέσου ποιησαμένῳ ταύτην εἰς γυναῖκα ἐδίδου. Ζήνων δὲ οὗτος Ἀριαδνῆς μὲν ἐκ σπαργάνων ὠνόμαστο· ἅμα δὲ τῷ γάμῳ τῆς βασιλίδος καὶ τοὔνομα μετημφίεστο, τοῦτο κτησάμενος ἔκ τινος τῶν παρ' Ἰσαύροις ἐπὶ μέγα δόξης ἐλάσαντος οὕτω προσαγορευομένῳ. Τούτῳ δ' ἐκ τῆς εἰρημένης Λέοντος θυγατρὸς Λέων ὁ μικρὸς κληθεὶς ἐγεννήθη.

A præter rationem ad se pertraxit, et ad mensam suam adhibuit, et alia præterea multa, injuriarum oblivionem illis pollicitus, fecit. Alia autem ex parte Zenoni Isauro, qui fidus ei maxime esse videbatur, ut is illis per balneas in imperialem regiam venientibus, subito impetu capita resecaret, præcepit. Aderant illi, et Zeno Ardaburio primum caput amputavit. Quod ubi Aspar vidit, indoluit, et magna' voce exclamans : Dignum (inquit) fert exitium senex canus, qui frustra gloriatus est, neque unquam admonitioni meæ audiens fuit. Persæpe enim ei dixi : Prius Leonem devoremus, quam ille nos sibi in prandio apponat. Hæc ubi dixit, et ipse ferro cæsus vitam amisit. **633** Filium autem ejus, patricium illum, a filia sua B Ariadna per repudium sejunctum, in exsilium misit : et Ariadnam Zenoni, utpote qui insidiatores sustulisset, conjugem dedit. Zeno iste ab incunabulis Aricmesius nominatus fuerat : verum una cum imperatoris filiæ conjugio id nomen mutavit, et Zeno appellatus est, nomine eo a quodam, qui apud Isauros ad magnam pervenit gloriam, sumpto, Iluic ex ea quam dixi Leonis filia, Leo minor progenitus est.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ Μαρτυρίου τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ Πέτρου τοῦ Κναφέως, ὃς τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, « Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, » προσέθετο· καὶ περὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ, Στεφάνου καὶ Καλανδίωνος· καὶ περὶ ὧν ὁ Κναφεὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ παρέδωκε. Καὶ περὶ Ἰουβεναλίου καὶ Ἀναστασίου καὶ Μαρτυρίου τῶν ἐπισκόπων Ἱεροσολύμων.

CAPUT XXVIII.

De Martyrio Antiocheno episcopo. De Petro Cnapheo, qui primus ter sancto hymno addidit : « Qui passus es pro nobis. » Et de successoribus ejus, Stephano et Calandione. De cæremoniis a Cnapheo in ecclesia institutis. De Juvenali et Anastasio et Martyrio, Hierosolymitanis episcopis.

Ζήνων δὲ ἅμα τῷ νυμφίος βασιλεῖ γενέσθαι, εἰς τὴν Ἑῴαν ἐστάλη· ᾧ Πέτρος ὁ ἐπίκλην Κναφεὺς ἠκολούθει, πρεσβύτερος ὢν τοῦ νεὼ τῆς ἁγίας μάρτυρος Βάσσης ἐν τῇ Βιθυνῶν Χαλκηδόνι. Τὴν Ἀντιόχου δὲ σὺν ἐκείνῳ καταλαβὼν, καὶ τῷ θρόνῳ ταύτης ἐνηδυνθείς, πείθει Ζήνωνα ἀρῆξαί οἱ τῆς καθέδρας μεταλαχεῖν. Μαρτυρίου δὲ τηνικαῦτα ἐπισκοποῦντος, ὃς μετὰ Μάξιμον τὸν ἐπὶ τῇ τετάρτῃ συνόδῳ τῆς προεδρίας ἠξιωμένον τοὺς οἴακας ἐχειρίζετο, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλέως πόλιν χρείας καλούσης βραδύνοντος, Πέτρος θορύβους οὐκ ἐλαχίστους κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐκίνει, φύρων τὰ πλήθη καὶ ἀναχέων, καινά τινα κατὰ τῆς πίστεως εἰσηγούμενος· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἀναθέματι καθυποβάλλων, καὶ ὅσοι μὴ Θεὸν σταυρωθῆναι καὶ παθεῖν οἴονται. Ἐπὶ μᾶλλον δὲ τὸ δόξαν κρατύνων, τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, ἐς ὕστερον προσετίθει. Ὑπὲρ καὶ ἐς δεῦρο παρὰ τοῖς Θεοπασχίταις ἐκράτησε. Καί τινας δὲ τῶν τῆς Ἀπολλιναρίου μοίρας ἑταιρισάμενος, πολλὰ κατὰ Μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου διεσκευώρησεν, εἰς διάφορα σχίσματα τὸν λαὸν διαιρήσας. Μαρτύριος δ' ἐπανελθὼν καὶ τὸ πλῆθος εὑρὼν στασιάζον πρός τε αὐτὸν καὶ τὴν ἀμφὶ τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ Ζήνωνα τῷ Κναφεῖ τὰ μάλιστα συναιρόμενον, μετὰ πλείστην πειραίνεσιν, ἐπεὶ μεταπείθειν οὐχ οἷός τε ἦν, δημοσίᾳ τὸν λαὸν ἐκκλησιάσας, τὴν ἐπισκοπὴν παρῃτεῖτο, παῤῥησίᾳ πάντων εἰπών· Κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ, καὶ λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ Ἐκκλησίᾳ ἐῤῥυπωμένῃ, ἀποτάττομαι, φυλάττων ἐμαυτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης;

C Zeno simul atque imperatoris gener factus est, in Orientem missus est : in qua profectione Petrus cognomine Cnapheus eum secutus est, templi sanctæ Bassæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ presbyter. Is ubi cum illo Antiochiam venit, et sedes episcopalis ibi ei perplacuit, Zenoni persuasit, ut sibi in episcopatu eo recipiendo adesset : quem tum Martyrius gerebat, Maximi, qui quartæ synodi suffragiis dignitatem eam consecutus fuerat, successor. Et cum Martyrius in urbe imperiali, necessitate id flagitante, diutius moraretur : Petrus tumultus Antiochiæ non minimos excitavit, res plerasque apud plebem per confusionem miscens, et insolita quædam adversus fidem inducens, quodque maximum est, omnes eos qui D Deum crucifixum et passum esse non crederent, anathematis fulmine feriens. Atque ubi opinionem suam confirmavit, ter sancto illo hymno accessionem istam : *Qui crucifixus es pro nobis*, tandem adjecit. Quæ verba ad hunc usque diem apud Theopaschitas obtinent. Quibusdam etiam hominibus ex Apollinaris partibus sibi ascitis, multa adversus Martyrium episcopum molitus est, et populum per varia dissidia in partes plures diduxit. Martyrius Antiochiam rediit, et multitudinem seditionem adversus se et veram de Deo sententiam movere, Zenonemque quam maxime Cnapheo favere reperit. Atque ubi post frequentem cohortationem persuadere illis, ut sententiam talem mutarent, non potuit, populi publicitus concione

Digitized by Google

convocata, episcopatum deposuit, verbis hisce in præsentia omnium usus : **634** Clero rebelli, et populo inobedienti, et Ecclesiæ contaminatæ, nuntium remitto, sacerdotalem mihi reservans dignitatem. Hoc ubi ille dixit, et secessit, Cnapheus in Antiochenum thronum insiluit, Chalcedonensem synodum plurimum proscidit, atque omnes accessionem illam ter sancti hymni usurpare coegit. Quæ res postquam est ad piissimum Leonem delata, continuo Cnapheum ad exsilium condemnavit. Id vero ubi ille cognovit, fuga saluti suæ consuluit, et in domicilio Insomnium (Ἀκοιμήτων) monachorum clam latuit. Cnapheo Stephanus substitutus est, quem Antiocheni pueri, quod scilicet Cnapheo adhuc addicti essent, acutis calamis veluti cuspidibus jugularunt, et in amnem, qui urbem eam præterfluit, conjecerunt, sicuti Joannes rhetor tradit. Stephano in episcopatu Calandion, qui tum Constantinopoli propter negotium certum erat, successit. Hic quartam synodum defendens, neminem prius ad communionem admittebat, quam Petrum Cnapheum et circulares quæ postea a Basilisco tyranno editæ sunt litteras, anathemati subjecisset. Idem Cnaphei actionibus resistens, accessioni illius in eo quem diximus hymno, præmisit, *Christe Rex*. Petrum Cnapheum quatuor ista Ecclesiæ catholicæ commodissima reperisse dicunt : ut sacrum unguentum in populi totius præsentia consecraretur : ut ad vesperam sanctorum Theophaniorum unda in sacrum lavacrum infunderetur : ut symbolum sanctum, quod semel tantum antea magno et sancto Parasceves die diei solitum fuerat, in synaxi et conventu ecclesiæ quovis decantaretur : et ut in precatione omni Dei Genitrix nominaretur (1), et divinum ejus nomen invocaretur. Paulo post ubi Juvenalis in extrema senectute Hierosolymis diem suum obiit, episcopale ejus munus Anastasius sortitus est. Cui deinde successit Martyrius.

A ἀξίωμα. Ταῦτ' εἰπόντος καὶ ἀναχωρήσαντος Μαρτυρίου, ὁ Κναφεὺς τῷ τῆς Ἀντιόχου θρόνῳ ἐπιπηδᾷ, πολὺς κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ῥέων συνόδου, καὶ πάντας τὴν τοῦ τρισαγίου προσθήκην λέγειν καταναγκάζων. Ἅ δῆτα ὁ εὐσεβέστατος Λέων μαθὼν, φυγαδείαν τοῦ Κναφέως εὐθὺς κατεδίκαζεν. Ὁ δὲ γνοὺς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο, ἐν τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ κρύφα τὴν διατριβὴν ἔχων. Τὸν δὲ Κναφέα Στέφανος διεδέχετο· ὃν Ἀντιοχέων παῖδες, ἔτι προσκείμενοι τῷ Κναφεῖ, καλάμοις ἴσα δόρασιν ὀξυνθεῖσι διαχειρίζονται, τῷ τὴν Ἀντιόχου παραῤῥέοντι προσῤῥίψαντες ποταμῷ, ὡς Ἰωάννης ὁ ῥήτωρ ἱστόρησε. Μετὰ δὲ Στέφανον Καλανδίων τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημῶν τοὺς τῆς ἐπισκοπῆς οἴακας ἐγχειρίζεται· ὃς ὑπὲρ τῆς τε-

B τάρτης συνόδου πνέων, οὐδένα προσίετο, εἰ μὴ πρότερον τὸν Κναφέα Πέτρον ὑποβάλοι τῷ ἀναθέματι, καὶ τὰ ἐσύστερα γενόμενα τῷ τυράννῳ Βασιλίσκῳ ἐγκύκλια. Καλανδίων δὲ τῷ Κναφεῖ ἀντιπράττων, ταῖς ἐκείνου προσθήκαις προσετίθει τῷ τρισαγίῳ τὸ, *Χριστὲ Βασιλεῦ*. Φασί γε μὴν τὸν Κναφέα Πέτρον καὶ τέσσαρα ταῦτα κάλλιστα τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἐπινοῆσαι· τὴν τοῦ θείου μύρου κατασκευὴν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι· τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις Θεοφανίοις τῶν ὑδάτων ἐν ἑσπέρᾳ θείαν ἐπίκλυσιν· τό τε ἅγιον σύμβολον ἐν πάσῃ συνόδῳ παῤῥησίᾳ ἐξάδεσθαι, ἅπαξ πρότερον τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ μόνον λεγόμενον· καὶ ἐν πάσῃ εὐχῇ τὴν Θεοτόκον κατονομάζεσθαι, καὶ ταύτης

C τὴν θείαν κλῆσιν ἐπικαλεῖσθαι. Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ Ἰουβεναλίου ἐς βαθύτατον γῆρας ἐλάσαντος, τὸν τῶν Ἱεροσολύμων θρόνον Ἀναστάσιος ἐκληροῦτο· οὗ Μαρτύριος καθῆστο διάδοχος.

635 CAPUT XXIX.

Ut Leo Magnus satis concesserit, Leonem minorem imperii successorem relinquens. Et ut paulo post hoc quoque vita defuncto, pater Zeno filii imperium susceperit, diademate ab eo accepto.

Leo Magnus imperator (2), Zenonis [et Ariadnæ filiæ filium, Leonem minorem Cæsarem primum, deinde etiam imperatorem Romanorum renuntiavit, manibusque ipse suis imperii insignia ei contulit. Zenonem enim, quod in religione variaret, imperatorem legere dignatus non est. Deinde Leo morbo oppressus, Byzantii imperium una cum vita deposuit, cum id annis decem et septem administrasset. Post quem Zeno purpuram sumpsit, ut Leonis gener : quod eum Verina, Leonis conjuge Leonem adhuc puerum adjuvante, qui etiam patri imperii insignia imposuit, asciverit. Porro cum Leo

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ὡς ἐτελεύτησε Λέων ὁ μέγας, Λέοντα τὸν μικρὸν καταλείψας διάδοχον. Καὶ τούτου δὲ μετὰ μικρὸν τέλει χρησαμένου, Ζήνων ὁ πατὴρ τὴν ἀρχὴν τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, τοῦ παιδὸς τῷ πατρὶ τὸ διάδημα περιθέντος.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Λέων ὁ μέγας τὸν Ζήνωνος καὶ Ἀριάδνης τῆς θυγατρὸς παῖδα, τὸν μικρὸν Λέοντα,

D Καίσαρα πρότερον, εἶτα καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἀνηγόρευε· χερσί τε ἰδίαις τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα τούτῳ περιετίθει. Ζήνωνα γὰρ ἅτε περὶ τὴν θρησκείαν διάφορον λογιζόμενος, ἀπηξίου βασιλέα χειροτονεῖν. Ἔπειτα νόσῳ περιπεσὼν ὁ Λέων, ἐν Βυζαντίῳ τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεται, ἐπτακαίδεκα ἔτη ταύτην διηνυκώς· μεθ' ὃν Ζήνων τὸ ἀλουργὲς ἀμφιέννυται σχῆμα, οἷά γε γαμβρῷ· καὶ Βηρίνης τῆς Λέοντος γυναικὸς συνεπιλαμβανομένης τῷ νηπίῳ Λέοντι, ὃς τῷ πατρὶ Ζήνωνι τὰ τῆς ἀρχῆς περιε-

(1) Hodie quoque Græci et Orientales Christiani precationi cuivis intercessionem τῆς Θεοτόκου, hoc est Dei Genitricis, inserunt.

(2) Leone imperatore aliquando Eulogio philosopho tesseram frumentariam dari jubente, ex cubiculariis eunuchis quidam, militibus largitionem talem dari debere, dixit. Ad quem conversus Leo, *Utinam*, inquit, *is sit temporum meorum status, ut mihi liceat stipendia militum in litterarum magistros conferre.* (Suid.) Apud quem etiam de Malchi sententia est, gravem civium provinciarumque suarum Leonem istum compilatorem fuisse.

Digitized by Google

τίθετο συμβολα. Τοῦ δὲ μικροῦ Λέοντος μετ' ἐνιαυτὸν καὶ αὐτοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντος, διαγέγονε μόνος ὁ Ζήνων τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἰθύνων οὐκ εὐτυχῶς. Ὅσα δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῦ διεπράχθη, καὶ ὅσα ἕτερα ἐπισυνέβη τῷ χρόνῳ, ἐφεξῆς δηλωθήσεται, τοῦ Κρείττονος ἐπινεύοντος. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα πεντεκαιδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι· ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ,ΕΦΙ', ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως ὑπε' ἐπεραίνετο.

A minor post annum unum decessisset, Zeno solus Romanorum imperium gubernavit minus feliciter. Quæ vero sub eo acta sint, et quæ eo tempore acciderint alia, Deo opitulante, ea quæ sequuntur ostendent. Quindecimus iste historiarum liber viginti quinque complectitur annos, cum ab orbe condito quinquies millesimus noningentesimus nonagesimus, a nativitate Domini quadringentesimus octogesimus quintus ageretur annus (1).

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Ἐπιτομὴ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ πραχθέντων, ἐν τῷ τέλει τοῦ παρόντος τόμου τεθεῖσα διὰ τὸ τῆς ἱστορίας ἀσύγχυτον.

636 CAPUT XXX.

Brevis et succincta expositio sanctæ universalis quartæ synodi actorum, ad finem hujus tomi est apposita, ut historiæ ordo citra confusionem conservaretur.

Ἔτος μὲν κόσμου ἕκτον ἦν καὶ ἑξηκοστὸν πρὸς ἐννακοσιοστῷ καὶ πενταχισχιλιοστῷ· καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος κατὰ τὴν Βιθυνῶν ἐπαρχίαν ἐν τῇ Χαλκηδονέων πόλει ἀθροίζεται κατὰ τὸν νεὼν Εὐφημίας τῆς μάρτυρος· Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης τὸν τόπον ἐκπληρούντων Πασκασίνου καὶ Λουκεντίου ἐπισκόπων, καὶ Βονιφατίου πρεσβυτέρου, Ἀνατολίου δὲ τὴν Κωνσταντίνου ἐπισκοπὴν πρωτευόντος, Διοσκόρου τε τὴν Ἀλεξάνδρου διέποντος, Μαξίμου τε αὖ τὴν Ἀντιόχου ἐπιστατοῦντος, καὶ Ἰουβεναλίου τὴν Ἱεροσολύμων, μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐπισκόπων. Οἷς συνῆσαν καὶ ὅσοι τῶν ἐν τέλει τῆς ὑπερφεροῦς γερουσίας τὰ πρῶτα φέροντες. Ὧν ἁπάντων καθεσθέντων, οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος εὐθὺς μὴ χρῆναι σφίσι συγκάθεδρον εἶναι Διόσκορον ἔλεγον. Τοῦτο γὰρ ἐπιτετράφθαι πρὸς Λέοντος· εἰ δ' οὖν, εἰ βιασθείεν, αὐτοὺς ἔξω τοῦ συλλόγου γενέσθαι. Τῆς δὲ γερουσίας ὅτου χάριν πυθομένης, ἐκεῖνοι, ὅτιπερ, ἔφασκον, ὑπὸ κρίσιν ὄντα, μὴ δεῖν εἶναι κριτοῦ περιβάλλεσθαι σχῆμα, ἐπιτροπῆς ἄνευ τοῦ τὴν Ῥώμην ἰθύνοντος. Ὧν εἰρημένων καὶ Διοσκόρου τῆς συγκλήτου κλίσει τὸν μέσον εἰληφότος χῶρον, παρῆν Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου· ἃς δεήσεις τῇ βασιλείᾳ ἐδίδου περιωπῇ, ἐπὶ μέσης ἀναγνωσθῆναι δεόμενος, ταῦτα πρὸς λέξιν εἰπών· « Ἠδίκημαι παρὰ Διοσκόρου· ἠδίκηται ἡ πίστις· ἐφονεύθη Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος· ἅμα ἐμοὶ ἀδίκως καθῃρέθη παρ' αὐτοῦ. Ὁρίσατε τὰς ἐμὰς δεήσεις ἀναγνωσθῆναί. » Ἐπεὶ δὲ τοῦτο συνεχωρεῖτο, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἔτυχε, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιοῦσα· « Παρὰ Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Δορυλαίου ποιουμένου τὸν λόγον ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Σκοπὸς τῷ ὑμετέρῳ κράτει ἁπάντων μὲν τῶν ὑπηκόων προνοεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν ἅπασι τοῖς ἀδικουμένοις, μάλιστα δὲ τοῖς ἐς ἱερωσύνην τελοῦσι. Κἂν τούτῳ τὸ Θεῖον θεραπεύοντες, παρ' οὗ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν καὶ κρατεῖν τῶν ὑφ' ἥλιον δεδώρηται. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν

A mundo condito quinquies millesimus noningentesimus sexagesimus sextus agebatur annus (2), cum divina et sacra universalis quarta synodus, in provincia Bithyniæ, Chalcedone, in Euphemiæ martyris templo est congregata. Leonis veteris Romæ episcopi locum ibi obtinuere Pascasinus et Lucentius episcopi, et Bonifacius presbyter. Episcopatum Constantinopolitanum tum Anatolius administravit, Alexandrinum Dioscorus, Antiochenum Maximus, Hierosolymitanum Juvenalis: qui in synodo ea una cum aliis episcopis adfuere. Illis accessere magistratus et qui in senatu summo primas gerebant dignitates. Ubi omnes consederunt, statim Leonis legati dixere Dioscorum illis assidere non debere. Hoc enim a Leone sic constitutum esse: alioqui se, si id facere cogerentur, ex conventu eo abituros. Senatus, quanam de causa id fieri deberet, rogavit. Atque illi responderunt: Dioscorum reum agi, proindeque judicis personam eum sustinere, Romano antistite non permittente, non posse. Hæc ubi dicta sunt, et Dioscorus de senatus sententia medium cepit locum, Eusebius Dorylæi episcopus adfuit, et quas imperiali obtulisset majestati preces, legi publice petiit, hisce usus verbis: « Injuria affectus sum a Dioscoro, injuria affecta est fides. Episcopus Flavianus cæsus, et una mecum inique ab ipso exauctoratus est. Jubete, rogo, supplicem meum libellum legi. » Quod ubi permissum est, supplicatio lecta est, in hæc verba conscripta: « Libellus Eusebii episcopi Dorylæi, qui suam et orthodoxæ fidei, et qui in numerum sanctorum relatus est, Flaviani episcopi olim Constantinopolitani, causam agit. Consilium institutumque imperialis vestræ potestatis est, ut cum aliis omnibus subditis, tum eis maxime qui in ordinem sacerdotum allecti sunt, injuria affectis, curam eorum gerentes, dextram porrigatis. Qua in re divino numini pio cultu obsequimini, **637** a quo imperium vobis et orbis potestas tradita est. Cum igitur præter æquitatem et rationem omnem, ea quæ in Christum est fides, et nos, gravem ac-

(1) Secundum neotericos chronologos 4454.
(2) Secundum nostros chronicos 4435, anno Domini 457.

Digitized by Google

ceperimus injuriam a religiosissimo magnæ Alexandrinæ urbis episcopo Dioscoro, ad pietatem vestram confugimus, ut jus nostrum consequamur petentes. Res tota in hoc sita est (1). In ea quæ proxime in metropoli Ephesiorum celebrata est synodo (utinam autem celebrata non esset, nec orbis terrarum tumultu et malis multis repleretur), bonus Dioscorus, nulla justitiæ, nulla timoris Dei habita ratione, quod eadem cum vesano et hæretico Eutychete opinaretur et sentiret, multis ille quidem tum ignotus, sed postea seipsum manifestavit et prodidit, opportunitatem nactus per institutam a me adversus opinionis suæ popularem Eutychetem accusationem, et promulgatam contra eum a sanctæ memoriæ Flaviano episcopo sententiam, multitudine turbulentorum dissolutorumque hominum contracta, et potestate pecunia sibi comparata, piam orthodoxorum recteque sentientium, quantum in eo fuit, religionem afflixit, et pravam Eutychetis monachi opinionem confirmavit, quæ jam inde ab initio a sanctis Patribus est condemnata. Quando igitur non parva sunt, quæ ille adversus fidem in Christum et nos designare ausus est, ad amplitudinem vestram provolvimur, obsecrantes, ut amplitudo vestra sanctione sua ipsum religiosissimum Dioscorum causam dicere de criminibus sibi a nobis objectis jubeat, necnon monumenta et acta contra nos ab eo edita in sancta synodo legi mandet, per quæ probare possumus, illum longe ab orthodoxa et recta fide alienum esse, et hæresim impietatis plenam confirmasse, nobisque inique dignitatem ademisse, et gravem injuriam intulisse : ut divinis venerandisque mandatis vestris ad sanctam et universalem piissimorum episcoporum synodum datis, ab ipsis de nostra et Dioscori causa inquiratur, et actiones omnes ad pietatis vestræ cognitionem, et immortalis sublimitatis vestræ arbitrium referantur. Atque hoc sic consecuti, orationes perpetuas ad Deum, pro æterno vestro imperio, piissimi principes, fundere non intermittemus. »

638 Itaque Dioscoro juxta et Eusebio ita petente, acta Ephesia in medium producta et lecta sunt. Ex quibus constitit epistolam Leonis publice lectam non esse : cum quidem, ut id fieret, multi semel atque iterum postulassent. Dioscorus causam ejus rei dicere jussus, semel atque iterum se, ut id fieret, præcepisse dixit : testesque Juvenalem Hierosolymorum et Thalassium Cæsareæ primariæ urbis Cappadocum episcopos laudavit, qui secum synodo ei præfuissent. Juvenalis se sacrum id, quod synodo præiret, scriptum legi jussisse testatus est, postea autem neminem ejus mentionem intulisse. Thalassius autem professus est se, ut id legeretur non obstitisse; sed neque tantum sibi auctoritatis, ut solus ipse legi id juberet, usurpasse. Cum actorum lectio continuaretur, episcopi quidam voces quas-

A ἡ ἐν Χριστῷ πίστις καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν παρὰ Διοσκόρου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, πρόσιμεν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ τῶν δικαίων ἀξιοῦντες τυχεῖν. Τὰ δὲ τοῦ πράγματος ἐν τούτοις. Ἐπὶ τῆς ἐναγχος γενομένης συνόδου ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει (ἦν δῆλός γε ἦν μὴ γενέσθαι, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ), ὁ χρηστὸς Διόσκορος παρ οὐδὲν θέμενος τὸν τοῦ δικαίου λόγου καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, ὁμόδοξος ὢν καὶ ὁμόφρων Εὐτυχοῦς τοῦ ματαιόφρονος καὶ αἱρετικοῦ · λανθάνων δὲ τοὺς πολλούς, κἂν ἐς ὕστερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν, εὑρὼν καιρὸν, τὴν γεγενημένην παρ' ἐμοῦ κατὰ Εὐτυχοῦς τοῦ ὁμοδόξου αὐτοῦ κατηγορίαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ
B ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας λήξεως Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου, πλῆθος ἀτάκτων ὄχλων συναγαγὼν, καὶ δυναστείαν ἑαυτῷ διὰ χρημάτων πορισάμενος, τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν τῶν ὀρθοδόξων, τό γε ἧκον ἐς αὐτὸν, ἐλυμήνατο · καὶ τὴν κακοδοξίαν Εὐτυχοῦς τοῦ μονάζοντος, ἥτις ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν. Ἐπεὶ οὖν οὐ μικρὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ κατά τε τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως καὶ καθ' ἡμῶν, δεόμεθα καὶ προσπίπτομεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν εὐλαβέστατον Διόσκορον ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαγομένοις· δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτοῦ καθ' ἡμῶν ὑπομνημάτων ἀναγινωσκομένων ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, δι'
C ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ αἵρεσιν ἀσεβείας πεπλυρωμένην κρατύναντα, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ τὰ δεινὰ ἡμᾶς κατειργασμένον · θείων καὶ προσκυνουμένων ὑμῶν μανδάτων καταπεμπομένων τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧ τε ἡμῶν καὶ τοῦ προειρημένου Διοσκόρου δοκοῦσι, καὶ ἀνενεγκεῖν ἐς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸ παριστάμενον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ. Καὶ τούτου τυχόντες, ἀδιαλείπτους εὐχὰς ἀναπέμψομεν
D ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους, θειότατοι βασιλεῖς. »

Κοινῆς τοίνυν γεγενημένης δεήσεως ἀπό τε Διοσκόρου καὶ Εὐσεβίου, τὰ ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένα εἰς μέσον ἤγοντο καὶ ἀνεγινώσκοντο. Καί γε ἐδείκνυτο μὴ παῤῥησιασθῆναι τὴν Λέοντος ἐπιστολὴν, καίτοι γε πολλῶν προσκαλουμένων αὐτὴν καὶ ἅπαξ καὶ δίς. Ὁ δὲ Διόσκορος τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς, εἶρηκε καὶ ἅπαξ καὶ δὶς διαλαλῆσαι τοῦτο γενέσθαι. Μάρτυρά τε ἐκάλει τόν τε Ἰουβενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, καὶ Θαλάσσιον τῆς πρώτης τῶν Καππαδοκῶν Καισαρείας· μὴ γὰρ αὐτὸν μόνον τῆς συνόδου, ἀλλὰ καὶ τούτους καταυθεντεῖν. Ὁ μὲν Ἰουβενάλιος, καὶ ὃ θεῖον προηγήσατο γράμμα, διελάλει ἀναγνωσει δοθῆναι, μηδένα δ' ἐς ὕστερον τῆς ἐπιστολῆς ἐν μνείᾳ γενέσθαι· Θαλάσσιος δ' ἔφη μὴ κωλῦσαι ταύτην ἀναγνωσθῆναι · ἀλλὰ μηδ' ἐς τόσον εἶναι παῤῥησίας ἐκεῖνον, ὡς καὶ μόνον ὁρίσαι

(1) Supra lib. XIV, cap. 47.

Digitized by Google

τὴν ἐνάγνωσιν προελθεῖν. Τῆς τῶν πεπραγμένων A
τοίνυν ἀναγνώσεως προβαινούσης, τῶν ἐπισκόπων
τινὲς τινῶν ῥήτεων ἐπελάβοντο ὡς εἶεν πλασθεῖ-
σαι. Καὶ δὴ Στέφανος ὁ τῆς Ἐφέσου πρόεδρος
ἠρωτᾶτο τίνες ἄρα τῶν ὑπογραφόντων συνεξελαμ-
βάνοντο· καὶ ἔλεγεν Ἰουλιανὸν ὕστερον ὑπογράψαι,
ὃς Λεβέδου ἐπίσκοπος ἐχρημάτιζε, καὶ Κρισπῖνον·
τοὺς δέ γε ὑπογράφοντας Διοσκόρῳ τοῦτο μὴ συγ-
χωρῆσαι γενέσθαι, ἀλλ' ἐπιλαβέσθαι τῶν δακτύλων
τῶν ὑπογραφόντων· ὡς καὶ εἰς κίνδυνον καταστῆναι
τὰ πάντων αἴσχιστα. Ὁ δ' αὐτὸς Στέφανος ὑπέφε-
ρεν, ὡς ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ καθαιρέσει
Φλαβιανοῦ ὑπεσημήνατο. Πρὸς οἷς ὁ Ἀριαραθείας
Ἀκάκιος ἐπήγαγεν, ὡς ἀγράφῳ χάρτῃ πάντες
ὑπέγραφον, πολλῆς βίας καὶ ἀνάγκης ἐπικειμένης, B
στρατιωτῶν σὺν φονικοῖς ὀργάνοις περιστοιχιζόν-
των ἡμᾶς. Πράξεως δ' ἑτέρας ἀναγνωσθείσης, ὁ
Κλαυδιουπόλεως ἐπίσκοπος Θεόδωρος εἶπε μηδένα
ταῦτα φθέγξασθαι. Τῆς δ' ἐπὶ μέρους ἀναγνώσεως
προϊούσης, ἐπειδή τι χωρίον περιεῖχεν Εὐτυχῆ διεξ-
ελθεῖν, καὶ τοὺς λέγοντας τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι,
Εὐσέβιον ἐδήλου τὰ γράμματα ἀντειπεῖν, ὡς εἰρή-
κει μὲν τὸ *ἐξ οὐρανῶν*· τὸ δὲ *πόθεν*, οὐ
προσέθηκεν. Ἐπεῖχε δὲ Διογένην Κυζίκου ἐπίσκο-
πον, *πόθεν* οὖν εἶπε· καὶ μὴ συγχωρηθῆναι αὐ-
τοὺς περαιτέρω ζητῆσαι. Ἐδήλου πρὸς τούτοις τὰ
πεπραγμένα, ὡς εἰρήκει Βασίλειος Σελευκείας τῆς
Ἰσαυρίας οὕτως· « Προσκυνῶ τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μόνον Θεὸν C
Λόγον, μετὰ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἕνωσιν ἐν δύο
φύσεσι γνωριζόμενον. » Πρὸς ταῦτα τοὺς Αἰγυ-
πτίους μέγα καὶ διάτορον ἐκβοῆσαι· « Τὸν ἀμέριστον
μηδεὶς μεριζέτω· τὸν ἕνα Υἱόν, οὐ δεῖ λέγειν δύο. »
Ἀντιβοῆσαι δὲ τοὺς ἑῴους· « Ἀνάθεμα τῷ μερίζοντι·
ἀνάθεμα τῷ διαιροῦντι. » Ἐπάγει δὲ ἡ πρᾶξις τῆς διη-
γήσεως τὸν Εὐτυχῆ ἐρωτηθῆναι, εἰ δύο φύσεις λέγει
ἐν τῷ Χριστῷ. Ἐκεῖνον δὲ φάναι, ἐκ δύο μὲν φύσεων
τὸν Χριστὸν εἰδέναι πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν
ἕνωσιν μίαν. Βασίλειον δ' ἐπειπεῖν, ὡς « Εἰ μὴ
μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀχωρίστους καὶ ἀσυγχύτους λέγει
τὰς δύο φύσεις, σύγχυσιν πάντως λέγει καὶ σύγ-
κρασιν. Εἰ μέντοι προσθήσει σεσαρκωμένην καὶ
ἐνανθρωπήσασαν καὶ νοήσει παραπλησίως Κυρίλλῳ
τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν, τὰ αὐτὰ λέγειν D
αὐτοῖς. Ἄλλο μὲν γάρ τι εἶναι θεότητα τὴν ἐκ τοῦ
Πατρός, ἄλλο δέ τι τὴν ἀνθρωπότητα τὴν ἐκ τῆς
μητρός. » Ἐρωτηθέντων δὲ ὅτου χάριν τῇ καθαι-
ρέσει Φλαβιανοῦ ὑπέγραψαν, δηλοῦσι τὰ γράμματα
βοῆσαι τοὺς Ἀνατολικούς· « Πάντες ἡμάρτομεν,
πάντες συγγνώμην αἰτοῦμεν. »

dam, quasi fictitiæ assimulatæque essent, repre-
henderunt. Et Stephanus Ephesi antistes interro-
gatus, quinam subscriptores aliorum etiam nomina
subscripsissent, Julianum Lebedi episcopum po-
stremum eos subscripsisse dixit et Crispinum :
subscriptores vero Dioscoro id non permisisse,
sed subscribentium digitos inhibuisse : ita ut
etiam, ne res omnium fœdissimas paterentur,
periclitati sint. Idem Stephanus subintulit (1), uno
eodemque, quo Flaviano dignitas abrogata est, die,
subscriptionem etiam factam esse. Ad quæ Acacius
Ariarathiæ episcopus addidit, omnes in chartam
puram subscriptionis adnotationem retulisse, vi
adactos, quod militibus armatis cincti fuissent.
Porro cum quædam voces aliæ legerentur, Theo-
dorus Claudiopolis episcopus neminem ea verba
protulisse retulit. Cum lectio per capita progre-
deretur, locus quidam complectebatur, Eutychetem
dixisse : et eos qui dicunt, carnem Domini
nostri Jesu Christi de cœlo descendisse, et Eu-
sebium contra intulisse, quod ille dixerit quidem
hoc verbum, *de cœlo* : verbum autem, *a quo*, non
adjiderit. Et Diogenem Cyzici episcopum insti-
tisse, ut *a quo*, tandem diceret : sed eis ut am-
plius quærerent, permissum non esse. Adhæc, ea
ipsa acta indicant, Basilium Seleuciæ Isaurorum
episcopum sic dixisse : **639** « Adoro unum Do-
minum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, solum
Deum Verbum, qui post incarnationem et unionem
in duabus naturis cognoscitur. » Ad quæ verba
Ægyptii magna voce clare exclamarint : « Qui in-
divisibilis est, eum ne quis dividat, unum Filium,
non duos dicere convenit. » Orientales autem sub
hæc vociferati sint : « Anathema in eum qui dividit. »
Eadem acta inferunt, Eutychetem interrogatum
esse, an duas esse in Christo naturas diceret, illum-
que respondisse : ex duabus quidem naturis Chri-
stum se nosse ante unionem, post unionem autem
naturam ejus unam. Sub hæc Basilium dixisse :
« Nisi post unionem duas naturas, quæ segregari
et confundi etiam non possint, profiteretur, confu-
sionem eum prorsus et commistionem asserere.
Sin adderet incarnatam et inhumanatam, et itidem,
ut Cyrillus, incarnationem et inhumanationem in-
telligeret, idem eum cum ipsis dicere : nam aliud
quiddam esse divinitatem ex Patre, aliud quiddam
humanitatem ex matre. » Cum autem interrogati
essent, cur condemnationi Flaviani subscripsissent,
actorum commentarii Orientales exclamasse pro-
dunt : « Omnes peccavimus, omnes veniam peti-
mus. »

Προϊοῦσα δὲ ἡ ἀνάγνωσις δηλοποιεῖ τοὺς ἐπισκό-
πους ἐρωτηθῆναι, τίνος χάριν συνελθεῖν τὸν Εὐσέβιον
βουληθέντα οὐκ εἰάσαν. Πρὸς ἃ Διόσκορος ἀπεκρί-
νατο, τὸν Ἐλπίδιον κομμονητόριον παρεισάγειν καὶ
διαβεβαιοῦσθαι, τὸν βασιλέα Θεοδόσιον κελεῦσαι μὴ

Lectio eorumdem actorum procedens rursum
ostendit, episcopos interrogatos esse, quanam d
causa Eusebium in conventum non admiserint. Et
ad id Dioscorum respondisse : Elpidium commoni-
torium produxisse, et asseverasse, Theodosium im-

(1) Evagr. lib. II, cap. 17.

Digitized by Google

peratorem, ne Eusebius publice quidquam et libere diceret, statuisse. Idemque Juvenalem Hierosolymitanum dixisse, acta declarant. Cæsariensem autem Thalassium retulisse, nihil habere auctoritatis id quod a principibus damnatum esset. Tum autem non hanc esse fidei, de qua agere propositum esset, defensionem. Ad hæc, acta asserunt, Dioscorum ea quæ fiebant reprehendisse, et dixisse : Quomodo nunc canones servantur, cum Theodoretus quoque in conventum venerit? Senatum autem respondisse, quod accusatoris locum obtineret, propterea illum ingressum esse. Dioscorum porro intulisse : Atqui in episcopi subsellio ille sedet. Et rursum senatum imperialem intulisse : Et Eusebium et Theodoretum accusatorum vices gerere, sicuti et Dioscorum rei partes sustinere. **640** Atque ubi acta synodi posterius Ephesi celebratæ omnia, una cum sententia contra Flavianum et Eusebium lata, lecta, et ad clausulam illam ventum esset, ubi Hilarius episcopus dixit : « Orientales episcopos et qui cum eis erant, vociferatos esse, Anathema in Dioscorum : hac ipsa hora Dioscorum Christus condemnavit : Flavianus a Dioscoro exauctoratus est ; tu illum, Domine sancte, vindica ; tu illum, orthodoxe imperator, vindica ; vivat, vivat in multos annos Leo ; vivat diutissime patriarcha. » Sub hæc ubi reliqua quoque lecta essent, quæ alios quoque episcopos in Flaviani et Eusebii depositionem consensisse declararunt, gloriosissimos principes in hunc modum verba fecisse : « De orthodoxa, recta et catholica fide sequenti die conveniente concilio, certiorem inquisitionem fieri debere cernimus. Quandoquidem vero Flavianus piæ memoriæ, et Eusebius Dorylæi religiosissimus episcopus, per commentariorum lectorum testimonium, et voces ipsas eorum, qui tum synodo illi principes præfuere, lapsos se esse, perperamque illis dignitatem qui in fide hallucinati non fuerint, abrogasse confitentes, inique condemnationem eam factam esse probarunt : æquum nobis esse pro eo atque Deo placet, si divinissimo et piissimo domino nostro placuerit, videtur, ut eadem pœna Dioscorus religiosissimus Alexandriæ episcopus, et Juvenalis religiosissimus episcopus Hierosolymorum, et Thalassius reverendissimus Cæsareæ episcopus, et Eusebius religiosissimus Ancyræ (1) episcopus, et Eustathius religiosissimus Beryti episcopus, et Basilius religiosissimus Seleuciæ Isaurorum episcopus, qui cum auctoritate ab eis usurpata synodo præfuerunt, afficiantur : videlicet, ut per sacram hanc synodum, juxta canones, episcopali excidant dignitate, et omnia quæ consequenter acta fuerint, sacræ majestati referantur. » Ad quæ verba Orientales exclamarint : « Hoc justum est judicium. » Illyrici autem vociferati sint : « Omnes erravimus, veniam omnes poscimus. » Et Orien-

παῤῥησιασθῆναι Εὐσέβιον. Τὰ ἴσα δὲ εἰπεῖν καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιον ἡ πρᾶξις δηλοῖ. Ὁ δὲ Καισαρείας Θαλάσσιος ἔφη, τὴν ἐξουσίαν μὴ ἔχειν. Ὅ δῆτα κατέγνωσαν οἱ ἄρχοντες· μηδὲ γὰρ ἀπολογίαν ταύτην εἶναι πίστεως προκειμένης. Ἐπὶ δὴ τούτοις παριστάνουσιν αἱ πράξεις, μέμψασθαι τὸν Διόσκορον τὰ γινόμενα, ἐπειπόντα· Νῦν ποῖοι κανόνες σώζονται, ὅτι εἰσῆλθε καὶ Θεοδώρητος ; Ἀποκρίνασθαί τε τὴν σύγκλητον, κατήγορον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν. Εἰπεῖν δὲ Διόσκορον, ὡς ἐν τάξει ἐπισκόπου κάθηται· εἰπεῖν τε αὖθις τὴν σύγκλητον, ὡς καὶ Εὐσέβιος καὶ Θεοδώρητος κατηγόρων τόπον ἐπέχουσιν, ὥσπερ καὶ Διόσκορος κατηγορουμένου τόπον κεκλήρωται. Καὶ δὴ πάσης πράξεως τῆς κατὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τῆς κατὰ Φλαβιανοῦ καὶ Εὐσεβίου ἀποφάσεως ἀνεγνωσμένων, ἐπεὶ πρὸς τῇ ῥήσει ἐγένοντο ὅπου δὴ Ἱλάριος ὁ ἐπίσκοπος ἔφη, « Οἱ τῆς ἀνατολῆς ἐπίσκοποι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐβόησαν· Ἀνάθεμα Διοσκόρῳ· ταύτῃ τῇ ὥρᾳ Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. Ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. Τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. » Ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἀνεγνωσμένων, ἃ δηλοῦσι καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐπισκόπων τῇ Φλαβιανοῦ καθαιρέσει συναινέσαι καὶ Εὐσεβίου, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες ταῦτα πρὸς λέξιν ἀνεῖπον· « Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως τελειοτέρας συνόδου γενομένης τῇ ὑστεραίᾳ, ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν· ἐπειδὴ δὲ Φλαβιανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου εὐλαβέστατος ἐπίσκοποι, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γενομένων ἐξάρχων τῆς τότε συνόδου ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι καὶ μίτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντες δείκνυνται, ἀδίκως δὲ καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων Διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτῶν, καὶ Βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν ἐσχηκότας καὶ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, ἐκπεσεῖν διὰ τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου, κατὰ τοὺς κανόνας, τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. » Ἐφ' οἷς οἱ ἐκ τῆς ἕω ἐπεβόησαν· « Αὕτη δικαία ἡ κρίσις. » Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ ἐπεκραύγασαν· « Πάντες ἐσφάλημεν, συγγνώμης πάντες ἀξιωθῶμεν. » Καὶ τῶν ἀνατολικῶν ἐπιβοησάντων, « Αὕτη δικαία ἡ κρίσις· Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· τοὺς μάρτυρας ὁ Χριστὸς ἐξεδίκησεν, ὅσθ' ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων τὴν ἰδίαν

(1) *Armeniæ*, Evagr., sed perperam.

Digitized by Google

πίστιν ἐκθέσθαι· εἰδότα, ὡς ὁ θεοφιλέστατος βασι- A
λεὺς, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν τ' καὶ ὁκτὼ καὶ τῶν ρν'
Πατέρων, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπιστολὰς τῶν ἁγίων
Πατέρων Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἱλαρίου, Ἀθα-
νασίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς δύο Κυρίλλου, τὰς ἐν
τῇ πρώτῃ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ παῤῥησιασθείσας, πι-
στεύει, καί γε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον τῆς
Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Λέοντα τὸν Εὐτυχῆ ἐπὶ τού-
τοις καθελεῖν. » Καὶ τῆς τοιαύτης δὲ συνελεύσεως
πέρας λαβούσης, ἑτέρα πάλιν ἐγίνετο, μόνων τῶν
ἁγιωτάτων ἐπισκόπων προκαθεσθέντων· οἷς ἑτέρους
λιβέλλους Εὐσέβιος ὁ Δορυλαίου ἐπέδωκεν ὑπέρ τε
ἑαυτοῦ καὶ Φλαβιανοῦ. Ἐν ᾧ καὶ μέμψιν Διοσκόρῳ
ἐπῆγεν, ὡς ἐπίσης Εὐτυχεῖ θρησκεύοντι· οὗ χάριν
καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτοὺς ἀφελέσθαι. Προσετίθει
γε μὴν, ὡς καί τινα μὴ τηνικαῦτα εἰρημένα τοῖς B
ὑπομνήμασιν ἐνέσπειρε· καὶ ὡς ἀγράφῳ χάρτῃ
ὑπέγραψαν. Κἀκ κοινῆς ἐδεῖτο ψήφου τῶν συνει-
λεγμένων, ἄκυρα καὶ ὡς μηδὲ γεγονότα λογίζεσθαι
τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ ἐν Ἐφέσῳ διαπεπραγμένα·
καὶ τὴν μὲν ἱερωσύνην αὐτοὺς ἔχειν, τὸ δὲ βέβηλον
ἐκεῖνο δόγμα ἀναθεματισθῆναι. Μετὰ δὲ τὴν ἀνά-
γωσιν ἄξιον παρεῖναι καὶ τὸν ἀντίδικον. Καὶ διαλα-
λιᾶς γενομένης παραγενέσθαι, Ἀέτιος ὁ τῶν νοτα-
ρίων πριμικήριος παρελθὼν εἶπεν, ὡς διέβη μὲν
πρὸς Διόσκορον, ὥσπερ δῆτα καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους,
καὶ εἰρήκασι μὴ ἐλθεῖν δύνασθαι ὑπὸ τῶν φυλαττόν-
των· καὶ διελαλήθη ζητηθῆναι τὸν Διόσκορον πρὸ
τοῦ συνεδρίου. Κἀκείνου μὴ εὑρεθέντος, Ἀνατόλιος
ὁ τῆς νέας Ῥώμης ἐπίσκοπος εἶπε· Δίκαιόν ἐστιν C
ἐκεῖνον παραγενέσθαι. Οὗ γενομένου, οἱ πεμφθέντες
ἐπανελθόντες εἶπον, ὡς εἰρηκε, Φυλάσσομαι ἐγώ.
Εἰ δὲ συγχωρήσουσιν, ἥκω, καὶ ἕτοιμός εἰμι πρὸς
τὴν θείαν παραγενέσθαι σύνοδον. Προστέθεικε δὲ
τοῦτο Ἰμέριος· ὡς ἐκ Διοσκόρου ἐρχομένων, συναντᾷ
Βοηθὸς αὐτοῖς καὶ τῷ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφι-
κίων. Καὶ σὺν ἐκείνῳ οἱ ἐπίσκοποι πρὸς Διόσκορον
αὖθις ἦλθον, καὶ εἶπον ἐν σημείοις τινὰ ἔχειν ἐρεῖν
αὐτῷ. Ὧνπερ ἀναγνωσθέντων, δηλοῖ ταῦτα πρὸς
λέξιν εἰπεῖν τὸν Διόσκορον· « Συναγαγὼν ἐμαυτὸν,
καὶ γνοὺς τὸ συμφέρον, τάδε ἀποκρίνομαι· Ἐπειδὴ
ἐν τῇ πρὸ ταύτης συνόδῳ καθεζόμενοι οἱ μεγαλο-
πρεπέστατοι ἄρχοντες, ὥρισαν πολλὰ μετὰ πολλὰς
ἑκάστῳ διαλαλιάς· νῦν δὲ εἰς δευτέραν καλοῦμαι
σύνοδον εἰς τὴν τῶν προειρημένων ἀνασκευὴν, πα- D
ρακαλῶ τοὺς πρώην ἐν τῇ συνόδῳ παραγενομένους
μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγ-
κλητον καὶ νῦν παρεῖναι, ἵνα πάλιν τὰ αὐτὰ γυμνα-
σθῇ. » Πρὸς οὖν ταῦτα Ἀκάκιον ἡ πρᾶξις δηλοῖ
τοιάδε ἀπολογήσασθαι· Οὐχ οὕτως ἐκέλευσεν ἡ ἁγία
καὶ μεγάλη σύνοδος τὴν ὑμετέραν ἀγιότητα παρεῖ-
ναι, ὥστε ἀνασκευασθῆναι τὰ ἐπὶ τῶν μεγαλοπρε-
πεστάτων ἀρχόντων καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου
πραχθέντα· ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέστειλεν ὥστε καταλαβεῖν
σε τὸ συνέδριον, καὶ μὴ ἀπολειφθῆναι αὐτοῦ τὴν
σὴν ὁσιότητα. Πρὸς ὃν ἀντεῖπε Διόσκορος, ὅτι Νῦν
εἰρήκατέ μοι ὅτι λιβέλλους ἐπιδέδωκεν ὁ Εὐσέβιος.
Εἰ τοίνυν τοῦτο, πάλιν δέομαι τὰ κατ' ἐμὲ τυχεῖν
ἐξετάσεως ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῆς συγκλήτου.

tales rursum: « Hoc justum est judicium; Christus A
Dioscorum exauctoravit, Christus martyres vindi-
cavit. » **641** Hic senatum episcopum quemque fidei
suæ professionem in scriptum referre jussisse:
quibus etiam is, ut scirent, indicarit, Dei amantissimum imperatorem, juxta formulam a trecentis decem et octo, et rursum a centum quinquaginta Patribus editam, et juxta epistolas sanctorum Patrum Gregorii, Basilii, Hilarii, Athanasii, Ambrosii, et duas illas Cyrilli, quæ in priore Ephesina synodo publicatæ essent, credere, et religiosissimum Romanæ Ecclesiæ antistitem Leonem Eutychetem abdicasse. Conventu seu congressu eo soluto, alium rursum institutum esse, in quo soli sanctissimi episcopi consederint. Eis libellum alium, de se et B
Flaviano conscriptum, Eusebium Dorylæi antistitem obtulisse, in quo Dioscorum eo etiam nomine criminatus sit, quod idem cum Eutychete sentiret, cujus rei gratia et Flavianus et ipse ab eo exauctorati essent. Addidisse quoque pleraque verba, quæ tum dicta non essent, commentariis actorum esse aspersa. Et quod subscriptiones in charta pura factæ essent. Petiisse insuper ut communi eorum qui sic congregati essent, suffragio, quæcunque in posteriore Ephesina synodo acta essent, auctoritate eis omni adempta, perinde atque acta non essent, abolerentur, ipsis sacerdotalis dignitas restitueretur, et impium illud dogma anathemate jugularetur. Post libelli lectionem eumdem postulasse, ut adversarius quoque adesset. Ibi cum interlocutione C
prolata jussum esset, ut adesset, Aetium primicerium inter notarios progressum, ad eos dixisse, accessisse se ad Dioscorum, sicuti etiam ad reliquos. Illos autem dixisse, venire se propter adversariorum insidias non posse. Ibi rursus facta interlocutione decretum est, ut Dioscorus ante concilium quæreretur. Eo vero non invento, Anatolius novæ Romæ episcopus dixit, æquitatem et justitiam, ut ille adesset, efflagitare. Itaque quæsitum esse, et qui ad eum missi erant reversos, hoc sic eum dixisse renuntiasse, insidias sibi fieri. Sin ei tuto venire permitteretur, paratum se ut in sanctam synodum veniret, esse. Himerium illud addidisse, cum a Dioscoro digressi essent, D
Boethum eis et magistro divinorum officiorum obviam venisse, cum quo episcopi ad Dioscorum reversi, habere se dixerint, quod cum eo ex scripto agerent. Quod ubi lectum esset, Dioscorum hæc verba dixisse actorum liber refert: **642** « Cum de me ipso deliberarim, et id quod utile commodumque est considerarim, hoc sic respondeo: Quandoquidem in proximo consessu magnificentissimi principes qui in concilio sedent, multa post multas interlocutiones decrevere: et nunc ego in consessum alium, ad ea quæ dicta sunt revocanda atque abolenda evocor, peto ut magnificentissimi principes qui proxime synodo interfuere, et sacer senatus nunc etiam intersint, ut de iisdem rebus denuo inquiratur. » Ad quæ verba

Digitized by Google

acta Acacium ita respondisse testantur : Non ita sancta et magna synodus sanctitatem tuam adesse jussit, ut ea inducantur, quæ in præsentia magnificentissimorum principum et sacri senatus acta sunt. Sed nos ad te misit, ut in consessum ejus venires, et ab eo sanctitas tua non abesset. Ad quem Dioscorus : Modo, inquit, mihi dixistis, Eusebium libellum contra me obtulisse. Quod si id factum est, iterum peto, ut de rebus meis in principum et senatus præsentia disquisitio fiat. Et aliis quibusdam hujusmodi verbis interpositis, alios rursum missos esse, qui Dioscorum, ut rebus agendis adesset, accerserent. Quod ubi factum esset, reversos illos, hisce eum verbis usum esse retulisse : Antea quoque pietati vestræ indicavi, valetudine adversa me correptum esse, et petere, ut magnificentissimi principes et sacer senatus nunc quoque rerum inquisitioni et judicio adsint. Cum vero valetudo mea invaluerit, diffundi ob eam causam diem postulo. Commentarii actorum porro indicant, Cecropium Dioscoro dixisse : Nihil cum antea de valetudine allegasse. Proinde illum, pro eo atque deberet, canonibus satisfacere oportere. Cui rursum Dioscorus responderit : Semel se dixisse, principes adesse debere. Sub hæc Rufinum Samosatenum episcopum retulisse : canonice synodum atque consessum institutum esse, ad quem si veniret, liberum ei, ut quæ vellet diceret, fore. Et cum Dioscorus, an rebus agendis etiam Juvenalis et Thalassius et Eustathius interessent, rogaret : nihil illos ad rem id pertinere, respondisse. Ad quæ verba Dioscorum acta subintulisse tradunt : Imperatorem Christi amantissimum se oravisse, ut principes viri, et qui cum ipso judicio contendunt, adsint. Tum vero eos qui missi ad eum fuerant dixisse : Eusebium solum eum accusare, et omnes adesse debere. Atque ibi Dioscorum, eos quoque præsto oportere esse, dixisse, qui una secum judicis munere functi essent. **643** Nihil enim, inquit, mihi privati negotii aut criminis cum Eusebio est, quod non cum aliis qui mecum condemnationis sententiam tulerunt, commune sit. Et cum ejus rei gratia diutius internuntii apud eum morati essent, Dioscorum tandem hisce verbis eis respondisse : Semel vobis quæ dicenda erant dixi, et quod amplius dicam non habeo. Quæ ubi ad episcopos fuissent relata, Eusebium, cum uno Dioscoro, neque cum alio quopiam judicium sibi esse, dixisse : Dioscorumque tertio etiam citari postulavisse. Ibi tum Aetium significasse, paulo ante quosdam, qui se clericos esse dixissent, et alios ab Alexandria laicos et populares homines, libellos sibi adversus Dioscorum obtulisse, eosque pro consessus foribus vociferantes astare. Dedisse autem libellum primum Theodorum Alexandrinæ Ecclesiæ diaconum, deinde diaconum alterum Ischyrionem (1) nomine, et Athanasium presbyterum Cy-

(1) Sive Ischyram.

De Flaviano Antiocheno hæc historiarum monumentis prodita sunt. Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua recte vocet) genere Persa, et fortuna servus, peridoneus Satanæ minister: qui sub Calandionis episcopatu, cum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, cum quidem nondum divino regenerationis lavacro initiatus esset. Calandion ubi hominem eum, et latentem in eo nequitiam ex signis et conjecturis quibusdam cognovit, ab ecclesia eum proscripsit. Ubi vero Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiam ille non solum recepit: verum etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis episcopum creavit, et Philoxenum mutato nomine appellavit. Et Petrus ubi tandem se episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo ordinationem. Xenaias iste primus (o audacem animum, et os impudens!) vocem illam evomuit: Christi, et eorum qui illi placuere, imagines venerandas non esse. Itaque impietatis istud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, et non exigua ex Cynegico sive Venatico monasterio multitudine assumpta, una cum innata sibi improbitate in urbem pervenit: et Flaviano vim maximam intentavit, ut Chalcedonensem synodum et Leonis tomum ille anathemate damnaret. Quod cum Flavianus se facturum non esse confirmaret, et monachi ei contra imminerent, populus episcopum suum periclitari audiens, pro se quisque statim ut potuit consurgens affuit, et cædes tanta monachorum facta est, ut corpora eorum propter multitudinem in Orontem amnem, ut undas ejus pro sepulcris haberent, conjecta sint. Ad hæc etiam isto non minus accidit malum. Monachi namque in Cœlesyria (2) Flaviano valde addicti, propterea quod is in vicino quodam loco, cui Tilmognus nomen erat, monasticam egisset vitam, turba ea cognita, Antiochiam se contulerunt, **697** Flavianum omnibus modis defensuri. Atque ibi tum non minor

(2) Dicitur hæc etiam secunda Syria.

Digitized by Google

accepta clades. Propter hunc igitur et illum casum, Flavianus fraude quadam in exilium abductus est, petram quamdam præruptam et sublimem in Palæstinæ finibus incolere per vitam jussus. Hæ causæ sunt, quam ob rem tanti viri Macedonius et Flavianus sedibus suis exacti sint. De quibus etiam monachi Palæstini ad Aleisonem scribentes hæc verbis hisce commemorant :

CAPUT XXVII.

Quæ monachi Palæstini ad Alcisonem de Macedonio et Flaviano Antiocheno scripserint : et de ecclesiarum eo tempore confusione.

« Petro vero defuncto, rursus inter se dissidere cœperunt Alexandria et Ægyptus, et Libya : et factio quælibet suos sibi conventus egit. Reliquus etiam Oriens ab aliis ecclesiis segregatus est, quod Occidentales non aliter communicare eum eo voluerint, quam si Nestorium, Eutychetem et Dioscorum anathemati subjiceret, eisdemque Petrum Moggum et Acacium adderet. In hoc statu cum Ecclesiæ orbis universi res essent, qui germani Dioscori et Eutychetis sectatores fuere, ad maximam paucitatem redacti sunt. Et cum res illorum eo recidissent, ut quamprimum in terra deficerent ampliusque non exstarent, Xenaias re ipsa nomini suo respondens (alienus quippe prorsus a Deo), nescimus quo consilio, quasve adversus Flavianum inimicitias vindicans, sub obtentu fidei, sicuti plerique aiunt, contra eum commotus, veluti Nesterianum calumniose criminari cœpit. Atque ubi ille Nesterium una cum opinione sua anathemate confodit, ex eo tempore rursum ad Dioscorum (1), Theodorum, Theodoritum, Iban, Cyrum, Eleutherium, et Joannem transiit; et nescimus quos alios insuper et unde collegit. Quorum quidam vere Nestorii dogma profitebantur : quidam autem ejus hæresis suspecti, anathema in Nestorium contorserant, et in Ecclesiæ communione defuncti sunt. Eis ita collectis ad Flavianum : Hosce, inquit, omnes Nestorii contagione infectos, nisi anathemati subdideris, Nestorianus es, utcunque vel decies millies illum una cum dogmate suo anathemate confodias. Per litteras quoque Dioscorianos et Eutychianos permovit, **698** eisque persuasit, ut sibi patroni adversus Flavianum adessent : secum petituri, ut ille non in synodum, sed in eos quos diximus viros anathema jacularetur. Eis vero Flavianus episcopus diu multumque restitit. Sedenim ubi alii quoque contra ipsum cum Xenaia conjuncti sunt, Eleusinus videlicet quidam secundæ Cappadociæ, Nicias Laodiceæ Syrorum, atque alii aliunde episcopi, quorum pusillanimitatis erga Flavianum causam non nostrum, sed aliorum potius est exponere : tandem per eos ipsos se illos ad pacem adducturum esse arbitratus,

(1) Lege *Diodorum*. Edit.

A ταῦτα κἀκεῖνα τέχνῃ Φλαβιανὸς ὑπερόριος ἤγετο. πέτραν τιν' ἀπότομον οἰκεῖν διὰ βίου καταχρισθείς, πρὸς τοῖς τέρμασι Παλαιστίνης ἠρτημένην. Ταῦτα μὲν αἴτια, δι' ἃ οἱ τοσοῦτοι ἄνδρες, Μακεδόνιος καὶ Φλαβιανός, τῶν οἰκείων θρόνων ἐλάθησαν· περὶ ὧν καὶ τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς Ἀλκίσωνα γράφον, τάδε κατὰ ῥῆμα διασαφεῖ·

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Οἷα τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς Ἀλκίσωνα περὶ Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας ἔγραψε· καὶ περὶ τῆς τηνικαῦτα ἐκκλησιαστικῆς συγχύσεως.

« Πέτρου δὲ κεκοιμημένου, πάλιν εἰς αὐτοὺς ἀπεσχίσθησαν Ἀλεξάνδρειά τε καὶ Αἴγυπτος καὶ Λιβύη, καὶ καθ' ἑαυτὰς διετέλεσαν· καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀνατολὴ, πάλιν καθ' ἑαυτὴν, τῶν Δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων ἄλλως αὐταῖς κοινωνεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἀναθεματίζειν Νεστόριόν τε καὶ Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον· προστιθέναι δὲ καὶ Πέτρον τὸν Μογγὸν καὶ Ἀκάκιον. Ἐν τούτοις οὖν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην οὐσῶν ἐκκλησιῶν, οἱ γνήσιοι τῶν ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς εἰς πάντη ἐλάχιστον περιέστησαν τὸν ἀριθμόν. Καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἐκλιπεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτοὺς, Ξεναΐας ὁ τοῦ Θεοῦ ξένος ἀληθῶς, οὐκ οἶδμεν τίνι σκοπῷ ἢ ποίαν ἔχθραν πρὸς Φλαβιανὸν ἐκδικῶν, προφάσει δὲ τῆς πίστεως, ὡς οἱ πολλοὶ διηγοῦνται, κινεῖται μὲν πρὸς αὐτὸν, καὶ διαβάλλειν ἄρχεται ὡς Νεστοριανόν. Ἐκείνου δὲ σὺν τῷ φρονήματι καὶ Νεστόριον ἀναθεματίσαντος, μετέβαινε πάλιν ἐξ ἐκείνου ἐπὶ Διόσκορον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Θεοδώρητον καὶ Ἴβαν, καὶ Κῦρον, καὶ Ἐλευθέριον, καὶ Ἰωάννην, καὶ οὐκ ἴσμεν οὕστινας καὶ ὅθεν συλλεξάμενος· ὧν οἱ μὲν τὰ Νεστορίου ἀληθῶς ἐπρέσβευσαν, οἱ δὲ ὑπονοηθέντες ἀνεθεμάτισαν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας κεκοίμηνται. Τούτους πάντας τὰ Νεστορίου φησὶ νοσήσαντας, εἰ μὴ ἀναθεματίσειας, τὰ Νεστορίου φρονεῖς, κἂν μυριάκις αὐτὸν μετὰ τοῦ φρονήματος ἀναθεματίζῃς. Ἀνακίνει δὲ διὰ γραμμάτων καὶ τοὺς ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς συνηγόρους· πείθων συνάρασθαι μὲν αὐτῷ κατὰ Φλαβιανοῦ· μὴ μέντοι ἀναθεματισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς συνόδου, ἀλλὰ τῶν προειρημένων πρυσώπων. Τοῦ δὲ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ τούτοις ἐπιπολὺ ἀντιτείνοντος, ἑτέρων τε μετὰ Ξεναΐα συμπλεκομένων κατ' αὐτοῦ, Ἐλευσίνου μὲν ἐπισκόπου τινὸς τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, Νικίου δὲ Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ ἄλλων ἄλλοθεν, ὧν τὰς αἰτίας τῆς πρὸς Φλαβιανὸν μικροψυχίας ἑτέρων ἀλλ' οὐχ ἡμῶν διηγήσασθαι. Τέλος διὰ τούτους νομίσας εἰρηνεύειν αὐτοὺς, εἶξεν αὐτοῦ τῇ φιλονεικίᾳ· καὶ ἐγγράφῳ τὰ πρόσωπα ἀναθεματίσας, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. Καὶ αὐτὸν γὰρ κατ' αὐτοῦ κεκινήκασιν ὡς τὰ Νεστορίου πρεσβεύοντος. Μηδὲ τούτοις οὖν ἀρκεσθεὶς ὁ Ξεναΐας, τῆς συνόδου αὐτῆς πάλιν ἀναθεματισμὸν, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων καὶ τῆς

Digitized by Google

σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος, ἀπῄτει τὸν Φλαβιανόν. Μὴ ὑπακούσαντος δὲ, ὥσπερ Νεστοριανοῦ πάλιν κατηγόρει· πολλῶν δὲ ἐπὶ τούτων κεκινημένων, καὶ τοῦ πατριάρχου ἔκθεσιν περὶ πίστεως πεποιημένου, ἐν ᾗ πρὸς καθαίρεσιν μὲν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τὴν σύνοδον δέχεσθαι ὡμολόγει· μὴ μέντοι εἰς ὅρον καὶ διδασκαλίαν πίστεως, πάλιν ὡς τὰ Νεστορίου ὑπούλως φρονοῦντος, ἐπελαμβάνοντο, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν αὐτῆς προσθείη τῆς συνόδου, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων σαρκὸς καὶ θεότητος. Προτεπάγοντες δὲ πολλοὺς λόγων ὑπάτους καὶ τοὺς Ἰσαύρους· καὶ ποιήσαντες γραμματεῖον περὶ πίστεως, ἐν ᾧ τὴν σύνοδον μετὰ τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων ἢ ἰδιότητας ἀναθεματίσαντες, Φλαβιανοῦ μὲν ἀφίστανται καὶ Μακεδονίου· ἄλλοις δὲ σπένδονται ὑπογράψασι τῷ γραμματείῳ. Ἐν τούτοις καὶ τὸν Ἱεροσολύμων ἀπῄτουν ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς ἐκθέμενος, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δι' αὐτῶν τῶν ἀπὸ Διοσκόρου, ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν, ἀναθεματισμὸν περιέχον τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἱεροσολύμων νενοθεῦσθαι παρ' αὐτῶν διαβεβαιούμενος, ἄλλο προφέρει δίχα τοιούτου ἀναθεματισμοῦ. Καὶ οὐ θαῦμα· καὶ γὰρ καὶ λόγους Πατέρων νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν· οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. Ἀπῄτουν δὲ καὶ Μακεδόνιον ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς καὶ ἐξέθετο τὴν τῶν τιν' καὶ τῶν ρν' μόνην εἰδέναι πίστιν διαβεβαιούμενος· ἀναθεματίζων δὲ Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δογματίζοντας, ἢ τὰς φύσεις διαιροῦντας· μήτε δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ καθελούσης Νεστόριον μνησθεὶς, μήτε τῆς ἐν Χαλκηδόνι καθελούσης τὸν Εὐτυχῆ· ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσαντα τὰ περὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν μοναστήρια ἀφίστανται τοῦ ἐπισκόπου Μακεδονίου. Ἐν τούτοις ὅ τε Ξεναΐας καὶ Διόσκορος πολλοὺς προσλαμβανόμενοι τῶν ἐπισκόπων ἀφόρητοι ἦσαν, κινοῦντες κατὰ τῶν μὴ ἀνεχομένων ἀναθεματίζειν· ὧν τοὺς εἰς τέλος μὴ ὑπείκοντας ἐξορίᾳ ὑποβάλλεσθαι πολλοῖς μηχαναῖς παρεσκεύαζον. Οὕτως οὖν καὶ Μακεδόνιον ἐξορίζουσι, καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ ἐπίσκοπον καὶ Φλαβιανόν. Ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

A contentioni ei cessit, et in scripto anathema in eos qui dicti sunt viros conjecit, atque id ad imperatorem misit; nam et hunc quoque contra eum veluti Nestorianum commoverant. Verum Xenaias hisce non contentus, rursum anathema in ipsam synodum, et eos qui duas naturas et carnis et divinitatis in Domino profitentur, jaciendum a Flaviano petiit. Atque ubi ille ei non paruit, ut Nestorianum rursus criminatus est. Et cum de his rebus multa agitata essent, et patriarcha formulam fidei composuisset, in qua synodum quidem propter Nestorii et Eutychetis depositionem, non autem ut vim decreti et doctrinæ fidei haberet, recipiendam esse profitebatur: rursum cum, ut qui occulte Nestorianus esset, adversarii, nisi B anathemati etiam synodum ipsam, et duas naturas carnis et divinitatis in Domino profitentes subjiceret, criminari cœperunt. Adduxerunt illi quoque multa verborum fraude in sententiam suam Isauros: et scripto de fide edito, in quo synodum una cum eis qui duas naturas aut proprietates in Domino esse dicunt, anathemate condemnarunt. Itaque a Flaviano et Macedonio secesserunt: et cum aliis se conjunxerunt, qui scripto ei subscripsere. Interea etiam a Hierosolymitano antistite de fide scriptum exegere, qui id compositum ad imperatorem per ipsos Dioscorianos misit. Atque id illi, anathema complectens in eos qui duas naturas dicunt, protulerunt. Ipse autem Hierosolymitanus episcopus depravatum id ab eis esse asseverat, aliudque scriptum sine ejuscemodi C anathemate producit. Neque id mirum, siquidem scripta Patrum quoque adulterarunt: et multos Apollinaris libellos per inscriptiones ipsas Athanasio et Gregorio mirifico illi et Julio attribuerunt, per quos maxime ad impietatem suam multos pertrahunt. **699** Efflagitarunt vero a Macedonio etiam scriptam fidei formulam, quam ille quoque edidit: solam se trecentorum decem et octo, et rursum centum et quinquaginta Patrum fidem nosse confirmans, Nestoriumque et Eutychetem, atque eos qui vel duos Filios aut Christos opinantur, vel naturas dividunt, anathemate feriens: neque Ephesiæ a qua Nestorius damnatus est, neque Chalcedonensis quæ Eutycheti dignitatem abrogavit, synodi mentionem faciens. Quam rem monasteria Constantinopoli ægre tulere, et ab episcopo Macedonio descivere. Interea Xenaias et Dioscorus multis sibi ascitis episcopis, superbi et intolerabiles facti sunt: motusque adversus eos qui in anathema non consentirent, graves concitarunt: inter quos, si qui illis prorsus non cederent, eos modis omnibus in exsilium pellere sunt conati. Atque ita tandem Macedonius et Flavianus, et Joannes insuper, Palti episcopus, solum exsilii causa verterunt. « Hæc hactenus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ὡς μετὰ Φλαβιανὸν Σεβῆρος ὁ δυσσεβὴς ἐπιβαίνει τῆς Ἀντιόχου, καὶ περὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ· καὶ ὡς ἀναθέματι ἐξ αὐτῆς τὴν ἐν Χαλκηδόνι περιέβαλλε σύνοδον.

Τοῦ δὲ Φλαβιανοῦ τοῦτον ἀπελαθέντος τὸν τρόπον, Σεβῆρος ὁ δυσσεβὴς καὶ ἀκέφαλος ἐπὶ τὸν τῆς Ἀντιοχείας ἄνεισι θρόνον, ἄλλος ἀνὴρ Εὐτυχῆς ἢ

D

CAPUT XXIX.

Ut post Flavianum impius Severus sedem Antiochenam invaserit. De ejusdem vita, et ut concilium Chalcedonense anathemate involverit.

Flaviano ad hunc modum exacto, Severus impius et ἀκέφαλος, hoc est, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioscorus, Au-

Digitized by Google

fiochenum conscendit thronum : qui Sozopoli Pisidiæ ortus, Beryti legum scientiæ et actionibus forensibus operam dedit. Atque ubi Christianam addidicit doctrinam, confestim animo mutato, baptismi lavacro initiatus est, in Leontii illustris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia situm est. Et deinde monasticam vitam in monasterio quodam inter Gazam et Maiumam oppidum coluit : ubi Petrus etiam ille ex Iberia, qui episcopus Gazæ declaratus, una cum Timotheo Æluro proscriptus est, eodem vitæ genere culto, celebrem de se famam posteris reliquit. Porro Severus sermonem primum disputando cum Nephalio contulit, qui ejusdem cum illo opinionis antea fuit, naturam unam in Christo professus : postea autem et ipse Chalcedonensem synodum, **700** et eos qui duas naturas perhibent, tutatus est. Et cum se confidentius arrogantiusque Severus in disputationibus gereret, una cum popularibus suis, aliisque etiam plurimis, eamdem opinionem consectantibus, monastico domicilio suo a Nephalio ejectus est. Atque ille inde in imperialem concessit urbem, imperatori supplicaturus, ut sibi atque suis qui cum eo pulsi fuerant, monasteria sua restituerentur. Ita factum, ut in imperatoris Anastasii et senatorum notitiam perveniret : sicuti hoc qui Severi vitam conscripsit, refert. Joannes porro qui cum illo judicio contendit (1), scriptum reliquit : Severum, cum ordinari deberet, juramentum in scriptum relatum imperatori Anastasio obtulisse, a quo die throno Antiocheno potitus esset, haud quaquam se synodum Chalcedonensem anathemati subjecturum esse ; cumque eo ipso quo ordinatus est die, a sectatoribus suis instigatum, pro concione ex ambone anathema in eam jecisse : idemque disertis verbis, cum synodales litteras scriberet, fecisse. Qua de re litteræ illæ quas diximus, ad Alcisonem scriptæ, hæc referunt :

CAPUT XXX.

Ex litteris ad Alcisonem missis excerpta verba de impio Severo.

«Synodales Timothei Constantinopolitani episcopi hic in Palæstina receptæ sunt : Macedonii autem et Flaviani abdicatio recepta non est, sicuti neque synodalia scripta Severi. Quin illi etiam qui eas huc attulere, conviciis atque contumeliis, pro eo atque convenit, affecti, urbe profugerunt : propterea quod adversus eos populus et monachi commoti essent. Ac res in Palæstina quidem sic se habuere. Antiochiæ autem nonnulli in sententiam eorum abducti sunt, in quibus etiam et Marinus Beryti episcopus : quidam autem necessitate et vi adacti, eisdem Severi synodalibus litteris, anathema simul et in synodum et in reliquos qui duas naturas aut proprietates carnis et divinitatis

καὶ Διόσκορος τὴν ἀτέβειαν· ὃς ἐκ Σωζοπόλεως ὥρμητο, ἣ περὶ τὸ Πισίδων ἔθνος ἐστίν. Ἀνὰ δὲ τὴν Βηρυτίων σχολάσας πόλιν, πρὸς τὴ δικανικώτερον μετεχώρει τῶν λόγων. Ἀσκήσας δὲ τοὺς Χριστιανῶν νόμους, εὐθὺ μεταβαλὼν ἐμυεῖτο· καὶ ἀνὰ τὸ τέμενος Λεοντίου τοῦ καλὸν μὲν ἀρτυρσι λάμποντος γεγονὼς, ὃς ἐπὶ τῆς παράλου τῶν Τριπολιτῶν Φοινίκης ἵδρυται, τὸν μονήρη βίον μετῆει, ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἐν μεταιχμίῳ κειμένῳ Γάζης, καὶ τοῦ πολιχνίου ὃ Μαιουμᾶ ὄνομα ἐκλιμώσατο· ὅπου δὴ καὶ Πέτρος ὁ Ἰβὴρ ὅς καὶ πρόεδρος τῆς αὐτῆς πόλεως ἀνεδείχθη, σύναμα Τιμοθέῳ τῷ Αἰλούρῳ πεφευγὼς, διὰ τῶν ἴσων ἀγώνων ἐγένετο, λόγον οὐκ ἐλάχιστον περὶ αὐτοῦ τοῖς ὀψιγόνοις καταλιπών. Ἀμέλει τοι πρῶτα μὲν Σευῆρος Νηφαλίῳ πρὸς λόγων ἄμιλλαν διαλεκτικῶς συνεπλάκη· ὃς καὶ αὐτὸς τῆς ἴσης δόξης ἐκείνῳ ἐτύγχανεν ὤν, τὴν μίαν φύσιν πρεσβεύων πρότερον· ὕστερον μέντοι καὶ αὐτὸς εἷς τῶν ὑπερμάχων τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ τῶν τὰς δύο φύσεις ὁμολογούντων ἐγένετο. Καὶ δὴ θρασύτερον ἐκείνῳ διαλεχθεὶς ὁ Σευῆρος, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ τοῦ οἰκείου φροντιστηρίου πρὸς Νηφαλίου ἐκβάλλεται, καὶ ἄλλων πλείστων παραπλησίων μέντοι ἐκείνῳ τὰς δόξας. Ἐκεῖθεν δ' ἀπελαθεὶς, ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἄνεισι, δεησόμενος, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀπελαθεῖσιν ἐπανασῶσαι τὰ φροντιστήρια· κἀντεῦθεν βασιλεῖ τε Ἀναστασίῳ καὶ τῇ γερουσίᾳ καθίσταται γνώριμος· καθάπερ τῷ τὸν βίον Σευήρου συγγράψαντι περιείληπται· ἱστορεῖ δὲ Ἰωάννης ὁ αὐτῷ διακρινόμενος, ὡς μέλλων χειροτονεῖσθαι Σευῆρος, ὅρκον ἔγγραφον βασιλεῖ Ἀναστασίῳ ἐδίδου, ὡς ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ τοῦ τῆς Ἀντιόχου θρόνου καταπολαύσοι, οὐδαμῶς τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου δι' ἀναθέματος ἅψηται. Αὐτὸς δ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν κεχειροτόνητο ὑπὸ τῶν αὐτοῦ σπουδαστῶν διερρέθισθείς, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβάς, ἀναθέματι αὐτὴν καθυπέβαλλε· καὶ συνοδικὰς δὲ γράφων ἐπιστολὰς ῥητῶς οὕτως ἀναθέματι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον περιέβαλε· περὶ οὗ τὰ εἰρημένα πρὸς Ἀλκίσωνα γράμματα καὶ ταῦτα διέξεισι·

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Ἐκ τῶν πρὸς Ἀλκίσωνα γραμμάτων, ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ δυσσεβοῦς Σευήρου διεξίασιν.

«Τὰ μὲν συνοδικὰ Τιμοθέου τοῦ νῦν Κωνσταντινουπόλεως ἐδέχθη ἐνταῦθα ἐν Παλαιστίνῃ· ἡ δὲ καθαίρεσις Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ οὐκ ἐδέχθη, ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνοδικὰ Σευήρου. Ἀλλὰ καὶ οἱ κομίσαντες ἐνταῦθα ταῦτα, ἀτιμασθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἀξίως, ἔφυγον τῆς πόλεως, ἐπ' αὐτοὺς τοῦ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Καὶ ἡ μὲν Παλαιστίνη ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ οἱ μὲν συναρπαγέντες ὑπήχθησαν, ἐξ ὧν ἐστι καὶ Μαρῖνος ὁ Βηρυτοῦ ἐπίσκοπος· οἱ δὲ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ συνέθεντο τοῖς συνοδικοῖς Σευήρου, ἀναθεματισμὸν ἔχουσιν ἅμα τῆς συνόδου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν εἰρημένων δύο φύσεις ἢ ἰδιότητας ἐπὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου καὶ τῆς θεότητος. Οἱ δὲ μετὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης

(1) Μετὰ Σευήρου διακρινόμενος, Theodorus Lector lib. II.

Digitized by Google

συνθέσθαι μεταβαλλόμενοι ἀνεκαλέσαντο· ὧν εἰσιν οἱ ὑπὸ Ἀπάμειαν ἐπίσκοποι· ἄλλοι δὲ καθόλου οὐκ ἠνέσχοντο συνθέσθαι· ὧν εἰσιν Ἰουλιανὸς ὁ Βόστρων, καὶ Ἐπιφάνιος ὁ Τύρου, καὶ ἄλλοι τινὲς, ὥς φασι, τῶν ἐπισκόπων. Οἱ δὲ Ἴσαυροι νῦν ἀνανήψαντες, ἑαυτῶν μὲν καταγινώσκουσιν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἐξαπάτῃ· Σεὐῆρον δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀναθεματίζουσιν. Ἕτεροι δὲ τῶν περὶ Σεὐῆρον ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τὰς ἐκκλησίας ἀφέντες ἔφυγον· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ Βόστρων Ἰουλιανὸς, καὶ Πέτρος ὁ Δαμασκοῦ ἐνταῦθα διάγοντες· ἀλλὰ καὶ Μαμᾶς· εἷς δὲ οὗτος τῶν δοξάντων δύο ἐξάρχων εἶναι τῶν Διοσκοριανῶν· ὑφ' ὧν καὶ Σεὐῆρος κατήχθη καταγνοὺς αὐτῶν τῆς αὐθαδείας.» Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τὰ δὲ ἐνταῦθα μοναστήρια καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ὁμονοοῦσι σὺν Θεῷ περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ ἄλλαι δὲ πλεῖσται πόλεις μετὰ τῶν ἐπισκόπων, περὶ ὧν ἁπάντων καὶ ἡμῶν προσεύχου μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, δέσποτα ἁγιώτατε καὶ τιμιώτατε ἡμῶν Πάτερ.»

Domini profitentur, complectentes, assensere. Aliqui porro, quoniam vi et metus causa assensi fuerant, sententia mutata errorem revocarunt: **701** inter quos sunt, qui sub Apamea censentur episcopi. Quidam vero omnino eis non consensere, in quibus sunt Julianus Bostrensis, et Epiphanius Tyrius, aliique (ut dicunt) episcopi quidam. Sed enim Isauri nunc resipiscentes, cum priorem suum condemnant errorem, tum Severum factionisque ejus populares anathemate jugulant. Alii qui sub Severo sunt episcopi et clerici, ecclesiis relictis fugerunt: quorum unus etiam est Julianus Bostrensis, et Petrus Damascenus, qui hic sunt. Sed et Mamas, qui unus ex duobus est, qui principes Dioscorianorum esse videbantur, a quibus etiam Severus transversim ductus est, cum illorum antea præfractam temeritatem condemnasset.» Et post quædam: « Monasteria autem quæ hic sunt, et Hierosolyma ipsa, in recta fide Dei adjuvante gratia concordant, aliæque etiam plurimæ cum episcopis suis urbes, pro quibus omnibus, atque item pro nobis, Domine sanctissime et reverendissime Pater noster, ne in tentationem incidamus, fac ores »

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ τῆς καθαιρέσεως Σευήρου· οἷα ὁ Ἐπιφανὴς Εὐάγριος αὐταῖς λέξεσιν ἱστορεῖ.

Οἷα δὲ καὶ Εὐάγριος ὁ Ἐπιφανὴς περὶ Σευήρου ἱστόρησεν, αὐταῖς λέξεσι παραθήσομαι· γράφει δὲ ὧδε· « Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα τὰ γράμματα λέγει τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν Ἱερέας ἀποπηδῆσαι Σευήρου, φέρε τι πρόσθωμεν ὅπερ εἰς ἡμᾶς πατρόθεν διέβη, εἰ καὶ ἱστορίᾳ μέχρι νῦν οὐκ ἀνείληπται. Κοσμᾶς τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπῶν Ἐπιφάνειαν, ἣ τὸν Ὀρόντην σύνοικον ἔχει, καὶ Σευηριανὸς Ἀρέθουσαν τὴν ἀστυγείτονα, πρὸς τὰ συνοδικὰ Σευήρου ταραχθέντες, καὶ τῆς ἐκείνου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀποῤῥήξαντες, βιβλίον καθαιρέσεως αὐτῷ διαπέμπονται, ἐσέτι τὴν Ἀντιόχου ἐπισκοποῦντι· ἐγχειρίζουσι δὲ τὸ βιβλίον Αὐρηλιανῷ τῷ τῶν διακόνων πρώτῳ τῆς Ἐπιφανέων· ὃς ἐπειδὴ τὸν Σευῆρον ἐδεδοίκει καὶ τὸν τῆς τοσαύτης ἐπισκοπῆς ὄγκον, ὅτε τὴν Ἀντιόχου κατειλήφει, ἐσθῆτα γυναικείαν ἑαυτῷ περιθεὶς, προσῄει τῷ Σευήρῳ ἀκκιζόμενός τε καὶ θρυπτόμενος, καὶ διὰ πάντων σχηματιζόμενος τὸ εἶναι γυνή· καὶ τὸ κατὰ τῆς κεφαλῆς φάρος μέχρι τῶν στέρνων καθεὶς, ὀλοφυρόμενός τε καὶ μύχιον ποτνιώμενος ἱκετηρίαν τινὸς προσχήματι, προσιόντι τῷ Σευήρῳ τὴν καθαίρεσιν ἐπιδίδωσι· καὶ πάντας διαλαθὼν τοῦ ἑπομένου ἔξεισιν ὁμίλου, καὶ δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ὠνεῖται, πρὶν τὸν Σευῆρον τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ κείμενα γνῶναι. Ὅμως δ' οὖν ὁ Σευῆρος καὶ τὸ βιβλίον δεξάμενος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συνείς, τῷ οἰκείῳ προσεκαρτέρησε θρόνῳ μέχρι τῆς Ἀναστασίου τελευτῆς. Ὡς δ' Ἀναστάσιος τὰ ἐπὶ Σευήρῳ γεγενημένα διέγνω (ἱστορητέον γὰρ τὴν πρᾶξιν φιλανθρώπως τῷ Ἀναστασίῳ διεσκευασμένην), προστάττει Ἀσιατικῷ, τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας ἐπιτεταμένῳ ἀρχὴν, Κοσμᾶν καὶ Σευη-

CAPUT XXXI.

Quæ de Severo, cui episcopatus ademptus est, ipse Epiphaniensis Evagrius scripserit.

Quæ vero de Severo Evagrius Epiphaniensis memoriæ mandarit, verbis hic ejus apponam. Scribit enim ad hunc modum: « Quandoquidem litteræ istæ Palæstinorum monachorum episcopos qui Apamea suberant, a Severo resiluisse ostendunt, age afferamus huc, quod a Patribus per manus acceptum, quamvis hucusque in historiam relatum non sit, ad nos pervenit. Cosmas patriæ nostræ Epiphaniæ episcopus, quam Orontes alluit, et Severianus vicinæ Arethusæ antistes, cum ad synodales Severi epistolas perturbati essent, et se a communione ejus disjunxissent, libellum quo illi dignitatem abrogarunt, ad eum cum adhuc Antiochiæ episcopus esset, miserunt. Eum libellum Aureliano primario ecclesiæ Epiphaniensis diacono ad illum perferendum dedere. Atque is, quod Severum et episcopatus tanti amplitudinem metueret, ubi Antiochiam venit, muliebri habitu sumpto, Severum adiit, delicatius molliusque incedens, ac gestu omni feminam se esse assimulans: et supplicis more lamentans, atque velamine, quo caput obvolverat, ad pectus usque demisso, ex animi penetralibus cum gemitu illum obsecrans, abdicationem specie supplicis libelli accedenti illi dedit: et ex consequenti hominum turba, omnibus deceptis, prius per fugam salvus evasit, **702** quam Severus quæ in libello scripta essent, legit: nihilominus tamen Severus libello accepto, et sententia ejus intellecta, in sede sua usque ad Anastasii obitum permansit. Postquam Anastasius rem eam, sicuti Severo acciderat (1), cognovit (memoriæ enim tradendum perhumanum aliquod

(1) Evagr. lib. III, cap. 34.

Digitized by Google

Anastasii factum) Asiatico Asianam Libanensis in Phœnicia præfecturam gerenti mandavit, ut Cosmam et Severianum ecclesiis suis propter missum Severo condemnationis libellum ejiceret. Qui postquam in Orientis partes pervenit, multosque mortales Severiani et Cosmæ dogma defendere, et civitates suas fortiter illos tueri reperit, ad Anastasium retulit, sine sanguine fuso viros eos thronis suis expelli non posse. Et Asiatico Anastasius rescripsit : nihil se, etiamsi magnum et eximium quidquam sit, aggredi et obtinere velle, si vel gutta sanguinis effundenda sit. » Atque hæc quidem non multo post sic acta sunt.

ρια δὲ τῶν οἰκείων ἐξελάσαι θρόνων· διότι τῷ Σευήρῳ τῆς Ἕω κατειλήφει μέρη, πολλούς τε τῶν Κοσμᾶ καὶ Σευηριανοῦ δογμάτων ἀντεχομένους εὗρε, μάλα τε γεννικῶς ἀντιποιουμένους τὰς σφῶν πόλεις· καὶ τῷ Ἀναστασίῳ ἀνήγαγεν, ἀναιμωτὶ μὴ δύνασθαι τούτους τῶν οἰκείων φυγαδεύειν θρόνων· ἐκεῖνον δ' αὖθις Ἀσιατικῷ γράψαι, μηδὲν βούλεσθαι παρελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ μέγα τε καὶ ἀξιόλογον ᾖ, εἴπερ αἵματος ῥανὶς ἐχέοιτο. » Τὰ μὲν οὕτω προϊόντα οὐ πολλῷ ὕστερον.

CAPUT XXXII.

De Helia Hierosolymitano episcopo, ut propter synodum Chalcedonensem imperatori restiterit. Et ut magnus Sabbas ad imperatorem missus, inter ipsum et Heliam offendiculo sublato transegerit.

Imperator autem Palæstini quoque throni episcopo Heliæ, Passarionis filio, qui Salustio Martyrii successori successit, ut cum Chalcedonensis synodi obtrectatoribus communicaret, institit. Helias autem, quod gravis inter ecclesiarum antistites seditio esset (Romani namque a Byzantiis dissidebant, quod Acacium in sacrum album retulissent: Byzantii autem Alexandrinos aversabantur, quod illi Dioscori communionem admisissent, et synodum Chalcedonensem anathemate prosecuti essent: Palladius vero Antiochenus quæ grata imperatori essent faceret, synodum eam aversatus, et Alexandrinorum acta, quæ Anastasius comprobabat, complexus) ; Helias, inquam, cum tanta rerum confusio esset, cum solo Euphemio communicandum sibi esse statuit. Atque ubi ille propter fidem orthodoxam, sicuti dictum est, proscriptus esset, et Macedonius episcopatum ejus recepisset, proscriptioni Euphemii, quod contra canones facta esset, haudquaquam assentiri voluit : **703** Macedonii autem, ut qui sanam deprædicaret doctrinam, communionem admisit. Quandoquidem vero Palladii Antiochiæ successor Flavianus, sanæ addictus doctrinæ, idem cum Helia et Macedonio sensit, fortissimus in impietate tyrannus iram continere, et tantorum virorum concordiam ferre non potuit: sed furore fervens, et quam maxime ferociens, Macedoniam urbis imperantis pastorem, per eas quas divimus calumniosas criminationes, cum ignominia Ecclesia ejecit, et episcopalem thronum Timotheo tradidit. Meditatus ille quoque est, quomodo Flavianum et Heliam in exsilium mitteret. Tum vero temporis, ut eos Timotheo conjungeret, operam dedit. Et illi communicandum sibi quidem esse cum Timotheo, qui orthodoxæ doctrinæ assentiri videbatur, statuerunt. Macedonii autem exsilium minime ferre potuerunt : ut quod per violentam potius dominationem quam Ecclesiæ sanctionem decretum fuisset, sicuti etiam ante eum Euphemio acciderat. Quam ob causam imperator adversus illos furiose excanduit, eaque res magnos ecclesiis motus creavit. Anastasius Sidone contra

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ Ἡλίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, ὡς διὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον διάφορος βασιλεῖ κατέστη· καὶ ὡς ὁ μέγας Σάββας ἐς βασιλέα πεμφθείς, τὸ μεταξὺ αὐτῶν διέλυε σκάνδαλον.

Βασιλεὺς δὲ καὶ τὸν τῆς Παλαιστίνης τὸν θρόνον διέποντα, Ἡλίαν τὸν Πασσαρίωνος, ὃς Σαλούστιον διεδέξατο τὸν Μαρτυρίου διάδοχον, κοινωνεῖν τῆς κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου πεῖραν προσῆγεν. Ὁ δὲ δεινῆς στάσεως τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσι γεγενημένης (οἱ γὰρ ἐκ Ῥώμης Βυζαντίοις ἦσαν διαφερόμενοι, ὅτι τὸν Ἀκάκιον τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἐνέγραφον· Βυζάντιοι δὲ πάλιν Ἀλεξανδρεῦσιν ἀπηχθάνοντο, ὅτι τὴν κοινωνίαν Διοσκόρου προσίεντο, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀνεθεμάτιζον σύνοδον· τοῦ δ' αὖ Ἀντιοχείας Παλλαδίου πρὸς χάριν βασιλεῖ πράττοντος, καὶ τὴν μὲν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐκτρεπομένου, τὰ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων ἀσπαζομένου συνῳδὰ τοῖς Ἀναστασίου τυγχάνοντα), ὁ Ἡλίας τοιαύτης συγχύσεως ἐπεχούσης, μόνῳ Εὐφημίῳ κοινωνεῖν ᾑρεῖτο. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος διὰ τὸ ὀρθόδοξον ὥσπερ εἴρηται ἀπηλαύνετο, Μακεδόνιος δὲ τὴν ἱεραρχίαν ἐλάμβανεν, Ἡλίας συνθέσθαι μὲν τῇ ἐκβολῇ Εὐφημίου ἀκανονίστως γεγενημένῃ παντάπασιν ἀπηγόρευε· Μακεδονίῳ δὲ, ἅτε τὸν ὑγιᾶ πρεσβεύοντι λόγον, ἐς κοινωνίαν συνῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μετὰ Παλλάδιον τῆς Ἀντιόχου Φλαβιανὸς ἐπίσης Ἡλίᾳ καὶ Μακεδονίῳ ἐφρόνει τῷ ὑγιαίνοντι προσκείμενος δόγματι, οὐχ οἷός τε ἦν ὁ τὴν ἀσέβειαν ἀνδρικώτατος τύραννος τὴν ὀργὴν κατέχειν, οὐδὲ τὴν τοσούτων ἀνδρῶν συμφωνίαν καθεκτῶς φέρειν· τῷ θυμῷ δ' ὑπερζέσας καὶ ἀγριάνας ἐς μάλιστα, Μακεδόνιον μὲν τὸν τῆς βασιλίδος ποιμένα, ἐπὶ συκοφαντίαις αἷς εἰρήκαμεν ἀτίμως τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλει, καὶ Τιμοθέῳ ἐγχειρίζει τὸν θρόνον. Ἐμελέτα δὲ καὶ Ἡλίᾳ καὶ Φλαβιανῷ φυγὴν ὑπερόρων θέσθαι. Τέως γε μὴν σπουδὴν τό γε νῦν ἔχον ἔπραττε, Τιμοθέῳ τούτους ἑνοῦν. Οἱ δὲ Τιμοθέῳ μὲν κοινωνεῖν εἵλοντο, τῷ τῆς ὀρθοδοξίας λόγῳ συμβαίνειν δοκοῦντι· τὴν γε μὴν Μακεδονίου ὑπερορίαν ἥκιστα εἶχον φέρειν, δυναστείᾳ μᾶλλον καὶ οὐ κατὰ θεσμοὺς Ἐκκλησίας γεγενημένην ὥσπερ οὐδὲ τὴν πρὸ αὐτοῦ Εὐφημίου· ὃ δὴ καὶ εἰσάγαν κατ' αὐτῶν ἐκείνων τὸν βασιλέα ἐξήμηνε, καὶ πολὺν ταῖς ἐκκλησίαις τὸν σάλον προὐξένησε, καὶ κατὰ Σιδῶνα σύνοδον ἤρισεν ἐφ' ὧν καὶ Παλαιστινῶν ἐπισκόπων κατὰ τῶν θείων τούτων ἀνδρῶν· ἧς ἀρχηγοὶ καθί-

Digitized by Google

σταντο δ τε Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης Σωτήριχος, καὶ ὁ Ἱεραπόλεως Ξεναΐας ὁ ταῖς ἀληθείαις ξένος Θεοῦ· οἱ πολλοί τινες ἦσαν κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ῥέοντες, καὶ τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ἀνὰ τὴν Ἑῴαν κρατύνειν σπεύδοντες εἴπερ τινές. Ταῦτα μαθὼν Ἠλίας ὁ τῶν Ἱεροσολύμων τὴν ἱεραρχίαν κεκληρωμένος, σπουδὴν ἐτίθει βασιλεῖ καταλλάττεσθαι· καὶ διαλλακτὴς Σάββας ἐκεῖνος ὁ πολὺς τὴν ἄσκησιν καὶ τὴν κατὰ Θεὸν φιλοσοφίαν ἐτύγχανε, τοιάδε παρὰ Ἠλίᾳ ἐπιφερόμενος γράμματα· « Τοὺς οἰκιστὰς τῆς ἐρήμου καὶ Σάββαν σὺν αὐτοῖς, τὸ τῆς ἐρήμου κεφάλαιον, τῷ σῷ κράτει πρέσβεις ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν προβαλλόμεθα. Σὺ δὲ τὸν πόνον αὐτῶν αἰδεσθεὶς καὶ τοὺς κατὰ Θεὸν ἱδρῶτας, ὦ βασιλεῦ, στῆσον τὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν πόλεμον· καὶ μηκέτι περαιτέρω προελθεῖν τὸ δεινὸν ἐάσῃς. Οἶδα γὰρ ὅτι μέλει σοι τὰ φίλα πράττειν Θεῷ τῷ χαρισαμένῳ σοι τὸ διάδημα. » Ὁ μὲν οὖν ὡς εἶχε τὸ οἰδαῖνον κατὰ τοῦ τῆς Παλαιστίνης ἀρχιερέως, τῷ βασιλεῖ διέλυε γενναίως παρατάξάμενος. Καὶ ἄπρακτος ἡ ἀμφὶ Σωτήριχον καὶ Φιλόξενον ἐν Σιδῶνι σύνοδος κατὰ Ἠλίου καὶ Φλαβιανοῦ ἀνεδείκνυτο. Ἐς ὕστερον δὲ οὗτοι φθόνῳ διακαέντες, διέβαλον ἐς βασιλέα τοὺς ἄνδρας, ὡς εἶεν διαλοιδορούμενοι καὶ διαγελῶντες δὴ τὰ ἐκείνου· καὶ δὴ τὴν κατὰ τῶν πατριαρχῶν ἐξουσίαν εἰληφότες οἱ ἐναγεῖς, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅσα καὶ ἔδρων δακρύων καὶ ὀδυρμῶν ἄξια; Τέως ἐπὶ μὲν Φλαβιανῷ ἐκεῖνα πράττουσιν, ὅσα δὴ καὶ ἀμυδρῶς ἄνωθεν διελάβομεν· πρὸς δὴ τούτοις καὶ ἐξωθοῦσι τοῦ θρόνου, Σεβῆρον τὸν δυσσεβῆ ἀντικαταστήσαντες· ὃς ἐπεὶ τῆς Ἀντιόχου ἐπέβη, μυρία καὶ λόγον ἐκβαίνοντα τὰ δεινὰ τοῖς μὴ κοινωνεῖν αὐτῷ αἱρουμένοις ἐπῆγε.

A divinos eos viros Orientalium et Palæstinorum episcoporum conventum coegit : cui præfuere Cæsareæ Cappadociæ Soterichus, et Hierapolis Xenaias, vere a Deo alienus, episcopi qui vehementer in synodum Chalcedonensem invecti sunt. ac si qui alii, et ipsi, ut Eutychetis et Dioscori res in Oriente obtinerent, studuerunt. Hujus rei certior factus Helias Hierosolymitanus hierarcha, ut imperatori conciliaretur, consilium cepit, precatore usus Sabba illo, qui in pietatis exercitio et divina philosophia magnus exstitit. Hic cum ejuscemodi ab Helia litteris ad Anastasium venit : « Eremi incolas, et cum illis Sabbam, solitudinis caput, oratores pro ecclesiis ad imperium tuum mittimus. Tu vero, o imperator, divinos eorum B labores atque sudores reveritus, finem, quod contra ecclesias susceptum est, bello imponito neque cladem hanc ulterius progredi sinito. Curæ namque tibi esse, ut quæ Deo grata sint facias, qui tibi diadema concessit, persuasum habeo. » Ille ut potuit, animo constanti cum imperatore congressus, tumorem illius adversus Palæstinum antistitem conceptum sedavit. **704** Et synodus adversus Heliam et Flavianum a Soterichо et Philoxeno congregata, nihil egit. Isti autem postea invidia flagrantes, apud imperatorem viros eos, quasi illum conviciis proscidissent, et actiones ejus risissent, per calumniam detulerunt. Et cum potestatem sibi in patriarchas homines detestandi sumpsissent, quid dicere attinet, quæ mala C lacrymis et luctu prosequenda patrarint? Tum quidem ea in Flaviano fecere, quæ supra paucis exposuimus. Atque insuper eum sede sua ejecerunt, impium Severum ei substituentes. Qui post. quam in ecclesiam Antiochenam pervenit, infinita quæ verbis exprimere non sit, mala, a communione sua abhorrentibus, intulit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ.

Περὶ τῆς παῤῥησίας τῶν ἁγίων καὶ μεγάλων ἀσκητῶν Σάββα καὶ Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου, καὶ τῶν λοιπῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν ὑπὲρ τῆς ἁγίας συνόδου.

Τούτου τῆς πείρας καὶ ἅπαν μὲν τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν, μάλιστα δὲ οἱ καθηγεμόνες τούτων πεπείρανται· ὅσοι δῆτα Εὐθυμίῳ τῷ μεγάλῳ ἦσαν ἐς μαθητείαν τελέσαντες, ἄπειρα πλήθη καὶ σχεδὸν μὴ ἀριθμῷ ὑποπίπτοντα· ἧκμαζε γὰρ ἐν Παλαιστίνῃ μάλιστα τότε τὰ μοναστήρια, ὑπὸ καθηγεμόσι τοῖς φωστῆρσι τῶν φωστήρων ἀγόμενα· Εὐθύμιόν φημι τὸν μέγαν καὶ Θεόκτιστον τὸν πολὺν, Θεοδόσιόν τε τὸν τῶν κοινοβίων κατάρχοντα, καὶ Σάββαν τῆς ἐρήμου τὸν πολιστὴν, ὧν τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ κατὰ Θεὸν σκάμματα, ἥρουμην ἂν διελθεῖν, εἰ μή πως ἐκβαίνειν τοῦ προκειμένου ᾠόμην, ἰδίας μάλιστα δεόμενα συγγραφῆς, τῷ τε πλήθει καὶ μεγέθει τῶν ἔργων. Ἀλλ' ἐκδηλα τέως τὰ ἐκείνων, καὶ ἁπάσαις γλώσσαις καὶ ἐκκλησίαις εἰσὶ περιθρύλλητα· καί γε συγγνώμη διὰ ταῦτα, μὴ καὶ τούτων εἰς πλάτος διαγορευομένων. Τέως γε μὴν Σάββαν καὶ Θεοδόσιον ἐδιάζοντο· ἡγούμενοι εἶνε

CAPUT XXXIII.

De dicendi libertate magnorum et sanctorum monachorum Sabba et Theodosii cœnobiarchæ, reliquorumque in Palæstina monachorum sanctam synodum defendentium.

Experti virum eum sunt, cum monachi in Palæstina omnes, tum eorum antistites maxime, Euthymii magni discipuli, quorum immensa et D numerum prope superans multitudo fuit : summe enim eo tempore in regione ea monasteria floruere quæ ab antistitibus egregiis luminarium luminaribus gubernabantur : Euthymium præclarum dico, et Theoctistum magnum, et Theodosium cœnobiorum principem, et Sabbam qui solitudinem in civitatem convertit : quorum certamina divinosque labores retulissem, nisi me ab instituto argumento digressurum esse scirem : cum opere illi peculiari propter copiam et amplitudinem rerum maxime indigeant, quæ tamen manifestæ satis sunt, et linguis ecclesiisque omnibus celebrantur. Proinde nobis venia debetur, si eas fusius non commemoramus. Et tum quidem Sabbam et Theodosium illi vi adorti sunt, si eos in partibus suis haberent,

Digitized by Google

omnia se confecturos rati. Atque ubi animos eorum tentarunt, præclarus ille virtute Theodosius suggestum conscendit, ac veluti dux quidam et imperator pro concione monastica phalange advocata, postquam multitudini silentium manu designavit, voce majore sublata, hoc sic tonitrus in morem detonuit : « Si quis quatuor synodos quatuor Evangeliis non exæquat, anathema. » **705** Illis verbis dictis, perinde atque angelus quidam, multitudine in stuporem conjecta, cum silentio omnibus inspectantibus per mediam turbam processit : et homines omnes cum animi consternatione viri ejus tanquam egregii in bello ducis consilium factumque, quo sanctas quæ dictæ sunt synodos sacris diptychis inscribendis accensendas esse, veluti lege lata statuit, admirati sunt. Et litteras ad imperatorem dantes, certamen se de eis ad sanguinem usque subituros : neque etiamsi quid accidat, se ullo modo a Patrum traditionibus discessuros esse, indicarunt atque confirmarunt. Deinde circumquaque civitates peragrantes, veluti invicti belli duces omnibus facti sunt omnia, homines confirmantes, ad fortitudinem cohortantes, socordiam excitantes, hæreticam insaniam prævenientes, prædicantes denique. Dei Verbum idem, simul Deum quidem et hominem, unam vero ejus subsistentiam sive personam esse, natura utrumque horum, divinitatem videlicet et humanitatem, habentem : id quod synodus quoque Chalcedonensis docuit, quæ etiam hæreticorum ex utraque parte errores declinavit. Eo enim quod personam unam profitetur, Nestorii vesaniam repudiavit; quod vero duas naturas deprædicat, Eutychetis et Dioscori contractionem rejecit. Non enim illa juxta Nestorii opinionem, in Filios duos et totidem subsistentias unum Christum divisit : sed neque itidem Eutyches et Dioscorus, atque etiam Severus, in unam naturam divinitatem et humanitatem unius Christi confudit. Cum namque istorum quilibet longius quam oporteret procederet, miserandum in modum eo reciderunt, ut Nestorius quidem divisionem, Dioscorus autem contractionem : atque ille quidem duos Filios, hic vero ne unum quidem proprie profiteretur. Siquidem Nestorius confusionem metuens, σχέσει (1), hoc est, habitu tamen adventicio, sive auctoritate acquisita, divinitatis unionem cum humanitate factam esse dixit : ita ut cum naturis duos Filios et subsistentias duas prædicaret, atque unum quidem Filium ex Patre peculiariter genitum, alterum autem qui ex Virgine natus sit, gratia modo honorem adoptionis filialis sortitum esse. Infelix autem Eutyches et Dioscorus atque item Severus, qui se postea illis conjunxit, absurdam Nestorii sententiam refellere volentes, malum malo medicati sunt, et stulte ad absurdiorem hæresim deflexerunt, naturam unam, divinitatis dico et

(1) Ἡ σχέσις ἐπὶ τῶν πρός τι λέγεται, οἷον πρὸς πατέρα υἱός. Hoc est, *Habitus de eis dicitur, quæ inter se invicem relationem habent : sicuti ad patrem filius, et contra.* (Suid.)

τούτους σχοῖεν, καὶ τὸ πᾶν ἀνῦσαι. Ὡς δὲ πεῖραν ἤδη προσῆγον, ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν Θεοδόσιος ἐπ' ὀχρίβαντος ἀναβὰς, οἷά τις στρατηγὸς καὶ κεθηγεμὼν, περὶ αὐτὸν τὴν μοναδικὴν φάλαγγα περιστήσας, καὶ τῇ χειρὶ τῷ πλήθει σιγὴν σημήνας, τὴν φωνὴν ἐπάρας εἰς μέγα, οὕτω τι βροντῶδες ἀπήχησεν· « Εἴ τις τὰς δ' λέγων συνόδους μὴ ἐπίσης τοῖς τέσσαρσιν Εὐαγγελίοις ἡγοῖτο, ἀνάθεμα. » Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ οἷά τις ἄγγελος καταπλήξας τὸ πλῆθος, σιγῇ πάντων ὁρώντων διὰ μέσου ἐχώρει, πάντων καταπληττομένων τοῦ ἀνδρὸς τὸ στρατήγημα· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὰς εἰρημένας ἁγίας συνόδους τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις τάττειν ἐνομοθέτησαν· καὶ βασιλεῖ δὲ γράμματα πέμποντες, τὸν μέχρις αἵματος ἀγῶνα ὑπὲρ τούτων ἐμήνυον· μηδ' ἂν εἴτι καὶ γένηται, οὐδαμῶς ἐκστῆναι τῶν πατρικῶν διατεινόμενοι παραδόσεων. Ἔπειτα καὶ τὰς πέριξ διιόντες πόλεις, οἷά τινες ἀπαράμιλλοι στρατηγοὶ, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγένοντο· στηρίζοντες, ῥωννύντες, τὸ ῥᾴθυμον διεγείροντες, τὴν αἱρετικὴν μανίαν προφθάνοντες· διδάσκοντες ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος εἷς μὲν αὐτὸς ὁμοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· μία δὲ τούτου ὑπόστασις, εἷς τοῦν πρόσωπον, φύσει τούτων ἑκάτερον ἔχουσα, τὴν θεότητα δηλαδὴ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα· ἃ δὴ καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι κηρύττειν σύνοδον, τὰς ἐπ' ἀμφότερα τῶν αἱρετικῶν παρατροπὰς διαφεύγουσαν. Τὸ γὰρ ὁμολογεῖν ἓν πρόσωπον τὴν Νεστορίου φρενοβλάβειαν ἀπωθεῖται· οἷς δὲ δύο φύσεις δοξάζει, τὴν Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου συναίρεσιν ἀποκρούεται. Οὐ γὰρ κατὰ Νεστόριον εἰς Υἱοὺς δύο καὶ ὑποστάσεις ἴσας καὶ αὖτη τὸν ἕνα διεῖλε Χριστόν· ἀλλ' οὐδ' ἐπίσης Εὐτυχεῖ καὶ Διοσκόρῳ. πρὸς δὲ καὶ Σευήρῳ, εἰς μίαν φύσιν συγχέει τὴν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ. Φεύγοντες γὰρ τούτων ἕκαστος πλέον ἢ ἔδει, ὁ μὲν τὴν διαίρεσιν, Διόσκορος δὲ τὴν συναίρεσιν· καὶ ὁ μὲν εἰς τὸ δύο λέγειν Υἱοὺς, ὁ δὲ εἰς τὸ μηδένα κυρίως ὁμολογεῖν, ἀθλίως ἐξέπεσον. Νεστόριος γὰρ τὴν σύγχυσιν δεδοικὼς, σχέσει μόνον εἶτουν αὐθεντίᾳ τὴν τῆς θεότητος ἕνωσιν ἔλεγε γενέσθαι τῇ ἀνθρωπότητι· ὡς συμβαίνειν μετὰ τῶν φύσεων καὶ δύο πρεσβεύειν Υἱοὺς, καὶ ὑποστάσεις διττάς· καὶ ἕνα μὲν Υἱὸν τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἰδικῶς γεννηθέντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς Παρθένου, χάριτι μόνον τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα κληρωσάμενον. Ὁ δέ γε δυστυχὴς Εὐτυχὴς, πρὸς δὲ καὶ Διόσκορος, ναὶ μὴν καὶ Σευῆρος ὁ τούτοις παραζευχθεὶς ὕστερον, τὸ ἄτοπον δῆθεν Νεστορίου θέλοντες διελέγχειν, κακῷ τὸ κακὸν ἰῶνται, εἰς ἀτοπωτέραν ἀνοήτως ἐκκλίναντες αἵρεσιν· μίαν τολμήσαντες φύσιν ἐπονομάσαι, θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος, τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον, τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος εἰς πάθος κατάγοντες. Εἰ γὰρ μίαν δοίημεν γενέσθαι τὰς ἐπὶ Χριστῷ συνδραμούσας φύσεις κατὰ τὸν ἐκείνων λῆρον, ὁ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, συμμετέχει πάντως θανάτου καὶ ἡ θεότης. Ἀλλ' ἐμφράξοι τούτοις τὸ στόμα Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν Χριστοῦ μαθητῶν,

Digitized by Google

Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ λέγων, οὐ προστιθεὶς γε μὴν καὶ θεότητι. Εἰ γὰρ καὶ ἡ Χριστοῦ θεότης καθ' ὑπόστασιν ἤνωτο τῇ σαρκὶ, ἀλλ' οὔμενουν οὐδαμῶς κοινωνὸς αὐτῷ καὶ τοῦ πάθους ἐγίνετο· πῶς γὰρ, ἐπεὶ τὸ θεῖον παντάπασι πάθους παντὸς ἀνεπίδεκτον; Καί γε καλῶς κυροῦσα ἡ σύνοδος, θεσπίζει δύο φύσεις τὸν Χριστὸν εἶναι, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀναλλοιώτως ἡνωμένας· καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ Λόγου τιμᾶσθαι τὸν αὐτὸν πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος· καὶ ἐπ' ἐσχάτων αὖθις τὸν αὐτὸν νόμῳ καινοτέρῳ φύσεως ἀνθρωπίνης ἐκ τῆς ἁγίας γεννηθέντα Παρθένου· ὅμοιον τῷ Πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καθ' ἑκατέραν οὐσίαν· μονογενῆ κατὰ τὸν Πατέρα, καὶ πρωτότοκον κατὰ τὴν μητέρα· οἷς πολλοὶ αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱοθετήθησαν τῷ πατρί. Ταῦτα πανταχοῦ διιόντες ἐδίδασκον· οἷς ἐξαφθεὶς εἰς θυμὸν ὁ ἀνόσιος βασιλεὺς, φειδυγίαν αὐτῶν κατεδίκαζεν· ἕως οὐ ἐκείνῳ τὴν ἄφυκτον ἐξορίαν παρὰ πόδας ἡ ἄνωθεν ἐσχεδίαζε δίκη τὴν ἐκεῖθεν μετάστασιν· δι' ἧς τῇ μὲν Ἐκκλησίᾳ ὁ σφοδρὸς ἐλώφα κλύδων, ἐκείνοις δὲ ἡ ἐξορία ἐλύετο, ἐπὶ τὴν φίλην ἡσυχίαν ἐκ τῶν σκαμμάτων ἀναγομένοις.

humanitatis, dicere, **706** et quantum in eis situm fuit, naturam divinitatis perpessionis expertem ad perpessionem deducere ausi. Si enim concedamus unam esse, quæ duæ in Christo divinitatis et humanitatis concurrerunt, naturas, juxta illorum deliramenta, particeps prorsus etiam mortis fuerit divinitas. Verum os istis obturat Petrus Christi discipulorum coryphæus, qui Christum pro nobis passum esse dicit carne, non adjiciens etiam divinitate. Tametsi enim divinitas Christi juxta subsistentiam carni unita est, haudquaquam tamen passionis particeps fuit (1). Quomodo enim hoc fieri potest, cum divinitas perpessionem (2) prorsus nullam in se admittat? Recte quoque synodus pro auctoritate sua statuit, duas naturas Christum esse, inconfusa, immutabili, atque invariabili ratione unitas: et in una subsistentia Dei Verbi incarnati coli, eumdem ante sæcula ex Patre, juxta rationem divinitatis: et rursum eumdem in extremis diebus novo naturæ humanæ modo ex sancta Virgine genitum, æqualem Patri et Matri, juxta utramque substantiam, unigenitum secundum Patrem, et primogenitum secundum Matrem, per quem sibi multos in baptismo in filiorum jura adoptavit Pater. Hæc illi passim circumeuntes docuerunt. Imperator autem impius ira accensus, ad exsilium eos condemnavit: quoad usque in illum brevi inevitabile illud exsilium, istam videlicet ex hac vita migrationem, vindicta divina decrevit, per quam ingentes Ecclesiæ fluctus conquievere: atque illi ab exsilio revocati, ex arumnis ad optatam quietem rediere.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Ἔτι περὶ Ἠλίᾳ καὶ Ἰωάννου τῶν πατριαρχῶν Ἱεροσολύμων· καὶ ὡς ἐκ μεταμελείας συνθέμενος Ἰωάννης τῷ ὀρθῷ δόγματι, καὶ ἀναθεματίσας τοὺς μὴ δεχομένους τὴν τετάρτην σύνοδον, εἰς κοινωνίαν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐδέχθη.

707 CAPUT XXXIV.

Rursus de Helia et Joanne Hierosolymitanis patriarchis: et ut per pœnitentiam Joannes, recepto saniore dogmate, et in eos qui quartæ synodi decreta non complecterentur, contorto anathemate, in communionem a sanctis Patribus sit receptus.

Ἀλλὰ μή πω περὶ τούτων· πρινὴ γὰρ ταῦτα συμβῆναι, Σευῆρος τῷ θρόνῳ ἐκάθιζε, καὶ τυραννεῖν τὴν εὐσέβειαν ἐπειρᾶτο, τὰ πάνδεινα ἐργαζόμενος. Ἔστελλε δὲ καὶ Ἠλίᾳ τῷ πατριάρχῃ τὰ κατ' ἔθος συνοδικά· ὧν ἥκιστα παραδεχθέντων, οἷς πολλῇ τῇ δυσσεβείᾳ ἐκέχρηντο, ἀνῆπτεν αὖθις τὴν ὀργὴν τῷ κρατοῦντι· καὶ χεῖρα πολλὴν ἀνὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ἔπεμπε τοῖς μὴ τὰ Σευήρου φρονεῖν ᾑρημένοις· καὶ τοῖς ἐκείνου συνοδικοῖς ὑπογράφειν, ἐξωθεῖν μὲν τῶν θρόνων καὶ βίαν εἰ δέῃσοι ἐπάγειν. Ὡς δὲ τὸ δεινὸν τῷ Ἠλίᾳ ἐπήρτητο τῆς εὐσεβείας οὕτω τυραννουμένης, οἱ θεσπέσιοι ἐκεῖνοι ἄνδρες τὸ μοναδικὸν αὖθις ἀθροίσαντες, ἐλαύνουσι μὲν ἀκόσμως τῆς ἐκκλησίας τοὺς τοῦ Σευήρου καὶ ἐκ βασιλέως πεμ-

Verum nondum de eo dicendum est: priusquam enim id accidit, Severus in throno sedit, tyrannidemque adversus veram pietatem gravissima quæque faciens exercuit. Mittebat autem is more recepto ad patriarcham Heliam epistolas synodales: quæ cum ab eo propter ingentem impietatem non reciperentur, ad iram rursum imperator commotus est. Atque is magnam armatorum manum Hierosolyma, adversus eos qui Severo assentiri, et synodalibus ejus subscribere nollent, misit, eosque sedibus suis pelli, atque vim etiam, si opus esset, afferre eis jussit. Porro cum Helias admodum premeretur, impietate ita sæviente, admirandi illi viri, monachis rursum collectis, eos qui a Severo et

(1) Verbum quippe Dei ἀπαθὲς impassibile, carne assumpta, παθητὸν passibile factum. Nec enim alius se carne exuit (Col. 2.) nisi Dei Filius, qui carne se induit. (Ambr. lib. II, *De fid.*) — Et nihil passus est, qui non vere passus est. Tertull. — Deus natus in homine, mortuus resurrexit. (Hieronym. Col. 2.) Si Christus Deus et homo unus est, sicuti et est, cur eum formidas dicere passum, quem non formidas credere unum? (Vigil. lib. II.) — Recte credimus et prædicamus cum Apostolo Deum crucifixum et mortuum in humana natura. (Idem.) — Sed et in ipsis injuriis agnosce divinitatem. (Ambr. ubi supr.) — Ipse gloriæ Dominus passus est carne. Cyrill.) — Ecclesiæ fides scit in Christo dispensationem, sed nescit divisionem. (Hilar. lib. XX.) Dei Filius nominem assumpsit, et in illo humana perpessus est. Hæc medicina hominum tanta est, quanta non potest cogitari. (August. *De agon. Christian.*) — Verbum Dei incarnatum suspensum est super lignum. (Iren. lib. V.)

(2) In abstracto, ut dicitur: secus in concreto. Et aliud est, in carne dicere passum: aliud, simpliciter passum dicere natura divinitatis. (Cyrill.)

Digitized by Google

imperatore missi fuerant, tumultuanter ex ecclesia ejecerunt. Atque ubi postea alia quoque eorum multitudo confluxit, in illorum conspectu, magna cum fiducia, eos qui cum Severo communionem habebant, anathemati subjecerunt. Imperator vero amoliri a se hoc tantum dedecus volens Olympium quemdam, cui militares in Palæstina copias attribuit, adversus eos misit : qui imperata pro imperiali potestate, ecclesiasticis sanctionibus neglectis, exsequeretur. Hic simul atque Hierosolyma venit, divinum Heliam sede episcopali ejecit, atque in ejus locum Joannem quemdam Marciani filium, cum Severo quidem communicantem, synodum autem Chalcedonensem rejicientem subrogavit. Qua de re certior factus Sabbas, et quæ cum eo erat sacra cohors, in stadium rursus procurrit. Atque quod Olympius rem ipsam tandem secum in animo considerans retrocesserat, cum Joanne novo patriarcha Sabbas collocutus, ei suasit, ut se a Severi communione abstineret, et Chalcedonensem synodum vel cum sanguinis effundendi periculo tueretur. Quod ille etiam Patrum persuasionibus reverenter susceptis, et pactis conventis cum Olympio initis neglectis, fecit. Ea vero re imperator offensus, Olympio magistratum ademit, et in Palæstinam ducem Anastasium in illius locum suffectum misit. Qui ubi eo pervenit, præter rationem exsequi ea quæ imperator vellet, in animo habens, Joannem statim, ne verbo quidem cum eo communicato, in carcerem conjecit : **708** eumque vi ut synodum Chalcedonensem despiceret atque Severi communionem amplecteretur, cogere aggressus est. Joannes quod cum Zacharia Cæsareæ Palæstinæ antistite secreto collocutus, audierat tempore flagitante opportuna fraude res gerendas esse : duci se quod ille vellet, facere paratum esse, pollicitus est, si modo post duorum dierum curriculum e custodia emitteretur : ne scilicet, inquit, videamur vi, non persuasione adducti, id quod imperatori placitum est, facere. Atque id ita factum. Et patriarcha custodia liberatus, monachorum cohortem in templum primi diaconi Stephani, ut præfractam hæreticorum temeritatem frenaret, convocavit : atque aliud quoddam domo consilium, quo rerum gerendarum spectaculum conspicuum magis fieret, attulit. Nam dux ipse advenit, ut illo nimirum teste præsente synodus aboleretur atque damnaretur. Joannes suggestum conscendit, ex utraque parte Sabbæ et Theodosii propugnatorum fidei manibus utrisque suffultus. Atque ubi se paululum continuit, et multitudinem etiam mussitare audivit, minus sanam fidem anathemate condemnari debere, fiducia plenus ejuscemodi protulit verbum : « Si quis Eutycheti et Nestorio et Sotericho Cæsareæ Cappadocum episcopo assentitur, anathema. Si quis quatuor universalium synodorum dogmata non sequitur, anathema. » Dux ubi eam quasi fabulam perspexit, multitudinis impetum metuens, bene secum actum

φθέντας. Πολλοῦ δ' ἔπειτα καὶ ἄλλου πλήθους συρρέυσαντος, θαρρούντως ἐπ' ὄψεσιν ἐκείνων τοὺς τῷ Σευήρῳ κοινωνοῦντας ὑπέβαλον ἀναθέματι. Ἐπὶ δὴ τούτῳ τὴν τοσαύτην αἰσχύνην ἀποτρίψασθαι βουληθεὶς ὁ κρατῶν, Ὀλυμπίῳ τινὶ τὰς ἐν Παλαιστίνῃ παραδοὺς δυνάμεις, κατ' ἐκείνων ἐξέπεμπε δυναστείᾳ βασιλικῇ, οὐ θεσμοῖς Ἐκκλησίας πρᾶξαι τὸ κελευόμενον. Ὁ δὲ ἅμα Ἱεροσολύμων ἐπέβη, τὸν μὲν θεῖον Ἠλίαν κατασπάσας τοῦ θρόνου, ὑπερόριον ἔπεμπεν. Ἰωάννην δέ τινα τὸν Μαρκιανοῦ παῖδα, κοινωνεῖν μὲν Σευήρῳ συνθέμενον, τὴν δ' ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐκκηρύξαντα, τῷ θρόνῳ ἀντικαθίστη. Ὁ δὴ μαθὼν Σάββας καὶ ὁ περὶ αὐτὸν ἱερὸς στρατὸς, εἰστρέχει τὸ στάδιον αὖθις. Καὶ Ὀλύμπιος μὲν ἀνεχώρει, ἤδη πρὸς νοῦν τὸ πρᾶγμα βαλών· τῷ δὲ νέῳ πατριάρχῃ τῷ Ἰωάννῃ περιτυχὼν, ἔπειθε μηδαμῶς Σευήρῳ εἰς κοινωνίαν ἥκειν, τῆς δ' ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ μέχρις αἵματος διακινδυνεύειν. Ὁ δὴ καὶ ἐποίει τὴν τῶν Πατέρων εἰσήγησιν εὐλαβούμενος, τῶν πρὸς Ὀλύμπιον συνθηκῶν ἀλογήσας. Ἐφ' οἷς ἀγαναχτήσας ὁ βασιλεὺς, παραλύει μὲν Ὀλύμπιον τῆς ἀρχῆς· Παλαιστίνῃ δὲ δοῦκα χειροτονήσας Ἀναστάσιον ἔπεμπεν· ὃς ἐκεῖσε γενόμενος, καὶ τῷ βασιλεῖ πράττειν ἀλόγως θέλων τὰ πρὸς βουλῆς, μηδὲ ψιλοῦ λόγου τὸν Ἰωάννην μεταδοὺς, αὐτίκα δεσμωτηρίῳ καθείργει· βίαν ἐπάγων, τῆς μὲν ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὑπερορᾶν, τὴν δὲ Σευήρου κοινωνίαν ἀσπάζεσθαι. Ὁ δὲ λεληθότως Ζαχαρίᾳ τῷ προέδρῳ Καισαρείας συγγεγονὼς, ἤκουε τέχνῃ τὰ πράγματα μετελθεῖν τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος, καὶ ἐπαγγείλασθαι τῷ δουκὶ, πᾶν εἴ τι βουλομένῳ εἴη, πρόθυμος δρᾶν, εἰ τῆς φρουρᾶς μόνον ἀπαλλαγείη μετὰ δύο ἡλίων παραδρομήν· ἵνα μή τισι, φησὶ, δόξωμεν βίᾳ καὶ οὐ πειθοῖ τὸ τῷ βασιλεῖ δοκοῦν ἐκτελεῖν. Καὶ τοῦτο μὲν ἐγίνετο· καὶ ὁ πατριάρχης ἀνίετο τῆς εἱρκτῆς. Συγκαλέσας δὲ τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν τῷ τοῦ πρώτου τῶν διακόνων Στεφάνου νεῴ, ὡς ἂν τὸ τῶν αἱρετικῶν αὐθαδες ἀναστείλῃ· καὶ ἄλλο δὲ οἴκοθεν κατὰ θέαν τῶν πεπραγμένων προσέβαλε. Παρῆν δὲ καὶ ὁ δούξ· ὡς ἂν ὑπὸ μάρτυρι ἐκείνῳ ἀπόῤῥητος καὶ ἐκκήρυκτος ἡ σύνοδος γένηται. Καὶ δὴ ὁ Ἰωάννης ἄνεισιν ἐπ' ὀκρίβαντος, ἑκατέρωθεν ὑπανεχόμενος ἑκατέρᾳ χειρὶ Σάββα καὶ Θεοδοσίου τῶν προβόλων τῆς πίστεως. Βραχὺ δ' ἐπισχὼν, ἐπεὶ καὶ τὸ πλῆθος ὑποψιθυρίζον ἤκουεν ὡς χρὴ τὸ μὴ ὑγιαῖνον τῆς πίστεως ἀναθεματίζεσθαι, θάρσους ὥσπερ πλησθεὶς, τοιάνδε φωνὴν ῥήγνυσιν· « Εἴ τις τὰ Εὐτυχοῦς φρονοίη καὶ Νεστορίου, Σευήρου τε καὶ Σωτηρίχου τῆς Καισαρείας Καππαδοκίας, ἀνάθεμα. Καὶ εἴ τις μὴ τοῖς τῶν τεσσάρων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων ἕποιτο δόγμασιν, ἀνάθεμα. » Ὁ δὲ δοὺξ τὸ δρᾶμα συνεὶς, δείσας τὴν τοῦ πλήθους ὁρμὴν, φεύγειν ἠγάπα σωζόμενος. Οἵ γε μὴν Πατέρες εἰδότες ὡς ἀκούσας ταῦτα χαλεπανεῖ βασιλεὺς, ἐπιστολὴν παῤῥησίας γέμουσαν διαπέμπονται, ἐλέγχουσαν μὲν ἐκεῖνον, τοῦ δόγματος δὲ τὴν ἀκρίβειαν παριστάνουσαν· ἄτοπον εἶναι φάσκουσαν Ἱεροσολυμίτας ὄντας, ἀφ' οὗ τὸ δόγμα πηγάσαν ἔῤῥευσεν, ὀψιμαθεῖς νῦν τοῦ κρείττονος κα-

Digitized by Google

θεστόναι. Εἰδέναι γε μὴν πίστιν, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ τιθ' ἐκδοθεῖσαν· ἀπρὶξ δὲ καὶ τῶν ἄλλων τριῶν συνόδων ἔχεσθαι κατ' ἴχνος ἑπομένων τῇ πρώτῃ· καὶ μηδ' ἂν εἴ τι καὶ γένηται, μεθεῖναι τὰ ἐκ πρώτης παραδοθέντα, ἀλλὰ καὶ μέχρις αἵματος ὑπὲρ τούτων εἶπερ δεήσειεν ἀντικαταστῆναι. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης σύναμα τοῖς ὁσίοις οὐκ ἐλάχιστον χρόνον ἐπιβιούς, Πέτρον ἐπίσημον ἄνδρα διάδοχον καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τοῦ θρόνου κεκλήρωται· φασί γε μὴν Ἠλίαν τῷ Ἀναστασίῳ τελευτᾶν μέλλοντι τὴν τῆς ἐκδημίας ὥραν τῷ μακαρίτῃ Σάββᾳ διομιλουμένῳ καὶ πόρρωθεν προειπεῖν. Τὰ μὲν οὖν ἐν Παλαιστίνῃ συμβάντα τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον.

esse, quod fuga saluti suæ consuleret, putavit. Patres autem ipsi cum scirent imperatorem ea re audita iratum fore, epistolam libertatis plenam ac eum dedere : in qua cum illum arguebant, tum dogmatis sui certitudinem astruebant. Absurdum quippe etiam esse scripsere, cum Hierosolymitani essent, unde dogma ipsum tanquam e fonte profluxisset, si tum primum tanquam seri discipuli, id quod optimum esset discere deberent. Scire se quidem, a trecentis decem et octo Patribus Nicææ promulgatam fidem : tenacissime autem alia quoque tria concilia, ut quæ prioris illius vestigiis inniterentur, retenturos : neque quidquam, etiam si duri aliquid accidat, se de primis traditionibus remissuros : sed eas ad sanguinem usque, si opus sit, defensuros esse. Patriarcha Joannes una cum sanctis illis viris, postquam non brevissimo tempore supervixit, Petrum ecclesiæ suæ et pietatis simul successorem habuit, virum præclarum. **709** Heliam dicunt cum beato Sabba collocutum, et longe a Constantinopoli dissitum, cum Anastasius mori deberet, migrationis ejus horam prædixisse. Res Palæstinæ ad hunc se habuere modum.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ Τιμοθέου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Συμμάχου καὶ Λαυρεντίου τῶν Ῥώμης ἐπισκόπων· καὶ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Θευδερίχου τοῦ Σκύθου, Δευτερίου τε καὶ Ἀλαμουνδάρου τοῦ Σαρακηνῶν φυλάρχου.

CAPUT XXXV.

De Timotheo Constantinopolis, de Symmacho et Laurentio Romæ episcopis. De sanctorum apostolorum Petri et Pauli feriis. De Theuderico Scytha. Item de Deuterio et Alamundaro Saracenorum ducibus.

Τιμόθεος δ' ὁ τῆς Κωνσταντίνου πρόεδρος διάφορος Μακεδονίῳ τῷ πρὸ αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην διέποντι μάλα καθίστατο· κόθορνός τις καὶ αὐτὸς πρὸς τὸ δοκοῦν ῥᾷστα στρεφόμενος, ποτὲ μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον προσιέμενος, ἄλλοτε δὲ ὑποβάλλων τῷ ἀναθέματι. Οἷον γὰρ αὐτῷ περὶ τὴν τοῦ Στουδίου διεπράχθη μονὴν διηγήσομαι. Ἐτελεύτα μὲν γὰρ ὁ τῆς μονῆς προεστὼς θεράπων· Τιμόθεος δὲ παρῆν ἄλλον προχειρίσων εἰς προστασίαν. Ὁ δὲ τὴν ἐπιτροπὴν τῆς ἀρχῆς μέλλων λαμβάνειν, διισχυρίζετο ἀπώμοτον ἔχειν ψῆφον προστασίας εἰσδέξεσθαι, ᾧ μὴ διὰ στοργῆς ἐστιν ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος. Τιμόθεον δ' ἀποψηφισάμενον καὶ διαρρήδην τῷ ἀναθέματι παραπέμψαντα ὃς ἂν μὴ τὴν εἰρημένην σύνοδον δέχοιτο· κατεδέχετο τὴν χειροτονίαν ὁ προβληθείς. Ὁ δὲ τῶν αὐτοῦ διακόνων πρῶτος παρὼν, ὕβρεσι τὸν Τιμόθεον ἔβαλλεν, ὡς μὴ ἐφ' ἑνὸς ἱστάμενον, ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ τοῦτο, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνο δίκην Εὐρίπου μεταβαλλόμενον. Καὶ ἐς τὸν βασιλέα ἰών, κατεμήνυε τὴν ἐγχείρησιν. Ὁ δὲ μετάπεμπτον ποιησάμενος, χαλεπῶς τῷ ἱερεῖ διετίθετο. Τὸν δὲ τὸ αἴσχος ἀποτριβόμενον, τοὐναντίον παῤῥησίᾳ ἐκήρυττεν, ἀνάθεμα φάσκων παντὶ ἀνθρώπῳ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον δεχομένῳ. Ἐπὶ δὲ διαβολῇ Μακεδονίου ὡς ἐκείνου δῆθεν μὴ τὸ τῶν τριακοσίων παραδεχομένου σύμβολον, τοῦτον μᾶλλόφασι καὶ οὐ τὸν Κναφέα Πέτρον· καὶ καθ' ἑκάστην σύναξιν τοῦτο παρασκευάσαι λέγεσθαι, ἅπαξ τοῦ ἔτους πρότερον κατὰ τὴν Παρασκευὴν τοῦ ἁγίου πάθους μόνον ἐπ' ἐκκλησίας λεγόμενον, ἧπερ μοι

Timotheus autem Constantinopolitanus episcopus magnopere a Macedonio, qui ante eum episcopatum gesserat, dissensit : qui et ipse, veluti cothurnus aliquis, facillime animum ad ea quæ hominibus placita essent, converteret, nunc quidem Chalcedonensem synodum complectens, nunc autem, contra, eamdem anathemate configens. Quid vero is in Studii (1) monasterio fecerit, commemorare libet. Monasterii ejus curator diem suum obiit : atque ibi Timotheus, ut alium illi præficeret præfectum, affuit. Et cum is qui procurationem eam suscipere debebat, asseveraret, jurisjurandi se religione, ne suffragium aut electionem præfecturæ ejusmodi ab eo susciperet, qui non ex animo Chalcedonensi synodo assentiretur, obstrictum esse : Timotheus in eum per damnationem anathema, qui synodum eam non reciperet, conjecit. Atque ita, qui designatus fuerat, ordinationem suscepit. Ibi tum primarius ejus diaconus progressus, conviciis Timotheum incessit, quod non in una sententia persisteret, verum nunc huc, nunc illuc, ad instar Euripi, per animi æstum et fluctuationem se conferret. Rem eam diaconus ad imperatorem retulit, qui Timotheum accitum graviter objurgavit. Et ille ut probrum hoc abholeret, diversam prorsus a priore sententiam publice promulgavit, et anathema in hominem quemque, qui Chalcedonensem reciperet synodum, torsit. Nonnulli ut Macedonium, perinde atque trecentorum et decem octo illorum symbolum non comproba-

(1) Studius dynasta celebre templum et monasterium condidit, quod Studitarum cognominatum est. Et consulatum gessit. De qua re versus illi sunt editi :

Στούδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο, καρπαλίμως δὲ
Ὧν κάμεν εὖρατο μισθὸν ἑλὼν ὑπατηΐδα ῥάβδον.
Magnificam postquam construxit Studius ædem,
Consulis accepit mercedis nomine honorem. (Suid.)

Digitized by Google

rit, calumniarentur, Timotheum hunc, non Petrum Cnapheum instituisse dicunt, ut in synaxi et conventu ecclesiastico quovis symbolum id diceretur, quod antea semel tantum anno quolibet Parasceves passionis sanctæ die in ecclesia legi solitum fuerat, sicuti supra diximus, cum episcopum primas religionis nostræ institutiones docere oporteret. Hæc de Timotheo. Tum vero apud veterem quoque Romam ingens confusio et turba excitata est talem ob causam. **710** Vir quidam Festus nomine primarius, senator Romanus, propter reipublicæ Romanæ utilitates quasdam Constantinopolim profectus, et cum Anastasio collocutus est. Atque ubi ex animi sententia negotium confecit, postea etiam ei supplicavit, ut ibi Petri et Pauli apostolorum memoria majore reverentia et cultu, sicuti Romæ fieri soleret, celebraretur. Ea enim nulla cura, atque, ut ita dicam, sicuti sors tulisset culta antea fuerat. Anastasius petitioni ejus non gravate consensit, et constitutione promulgata sanxit, ut magnifice ab omnibus conventus ecclesiasticus in apostolorum eorum honorem ageretur. Ab eo tempore conventus ejus celebritas magna cepit incrementa, atque ingenti cum lætitia est frequentata. Et quod adhuc in ecclesia Constantinopolitana Macedonius eniteret, per Festum quem diximus, is synodalem epistolam ad episcopum Romanum Anastasium, ut ille magis ac magis synodum Chalcedonensem confirmaret, dare decrevit. Sed id imperator Romanus cum rescivisset, impediit. Et Festus in secreto colloquio imperatori, Anastasium Romanum antistitem se facile adducere posse, ut Zenonis henotico assentiretur, et manu sua subscriberet, significavit. At ubi Romam rediit, Anastasium episcopum decessisse comperit. Proinde operam dedit, ut vel per speciem et simulationem, ea quam pollicitus fuerat, subscriptio perficeretur. Itaque quibusdam pecunia corruptis, præter receptum morem effecit, ut illi Laurentium quemdam Romanum episcopum legerent. Populus autem alium creandum decrevit. Ita seditione orta, eodem tempore duo designati sunt antistites. A pluribus namque Symmachus diaconus, a parte autem altera Laurentius episcopus ordinatus fuerat. Verum seditio ea quæ ad triennium non sine cædibus, rapinis, aliisque calamitatibus, quæ in ejusmodi tempora incidere solent, duravit, sopita est (1). Nam Theuderichus qui tum Romam obtinebat (2), etiamsi Arianus esset, synodum tamen episcoporum coegit, et Symmacho episcopatum confirmavit. Laurentio autem pulso thronum Nuceriæ attribuit. Porro Laurentius haudquaquam quietus esse voluit, sed episcopatum Romanum affectans, populum ad sedi-

(1) In dissidio isto potissimum sævitum in sacerdotes, et virgines sacras. (Blond. Diacon.) Trasamundus Vandalorum rex in Africa ccxx episcopos catholicos in Sardiniam relegavit, quibus Symmachus Romanorum episcopus subsidia clecmosynæ suppeditavit. (Diacon.)

προείρηται, ὀπηνίκα κατηχεῖν ἐχρῆν τὸν ἐπίσκοπον. Τοσαῦτα καὶ περὶ Τιμοθέου. Πολλὴ δέ τις καὶ ἀνὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην σύγχυσις τηνικαῦτα κεκίνητο, αἰτίαν σχοῦσα τοιάνδε. Ἀνήρ τις Φῆστος τὴν κλῆσιν τῆς ἐν Ῥώμῃ γερουσίας ἐπιπολὺ μετασχών, διά τινα τῆς Ῥώμης συντέλειαν πρὸς τὴν νεωτέραν ἦκε Ῥώμην. Ἀναστασίῳ δὲ τῷ βασιλεῖ συνελθών, καὶ τὸ πρὸς βουλῆς ἐκπεράνας, ἔπειθ' ἱκέτευε τῶν ἀποστόλων τὴν μνήμην Πέτρου καὶ Παύλου αἰδοῖ πολλῇ καὶ σεβάσματι· ὥσπερ δῆτα κἀν Ῥώμῃ γίνεται ἐκτελεῖν· ἀμελῶς καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, ἢ ἔτυχεν ἐπιτελουμένη τὸ πρότερον. Κεχαρισμένα δ' ἐκείνῳ θέλων ποιεῖν Ἀναστάσιος, πειθήνιος ἦν· καὶ ἐτύπου πανδημεὶ περιφανῶς τὴν τῶν ἀποστόλων ἄγειν πανήγυριν· ἐξ ἐκείνου τε εἰς μέγα B καὶ πολύ τι ἐπέδωκεν ἡ πανήγυρις, πρὸς τὸ φαιδρότερον αὐξηθεῖσα. Ἔτι δὲ τῷ θρόνῳ διαπρέπων τῆς Βυζαντίδος ὁ Μακεδόνιος, διὰ τοῦ εἰρημένου Φήστου συνοδικὰ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ ἔπεμπεν Ἀναστασίῳ, ὥστ' ἐπὶ μᾶλλον τὴν ἐν Χαλκηδόνι κρατύνειν σύνοδον. Γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος εἴργεν. Ὁ δὲ Φῆστος λάθρα μᾶλλον βασιλεῖ προσιών, ὑπετίθει ἱκανῶς ἔχειν, καὶ Ἀναστάσιον τὸν πρόεδρον Ῥώμης πείθειν, τῷ Ζήνωνος ἑνωτικῷ συντίθεσθαι, καὶ αὐτόχειρα τούτῳ ὑποσημαίνειν. Ἐπεὶ δὲ τὴν Ῥώμην εἰσῆλθε, ἀποβεβιωκότα μὲν εὑρίσκει τὸν Ἀναστάσιον· διὸ σπουδὴν ἐποιεῖτο, σχήματι τὸ ὑπεσχημένον καθυπογράφειν· καὶ δή τινας χρήμασιν ὑποφθείρας, παρὰ τὸ εἰωθὸς παρεσκευάσατο, Λαυρέντιόν τινα Ῥωμαῖον ἐπὶ τὸν θρόνον C ἀνάγειν· τὸ δέ γε πλῆθος ἕτερον ἠρεῖτο ποιεῖν. Στάσεως οὖν γενομένης κατὰ ταυτὸν δύο χειροτονοῦνται ἐπίσκοποι, καὶ τοῖς μὲν πλείοσι Σύμμαχος ἀπὸ διακόνων ἐκρίνετο θατέρῳ δὲ μέρει Λαυρέντιος ἐχειροτονεῖτο. Δι' ἅπερ οὐκ ἄνευ φόνων καὶ ἁρπαγῶν καὶ ἄλλων δεινῶν ὅσα δὴ τοῖς τούτοις φιλεῖ ἕπεσθαι, ἡ στάσις ἐκρίνετο ἐπὶ τρία ἔτη κρατήσασα. Ὡς καὶ τὸν Ἄφρον Θευδέριχον, τηνικαῦτα τῆς Ῥώμης κατάρχοντα, εἰ καὶ τὰ Ἀρείου ἐνόσει, σύνοδον ἐπισκόπων ἀθροῖσαι, καὶ Συμμάχῳ μὲν τὴν ἱερωσύνην κυρῶσαι, Λαυρέντιον δ' ἐξελάσας, ἐπί τινα πόλιν Νουκερίαν ὄνομα ἐνεθρόνιζεν. Ἀλλ' οὐδαμῶς ἡσυχῇ μένειν Λαυρέντιος ἤθελε. Τῆς δ' ἐπισκοπῆς ἐφιέμενος, στασιάζειν τὸν δῆμον ἠρέθιζε. D Σύμμαχος δὲ καὶ τὸ ἱεράσθαι ἐκεῖνον προσαφελόμενος, ὑπερόριον ἦγε· καὶ οὕτως ἡ κατὰ Ῥώμην στάσις ἠρέμει. Περὶ δὲ Θευδερίχου καί τι τοιοῦτον ἱστόρηται. Διάκονός τις τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει στοιχῶν, περιμανῶς ἠγαπᾶτο τῷ Ἄφρῳ· καὶ παντὸς τοῦ ἥδοντος παρ' ἐκείνου ἀπῄλαυε. Καὶ δὴ ὁ διάκονος τὰ κεχαρισμένα καὶ φίλα δῆθεν ἐκείνῳ πράττειν ἐθέλων, τῆς ὁμοουσίου πίστεως ἑαυτὸν ἀποστήσας, τὰ Ἀρείου ἐπρέσβευεν. Ὁ δὴ γνοὺς ὁ Θευδέριχος, τὸν οὕτω διαφερόντως ἐρώμενον ἀφεῖλε τῆς κεφα-

(2) Theudierichus rex Romam votis omnium tenuit: mitis, affabilis, in plebem liberalis: populo annonam donavit, captivos redemit, civitatis ædificia restituit: in Italia oppida pleraque exstruxit et ornavit. (Cassiod. Blond.) Hic est, qui Tetricus Veronensis, seu Detrichus a Berna nominatur.

Digitized by Google

λῆς εἰπών· Εἰ τῷ Θεῷ τὴν πίστιν ἀκραιφνῆ οὐκ ἐφύλαξας, πῶς ἐξέσται σοι ἀνθρώπῳ φυλάξαι συνείδησιν ὑγιαίνουσαν; Τηνικαῦτα δὲ καί τις τῶν Ἀρειανῶν ἐπίσκοπος, Δευτέριος ὄνομα, ἐν τῇ Κωνσταντίνου βαπτίζων Βάρβαν τινὰ ὄνομα, οἷα δὴ ὀθνείων τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, εἰπεῖν ἐπιτολμήσας παρὰ τὸ εἰωθὸς, Βαπτίζεται Βάρβας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, αὐτίκα τὸ παρὰ τῇ κολυμβήθρᾳ ὕδωρ ἀφανὲς ἐγεγόνει. Βάρβας δ' ἐκεῖθεν διαφυγὼν, δῆλον πᾶσι τὸ παράδοξον κατεστήσατο. Ἐσκωμασάντων δὲ τηνικαῦτα καὶ τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων περὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν· λῃσαμένων δὲ καὶ Ἀρμενίαν, τήν τε ἑκατέραν Φοινίκην, ἐπελθόντων δὲ καὶ τοῖς Παλαιστινῶν ὅροις, Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου τῶν Σαρακηνῶν ἡγουμένου, πρὸς δὲ καὶ Ζαρέθα· κακῶς τε πεπονθότων ὑπὸ τῶν ἑκασταχοῦ στρατηγούντων Ῥωμαίων, ὕστερον ἡσυχίαν ἦγον, Ῥωμαίοις σπεισάμενοι. Ὁ δ' Ἀλαμούνδαρος καὶ τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύειν εἵλετο. Σεῦῆρος δὲ τηνικαῦτα τὴν τῆς Ἀντιόχου προεδρίαν ἐπειλημμένος, δύο τῶν ὑπ' αὐτὸν ἔπεμπεν ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧ τῷ φυλάρχῳ τῆς σφετέρας μεταδοίη λώβης. Θεὸς δὲ ἄρα προφθάνων ὑπὸ τῶν τὰ ὀρθὰ φρονούντων, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι δεχομένων σύνοδον, τὸν ἄνδρα παρεσκεύαζε μυεῖσθαι τὰ τελεώτερα, τῶν δ' ὑπὸ Σεύῆρου σταλέντων σπουδαζόντων μεταστρέφειν τὸν φύλαρχον, καὶ τἀναντία τῶν ἀληθῶν δογμάτων πρεσβεύειν, θαυμάσιόν τι δρᾶμα εἰς ἔλεγχον τῶν εἰρημένων ἐμηχανᾶτο, ὡς ἄρα εἴη γράμματα δεδεγμένος, ἃ ἐμήνυον ὅτιπερ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἄρτι τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο. Τῶν δ' ἐν ἀδυνάτοις εἶναι τοῦτο εἰπόντων, ὑπολαβὼν ὁ φύλαρχος ἔφη· Καὶ πῶς Θεὸς γυμνὸς σταυρὸν κατεδέξατο καθ' ἡμᾶς, εἰ μὴ δύο φύσεων ἦν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτε μηδὲ ἄγγελος πάσχειν ἢ ἀποθνήσκειν πέφυκεν; Οἱ δὲ τὰ Σεύῆρου φρονοῦντες, αἰσχύνης ἔμπλεῳ, ἀσυντάκτως ἀνεχώρουν ἐκεῖθεν. Ἐν τούτοις μὲν δὴ τὰ κατὰ τὰς ἐκκλησίας πανταχοῦ τῆς γῆς καθειστήκει· ἕως οὗ Ἀναστάσιος ἐπὶ τῶν τῆς βασιλείας ἦν σκήπτρων· ὃν δῆτα οἷάπερ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ἐναντία φρονοῦντα, τινὲς κρίναντες, τῶν ἱερῶν δεγράψαντο βίβλων. Ἐν δὲ Ἱεροσολύμοις, καὶ ἔτι τῷ ζῆν περιὼν, ὑπεβλήθη τῷ ἀναθέματι. Οὐ πόῤῥω δ' ἂν λόγου μοι γένοιτο, καὶ ὅσα δῆτα διηγήσεως ἄξια ἐπ' αὐτοῦ πεπραγμένα ἔγνων, τῷ παρόντι συνάπτειν σπουδάσματι.

A tionem concitavit. At Symmachus sacerdotali quoque homini abrogata dignitate, in exsilium eum misit, **711** atque ita Romæ seditio quievit. De Theudericho hujusmodi quiddam historiæ tradunt. Ministrum is quemdam saniorem fidem sectantem, efflictim amore insano prosequebatur, et ad voluptatem eo abutebatur. Et ille, ut quæ grata placitaque ei essent faceret, ab τοῦ ὁμοουσίου (consubstantialis) fide desciscens, ad Arianismum transiit. Quod ubi Theuderichus comperit, caput, illi quem tantopere amaverat, resecuit, inquiens : Si Deo fidem sinceram non servasti, quomodo mihi qui homo sum, conscientiam sanam præstabis? Eadem tempestate episcopus quidam Arianus, cui nomen Deuterii fuit, in urbe Constantinopolitana, Barbam B quemdam cum baptizaret, veluti Domini traditionem abolens, præter morem receptum dicere ausus est : Baptizatur Barbas in nomen Patris per Filium, in Spiritu sancto. Ecce tibi autem, unda quæ in sacro lavacro erat, derepente disparuit, et Barbas inde profugiens, miraculum id omnibus promulgavit. Eodem tempore Scenitæ (1) barbari incursionem in Mesopotamiam fecerunt, Armeniam quoque et utramque Phœniciam populati sunt. Impetum vero in fines etiam Palæstinæ Alamundarus Saracenorum gentis princeps, et Zarethas (2) præterea Persarum dux fecerunt. Qui male ex parte omni a Romanis ducibus accepti, postea cum Romanis pace facta quievere. Alamundarus Christianorum quoque sacra suscepit. Severus tum Antiochenum administrabat episcopatum, qui ex episcopis suis duos ad Alamundarum, ut contagione C sua eum inficeret, misit. Deus autem illum præveniens, fecit ut ille a recte sentientibus et Chalcedonense concilium comprobantibus, per initiationem meliore religione imbuerctur. Porro qui a Severo submissi fuerant, gentis principem transversum agere, et ad professionem veræ doctrinæ contrariam abducere contenderunt. Atque ille mirificam quamdam fabulam, qua dicta eorum convinceret, confinxit, litteras se accepisse dicens, in quibus esset, Michaelem archangelum nuper admodum vita defunctum esse. Cum vero illi talem eam rem esse dicerent, quæ prorsus fieri non posset : D **712** subinferens gentis princeps, Et quomodo (inquit) purus Deus more nostro crucem suscepit, si non duarum naturarum fuit Christus Deus noster, quandoquidem ne angelus quidem pati aut mori possit? Porro Severi sectatores cum dedecore turpiter inde abscessere. Hic status ecclesiarum ubique fuit, quandiu Anastasius imperium obtinuit : quem propterea quod synodo Chalcedonensi adversari quidam judicarent, ex sacris exemerunt libris. Hierosolymis vero, cum adhuc superstes esset, anathemate condemnatus est. Cæterum ab instituto alienum non fuerit, si ea quæ sub imperio ejus gesta esse comperi, et digna memoratu sunt, operi huic annexuero.

(1) Scenitæ Arabes. (Plin. lib. v, cap. 11.)
(2) Apud Procop. hic *Ezarethas* dicitur, alicubi etiam *Azarethus*.

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

De rebellione Longini Isauri, alteriusque Longini. De administratione regni Persarum Perozæ, Blasi, et Cabadæ, ut cum Romanis pacem fecerint.

Longinus Zenonis frater fuit, ut supra diximus. Hic ab Anastasio in patriam relegatus, exercitu quindecim millium ex Isauris collecto, adversus illum, aperto cum eo Marte congressurus, bellum movit. In hujus castris cum plurimi alii, tum Conon ille Apameæ in provincia Syriæ episcopus fuit. Is episcopali functione militari munere commutata, Isauris Isaurus in bello præfuit. Postremo vero prælio commisso, cum Isauri internecione cæsi essent, Longini et Theodori capita Constantinopoli allata sunt : quæ imperator hastis prælongis infixa, in loco eo qui Ficorum nomen obtinet, et ex adverso Byzantio est, sublimia collocari jussit, ut gratum Constantinopolitanis esset spectaculum, qui quamplurimis ab Isauris affecti fuerant malis. Longinus vero alius quoque Selinuntius cognominatus **713** et cum eo Indes quidam, qui diu tyrannidem exercuerant, captivi a Joanne (1) militiæ duce, cui Cyrti, hoc est, gibbosi seu incurvi cognomen erat, ad Anastasium missi sunt. Perjucundum ii imperatori et Byzantiis spectaculum præbuere, cum gravibus catenis vincti tyranni, in triumpho et maxima hominum frequentia, per circum maximum, et vias publicas traherentur. Unde in imperatorium ærarium Isaurica, quæ antea vocabatur, pensio illata est. Erat autem ea quinque millium minarum, quæ Barbaris istis quotannis pendebantur. Persarum quoque rex Perozes Nephthalitis Hunnis bello illato, inglorius in regnum suum rediit. In angustiis enim quibusdam, ubi eos persequebatur, agmine eorum conferto, circumventus, et exitu earum omni præsidio clauso, ab eis captus est. Itaque ad necessitatem eam redactus, pacem ab illis petiit. Nephthalitarum (2) autem dux non prius conditiones pacis admisit, quam Perozes corpore inclinato adorationis ei honorem præstitit, et sponsione una cum juramento interposito confirmavit, nunquam se Nephthalitis bellum illaturum esse. Et ille vel invitus rem eam, quæ præter rationem esset, temporis necessitate adactus fecit, et cum dedecore maximo domum reversus est. Postea vero ignominiam eam non ferens, contra jurisjurandi religionem, cum exercitu contra eos profectus est. Et cum illi rursum insidias ei struxissent propter jusjurandum violatum cæsus est. Persæ, Cabadæ minori natu filio ejus, regnum tradidere. Quod cum ille administraret, lege lata, ut communes uxores essent, constituit. Quam ob causam Persæ regno Cabadæ abrogato, in custodiam insuper eum conjecerunt : et Blasum, alterum Perozæ filium,

(1) Hunc Scytham, seu potius Gothum fuisse, ait Evagr. lib. III, cap. 35.

(2) Procop. Euthalitas Hunnos vocat, hoc est, *albos*. Quapropter apud eum quidam pro Euthalitis Leucalitas legunt, lib. I, *De bell. Persic.*

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως Λογγίνου τοῦ Ἰσαύρου, καὶ τοῦ ἑτέρου Λογγίνου· καὶ περὶ τῆς βασιλείας τῶν Περσῶν Περόζου, Βλάσου καὶ Καβάδου, ὡς Ῥωμαίοις ἐσπείσαντο.

Ὁμαιμος ἦν Ζήνωνι Λογγῖνος ὄνομα· ὃς, ὥς μοι πρότερον εἴρηται, ὑπ' Ἀναστασίου τὴν πατρίδα κατειληφὼς, πλῆθος Ἰσαύρων ὡσεὶ δεκαπέντε χιλιάδας ἀθροίσας, ἔπεισιν Ἀναστασίῳ ἀναφανδὸν τὴν μάχην ἀράμενος. Συνείποντο δέ οἱ καὶ ἄλλοι μὲν πλεῖστοι· ἀλλὰ καὶ Κόνων ἐκεῖνος ὁ τῆς ἐν Ἀπαμείᾳ τῆς ἐν Σύροις ἐπαρχίας τὴν ἐπισκοπὴν εἰληφώς. Ἀνταλλαξάμενος δὲ τὸ στρατεύειν τοῦ ἱερᾶσθαι, Ἰσαύροις Ἴσαυρος ἐπεστράτευε, καὶ τέλος ἐπεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐρρήγνυντο, τὸ μὲν τῶν Ἰσαύρων ἅπαν ἄρδην διέφθαρτο. Αἵ γε μὴν κεφαλαὶ Λογγίνου καὶ Θεοδώρου ἀνὰ τὴν Βύζαντος ἐκομίσθησαν· ἃς ἐπὶ μετεώρου κοντοῖς τισιν ἀναρτήσας ὁ βασιλεὺς, ἀνὰ τὰς Συκᾶς, αἳ πέραν τοῦ Βυζαντίου εἰσὶ, τρυφὴν τοῖς τὴν Κωνσταντίνου οἰκοῦσιν ἀνῆκεν· οἷς πόλλ' ἄττα τῶν κακῶν πρὸς τῶν Ἰσαύρων παθεῖν ἐγένετο. Καὶ Λογγῖνος δ' ἕτερος ὁ Σελινούντιος ἐπονομαζόμενος, καί τις σὺν αὐτῷ Ἰνδὴς ἐπιπολὺ τῇ τυραννίδι ἐμπαίξαντες, ζωγρίαι Ἀναστασίῳ πρὸς Ἰωάννου τοῦ στρατηγοῦ ᾧ ἐπίκλην Κυρτὸς ἦν, στέλλονται· ὁ βασιλεύς τε καὶ Βυζάντιοι ἡδὺ θέαμα εἶχον· ἐπὶ θριάμβῳ πολυανθρώπῳ βαρείαις ἁλύσεσιν ἀνά τε τὴν Ἱπποδρομίαν καὶ τὰς λεωφόρους τῶν τυράννων περιελκυσθέντων. Ἐκεῖθεν δὲ τοῖς βασιλείοις τῶν θησαυρῶν καὶ τὰ καλούμενα Ἰσαυρικά· τοῦτο δὲ ἦν ἀν' ἕκαστον ἔτος τοῖς βαρβάροις χορηγούμενον χρυσίον, πεντακισχιλίας ἐς μνᾶς ποσαύμενον. Καὶ μὴν καὶ βασιλεὺς τηνικαῦτα Περσῶν Περόζης, Νεφθαλίταις Οὔννοις ἐπιστρατεύσας, ἀκλεῶς ἀνέστρεφε· στενοῖς γὰρ τόποις περιληφθεὶς, οἷς ἐκείνοις ἐδίωκεν, ἐξαίφνης ἐπισύστρεμμα τούτων ποιησαμένων, μέσον εἶχετο, φυλακαῖς τῶν διεξόδων ἠσφαλισμένων. Ἐν στενῷ δὲ κομιδῇ καταστὰς Περόζης, εἰρηνεύειν ἐδεῖτο. Ὁ δὲ τῶν Νεφθαλιτῶν ἡγούμενος, οὐ πρότερον κατεδέχετο σπένδεσθαι, εἰ μὴ κύψας αὐτῷ τὴν προσκύνησιν δοίη, καὶ ἐγγύαις αὐτὸν ἀσφαλίσηται, ὅρκοις πληροφορῶν, μή ποτε κατὰ Νεφθαλιτῶν ἐλέσθαι στρατεύειν. Ὁ δὲ τῷ καιρῷ βιαζόμενος, καὶ ἄκων δρᾷν τὸ παράλογον ἠναγκάζετο· καὶ αἰσχύνης πλήρης ἀνέστρεφεν. Ἐς ὕστερον δὲ μὴ φέρων τὸ αἶσχος, παραλύσας τοὺς ὅρκους, ἐπ' ἐκείνους ἦει· καὶ συστρέμμα ποιησαμένων αὖθις ἐκείνων, τῇ παραβάσει τῶν ὅρκων διέφθαρτο. Οἱ δέ γε Πέρσαι Καβάδῃ τῷ νεωτέρῳ ἐκείνου παιδὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζουσιν· ὃς χρώμενος οὗτος, κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας πᾶσιν ἐνομοθέτει. Διόπερ Πέρσαι τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἐκκήρυκτον ποιησάμενοι, αὐτὸν μὲν ὑπὸ φρουρὰν ἔθεντο· Βλάσον δὲ τὸν ἕτερον υἱὸν τοῦ Περόζου βασιλέα σφῶν ἀνηγόρευον. Καβάδῃ δὲ ἡ γαμετὴ, ὅσ' ἀνῆκεν ἐκείνῳ τῇ φρουρᾷ ἔπραττεν. Εὐπρόσωπος δ'

Digitized by Google

οὖσα, τὸν φρούραρχον τοῦ κάλλους ἀλῶναι ἐποίει, καὶ τῷ ταύτης ἔρωτι δουλεύειν ὅ τι ἂν ἐκείνη φίλον εἴη αἱρεῖσθαι. Ἡ δὲ σώφρων οὖσα καὶ φίλανδρος, τἀνδρὶ τὸν ἔρωτα ἤγγελλε τοῦ φρουροῦ· ὁ δ' ἐνδιδόναι τῇ θελήσει παρηγγύα τοῦ ἐραστοῦ. Τοῦ δὲ μύσους πραχθέντος, ἡ γυνὴ ὁδεύτερον ἐπὶ τὸν ἄνδρα εἰσῆει τὸ εἰκὸς ἐκείνῳ εἰς θεραπείαν ἀποπληροῦσα. Ἑταῖρος δέ τις Καβάδῃ φίλος ἐς τὰ μάλιστα καθεστώς, διὰ τῆς γαμετῆς ἐμήνυεν, ἔν τινι χώρῳ ἵππους τε καὶ ἄνδρας ἐμπαρασκεύους ἔχειν· δι' ὧν εἴ γ' αἱροῖτο ἀπ διδράσκειν, εὐχερὲς καθεστάναι, καὶ τὴν ἀρχὴν αὖθις ἀναλαμβάνειν. Ἐπεὶ δὲ νὺξ ἐπιγένετο, ἔπειθε Καβάδης τῇ μὲν γυναικὶ, τὰ σφέτερα τῶν ἱματίων ἀναβάλλεσθαι, καὶ ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς καθῆσθαι· ἐκεῖνον δὲ τὰ ἐκείνης αὖθις μεταμφιασάμενον, εὐφυῶς σοφιζόμενον τὸ εἶναι ἐκείνην, ἀναχωρεῖν. Καὶ τὸ μὲν εἰς τέλος ἦν· καὶ Καβάδης διὰ τοῦ Σέη, τοῦτο γὰρ ὁ ἑταῖρός οἱ ὠνόμαστο, ἐς Νεφθαλίτας ὡς τάχιστα διεσώζετο· ᾧ τόν τε στρατὸν καὶ τὴν θυγατέρα εἰς γαμετὴν δοὺς, ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν ἐκέλευε, καὶ τῆς ἰδίας ἀντιποιεῖσθαι ἀρχῆς. Ὁ δὲ εἰσβαλὼν Πέρσαις, ἐξαπιναίως πόνῳ οὐδενὶ τὴν ἀρχὴν ἀνελάμβανε· καὶ τὸν ἀδελφὸν Βλάσον συσχὼν, ἐμφρουρον ἐποιεῖτο τὰς κόρας περιελών. Ἀγχίνους δὲ ὢν καὶ μάλα δραστήριος ὁ Καβάδης, ἀσφαλέστατα τῷ ἑξῆς διαγέγονε τὴν βασιλείαν κρατῶν· καὶ εἰς ἔτη ἕνδεκα τοῦ λοιποῦ τῇ ἀρχῇ διαρκέσας, τὰ μὲν πρῶτα Ῥωμαίοις ἐσπένδετο· ἐπεὶ δὲ δανείζεσθαι χρήματα παρ' Ἀναστασίου ἠτεῖτο, ἀπεκρίνατο γραμματεῖον ποιεῖν εἰ δανείζεσθαι βούλοιτο· εἰ δ' ἄλλως, οὐδ' ἂν ἕνα παρέξειεν ὀβολόν. Διά τοι τοῦτο Καβάδην τὰς σπονδὰς λύσαντα, κατὰ Ῥωμαίων ὁρμῆσαι. Ἄστυ δέ τι μεταξὺ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν ἐτύγχανεν ὄν, ὄνομα ἦν Τζουνδαδάερ· ἐν ᾧ χρήματα πλεῖστα καὶ λίθους τῶν τιμαλφῶν καὶ διαφανῶν μαθὼν Καβάδης κρύπτεσθαι, πάντα κάλλων ἐκίνει χειρώσασθαι. Εἴργετο δὲ δαίμοσιν ἐμποδὼν καθισταμένοις, οἳ ταῦτα φρουρεῖν ἔλαχον. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν τὴν σφετέραν μαγγανείαν κεκινηκὼς οὐδὲν ἤνυεν, ἁπλῶς τῶν δαιμονίων ἐχομένων τοῦ τόπου, διὰ τῶν Ἰουδαίων ἀπεπειρᾶτο· κἀκεῖθεν δὲ τοῦ σκοποῦ διημαρτηκὼς, ἔγνω διὰ τῶν Χριστιανῶν ἐλθεῖν, δυναστείαν εἰληφέναι σφᾶς κατὰ δαιμόνων ἀναμαθών· καὶ μετεστέλλετο τὸν παρὰ Πέρσαις Χριστιανῶν ἐπίσκοπον· ὃς ἐπὶ τοῦτο σύναξιν ὁμοφύλων πεποιηκὼς, καὶ μετασχὼν τῶν θείων ἁγιασμάτων, μεταδούς τε τούτων καὶ τοῖς συνιοῦσι Χριστιανοῖς, τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ τοὺς ἐμφιλοχωροῦντας ἤλαυνε δαίμονας· καὶ πόνων ἄνευ Καβάδῃ τὸ ἄστυ εὐθὺς παρεδίδου. Ὁ δῆτα καταπλαγεὶς ὁ Πέρσης, πρώτῃ καθέδρᾳ τὸν τῶν Χριστιανῶν ἐτίμα ἐπίσκοπον, ἄχρι τότε Ἰουδαίων καὶ Μανιχαίων προηγουμένων· ἔνθεν τοι καὶ πᾶσι τοῖς Χριστιανίζειν ἐθέλουσι τοῦ λοιποῦ ἄδειαν παρεῖχε· πρότερον κολάζων, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν φωνητικῶν ἀφαιρεῖν ὀργάνων· οἳ καὶπερ οὕτως ἔχοντες, καθαρῶς ὁμιλοῦν καθὰ καὶ πρότερον λέγοντες.

A regem crearunt. Cabadæ in carcere uxor ejus, quæ debuit officia, præstitit. Et quod ea venusta forma esset, carceris custos pulchritudine ejus victus, et amore captus, inservire ei, et quod illa vellet facere constituit. Illa autem quoniam casta erat, et virum amabat, custodis amorem ei indicavit. Ille porro eam voluntati amatoris obsequi jussit. Flagitium id ubi peractum est, Iberius ad maritum deinde mulier accessit, convenientem ei curam præstans. **714** Erat Cabadæ amicus quidam quam maxime charus, qui per uxorem ei insinuavit, paratos se in loco certo equos et viros habere, cum quibus si fugere vellet, facile regnum recuperare posset. Ubi nox advenit, Cabades conjugi persuasit, ut vestem illa suam indueret, atque in car-
B cere considerret : ipse vero habitu illius sumpto, eam ipsam se esse probe assimulavit, et custodia egressus est. Id ubi factum, Cabades Seæ ductu (ita enim amicus ille nominabatur) quam celerrime salvus ad Nephthalitas pervenit. Quorum princeps illi et filiam matrimonio conjunxit, et exercitum attribuit, quem in Persas, regnum suum recuperaturus, duceret. Cabades ubi Persas præter exspectationem subito aggressus est, regnum nullo prope labore recepit : fratrem Blasum cepit, excæcavit, et carceri inclusit ; et quod Cabades vir sagax atque industrius esset, regnum postea quam tutissime tenuit. Et anno administrationis suæ undecimo pacem primum cum Romanis fecit:
C deinde vero, ubi mutuam ab Anastasio pecuniam accipere voluit, atque Anastasius ei respondit, cautionis syngraphum eum, si pecuniam recipere vellet, dare debere, absque ea ne unum quidem obolum accepturum esse: eam ob causam pacis fœdus rupit, et adversus Romanos bellum suscepit. Inter Persidem et Indiam oppidum fuit, Tzundadaer nomine. In eo Cabades maximam pecuniæ vim, pretiososque et pellucidos lapillos clam asservari intellexit. Eis ut una cum oppido potiretur, nihil intentatum reliquit : sed quo minus quod volebat efficeret, dæmones, qui thesaurum eum custodiebant, obstitere. Et postquam Persicas evocationes et imposturas expertus, dæmonibus videlicet locum
D eum firmissime obtinentibus, nihil egit, per Judæos rem expedire aggressus est ; atque ubi per eos quoque optatis votisque suis potitus non est, per Christianos tandem se quod conabatur facturum esse arbitratus est, quos adversus dæmones potestatem recepisse audiverat. Itaque Christianorum, qui apud Persas erat, episcopum ad se vocavit ; qui ea de causa synaxi et conventu ecclesiastico popularium suorum coacto, et divinis sanctificationibus perceptis, eisdemque Christianis qui ibi convenerant datis, signo crucis qui locum eum incolebant dæmones exegit, et Cabadæ statim sine labore ullo oppidum tradidit. Qua re consternatus Persa, **715** primo subsellio episcopum Christianorum cohonestavit, cum ad id usque tempus Judæi et Manichæi sedes primarias obtinuissent. Atque ab eo tempore, ut deinceps quicunque vellent, Christianorum sacra colerent, potestatem liberam

Digitized by Google

omnibus permisit: quos ille antea excruciaverat, adeo ut etiam multis membra et partes eas per quas vox editur, ademerit: qui tamen illis quoque sic amissis, non minus quam antea clare sunt locuti.

CAPUT XXXVII.

De Persarum pugna. De Theodosiopoli et Dara oppidulis, et de sacris reliquiis Bartholomæi et Barnabæ apostolorum.

Sed enim, sicuti diximus, Persæ pace violata, fines suos transgressi sunt, et primum Armeniæ bellum intulerunt: et Theodosiopoli oppido capto, ad Amidam urbem Mesopotamiæ inde pervenerunt: quam etiam obsessam expugnarunt, et Anastasius postea impensis recuperavit. Si qui autem plenius atque exactius obsidionem expugnationemque ejus urbis cognoscere velit, is Eustathium Syrum legat, qui sane quam luculenter res eas conscripsit, atque ubi historiam ad id tempus, duodecimum scilicet imperii Anastasii annum, produxit, ad locum communem profectus, cum pluribus esse cœpit. Postea imperator locum quemdam Daras nominatum, qui et ipse intra duo flumina in Mesopotamia, ad Romani imperii fines, nostra et Persicæ ditionis terminus, situs est, firmis mœnibus munivit, et in urbis formam redegit, ædificiis variis, templis, ædibus magnificis, imperialibus porticibus, lavacris publicis, aliisque præterea structuris, quibus celebres urbes lætantur, excitatis. Locum autem eum a Dario nomen accepisse fama est, quod illum ibi Alexander Philippi filius posteriore pugna devicerit. Urbe ea condita, postquam inde discessit, in somnis ei Bartholomæus apostolus assistens, per oraculum commissam sibi a Deo mœnium eorum tutelam esse significavit. Anastasius vero visionem eam ad rem ipsam contulit: nam reliquias illius repertas ibi reposuit. **716** Sub ejusdem imperio corpus etiam Barnabæ apostoli in Cypro, sub arbore quæ Siliqua dicitur, inventum est: super cujus pectore sacrum et divinum Evangelium Matthæi evangelistæ repertum fuit, ipsius Barnabæ manibus scriptum. Hac de causa primum Cyprii metropolim liberi juris sui habere cœperunt: neque deinceps sub Antiochia, cui antea subjecti fuere, censi sunt. Confirmavit id jus postea magis Justinianus propter conjugem suam Theodoram, cui Cyprus patria fuit: quemadmodum etiam patriæ ipse suæ Archrido honorem habuit, quam primam Justinianam vocavit. Eo etiam tempore Immeri, gens bellicosa, sub ditione Persarum, ad extremos noti fines habitantes, Christianismum complexi sunt: et missis ad imperatorem oratoribus, episcopum, et alia quæ eos habere oportuit, acceperunt. Ii una cum regina austri ad Solomonem visendum venisse dicti sunt. Et cum ab origine Judæi fuissent, longo post tempore ethnici et gentiles facti sunt; tum vero et Judæis et gentibus misti, ardentibus animis religionem Christianam susceperunt.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Περσῶν μάχης, καὶ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Δάρας τῶν πολιχνίων· καὶ περὶ τῶν ἱερῶν λειψάνων Βαρθολομαίου καὶ Βαρνάβα τῶν ἀποστόλων.

Ἀλλ' ἐσαῦθις Πέρσαι λύσαντες τὰς σπονδάς, καὶ τὰ οἰκεῖα ὑπερπηδήσαντες ὅρια, τὰ μὲν πρῶτα περὶ Ἀρμενίαν ἐπιστράτευουσι. Πολίχνιον δέ τι ἐλόντες Θεοδοσιούπολιν ὄνομα, ἐκεῖθεν Ἀμίδι τῇ πόλει προσβάλλουσι περί που τὴν μέσην κειμένῃ τῶν ποταμῶν· ἣν δὴ τὰ καὶ ἐκπολιορκήσαντες εἷλον· ἀλλ' αὖθις πολλοῖς χρήμασιν Ἀναστάσιος ἤγειρεν. Εἴ δέ τις ὅπως τὰ τῆς πολιορκίας εἰς λεπτὸν προέβη, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ βούλοιτο διειδέναι ἀκρίβειαν, Εὐσταθίῳ τῷ Σύρῳ τοῦτον ἐντυγχάνειν προτρέπομεν, ὃς κομψῶς μάλα τὰ τοιαῦτα συνέταξε· καὶ μέχρι τοῦδε περατώσας τὴν ἱστορίαν, ἄχρι δωδεκάτου ἔτους τῆς Ἀναστασίου ἀρχῆς, μετὰ τῶν πλειόνων ἐγένετο. Ἔπειτα βασιλεὺς χωρίον τι, Δάρα ὄνομα, περὶ τὴν μέσην δὲ καὶ τοῦτο τῶν ποταμῶν κείμενον, περὶ τὰ τέρματα τῆς Ῥωμαίων γῆς, μεταίχμιον ἡμῶν τε καὶ τῆς Περσῶν πολιτείας ὄν, καρτερῷ τειχίῳ περιβαλών, εἰς πόλιν εἶναι ἐποίει· διάφορά τε οἰκοδομήσας, νεώς τε καὶ οἴκους περιφανεῖς, βασιλείους τε στοάς, καὶ δημόσια βαλανεῖα, καὶ ἄλλα οἷς τῶν πόλεων αἱ ἐπίσημοι γάννυνται. Ἐκ Δαρείου δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην λόγος κληρώσασθαι, ὅτιπερ ἐκεῖσε τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου πάμπαν κατήγωνίσατο. Ἐπεὶ δὲ κτίσας ἀπῄρτησεν, ὄναρ ἐπιστὰς αὐτῷ Βαρθολομαῖος ὁ ἀπόστολος, ἐπιτετράφθαι οἱ πρὸς Θεοῦ τὴν τοῦ τείχους ἀσφάλειαν ἔχρα. Ὁ δὲ τὸ ὄναρ ἐπαληθίζων, τὸ ἐκείνου λείψανον ἐφευρὼν ἐκεῖσε κατέθετο. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἡγεμονίας καὶ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον ὃ Κεράτιον λέγεται κείμενον· οὗ ἐπιστέρνιον τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον Ματθαίου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐτύγχανεν ὄν, χερσὶν οἰκείαις τῷ Βαρνάβᾳ γραφέν. Ἐκ ταύτης τοίνυν πρόφάσεως καὶ Κύπριοι τὸ καταρχὰς περιεγόναμεν αὐτοκέφαλον ἔχειν τὴν κατ' αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν ᾗ καὶ ὑπέκειτο πρότερον. Ἐκράτυνε δ' ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο καὶ Ἰουστινιανὸς ὕστερον ἐπὶ δόξῃ τῆς γαμετῆς Θεοδώρας Κύπρον λαχούσης πατρίδα· καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὴν Ἀχρίδῳ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐποίει, ἣν δὴ καὶ πρώτην ἐκάλεσεν Ἰουστινιανήν. Τότε καὶ Ἴμμερες ἔθνος μάχιμον ὑπὸ Πέρσας τελοῦν πρὸς ταῖς ἑσχατιαῖς τοῦ νότου ποιούμενον τὰς διατριβάς, τὰ Χριστιανῶν ἑλόμενοι, ἐπίσκοπόν τε πέμψαντες ἔλαβον, καὶ ὅσα ἄλλα χρεὼν κτήσασθαι· ἔσχον. Ἐλέγοντό γε μὴν μετὰ τῆς ἐκ τοῦ νότου βασιλίδος κατὰ θέαν Σολομῶντος οὗτοι ἐλθεῖν. Ἰουδαῖοι δὲ τὸ ἀνέκαθεν ὄντες, χρόνῳ πολλῷ ὕστερον ἐθνικοὶ διεγένοντο. Τότε δ' ἐπιμίκτως ἔχοντες, περικαῶς τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἠσπάσαντο.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΛΙΓ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βιταλιανοῦ· καὶ περὶ τῶν Οὔννων, οἳ τῶν Κασπίων πυλῶν ὥρμησαν· καὶ περὶ τῆς νήσου Ῥόδου.

Καί τις δ' ἕτερος τῆς Θρᾴκης ὁρμώμενος, Βιταλιανὸς ὄνομα, ἐπανίσταται τῷ Ἀναστασίῳ· ὃς τὰ τῶν Θρᾳκῶν δῃωσάμενος, ἀπ' Ὀδυσσοῦ καὶ Ἀγχιάλου ὁρξάμενος, τὴν βασίλειον πόλιν ἑλεῖν ἠπείγετο, ἀστάθμητόν τι πλῆθος Οὔννων προσεπαγόμενος. Πεμφθεὶς δ' Ὑπάτιος στρατηγὸς τὰς ἐπὶ τὰ πρόσω τούτου ἀναστέλλειν ὁρμὰς, ἦλω τούτῳ, ὑπὸ τῶν οἰκείων καταπροδοθείς. Ἀλλὰ λύτροις μεγάλοις βασιλεὺς τοῦτον ὠνεῖτο. Κύριλλος δὲ τὴν στρατηγίαν ἐλάμβανεν· ἀγχωμάλου δὲ τῆς μάχης γεγενημένης, καὶ πολλὰς τὰς τροπὰς καὶ πάλιν διώξεις λαβούσης, τῇ ῥᾳστώνῃ τῶν ὑπ' αὐτὸν καίπερ τοῦ στρατηγοῦ τὸ πλέον ἐσχηκότος, ὅμως καὶ οὕτως ἦλω· καὶ οὕτως ὁ τύραννος ἄχρι καὶ τῶν Συκῶν τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο, δηῶν πάντα καὶ ἀφανείᾳ παραδιδούς· ἐπ' ἐλπίσι τε μεγάλαις ὤν, καὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων παραστήσεσθαι, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι· οὗ δῆτα ἐσκηνημένου, Μαρῖνος ὁ Σύρος ἐστέλλετο κατ' αὐτοῦ νηΐτῃ στρατῷ συμβαλεῖν αὐτῷ. Ἄμφω οὖν τὼ στρατὼ συνιόντε, ἀνεκώχευον ἔκπλους ποιούμενοι· ἀκροβολισμοί τε μεταξὺ τοῖν δυοῖν ἐγίνοντο. Καὶ δὴ περὶ τὰ καλούμενα Βυθάρια ναυμαχίας κρατερᾶς συστάσης, ἀναχράτος πρύμναν κρουσάμενος, ἔφευγε Βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως διαφθείρας. Ἐπίσης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἔφευγον· οὕτως ὀξέως τῇ ἐπιούσῃ μηδένα τῶν πολεμίων μήτε περὶ τὴν πόλιν μήτε μὴν περὶ τὸ ἀνάπλουν ποσῶς εὑρεθῆναι. Βιταλιανὸν δ' ἐς Ἀγχίαλον βραχὺ διατρίψαντα, ἔπειτα παυσάμενον τυραννεῖν, ἡσυχίαν ἄγειν ἑκόντα αἱρεῖσθαι. Καὶ ἄλλο δὲ γένος Οὐννικὸν τὴν Ῥωμαίων ἐπέδραμε· περαιωσάμενον γὰρ τὰς Κασπίας πύλας, τὴν ἔω διῆλθεν· ἡ δὲ Ῥόδος ἀνὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τρίτον ἤδη σεισμῷ πέπονθεν ἐξαισίῳ πάθος ταὐτὸ νυκτὸς ἐν τῷ πορρωτάτῳ.

CAPUT XXXVIII.

De tyrannide Vitaliani. De Hunnis, qui ex angustiis Caspiis proruperunt, et de insula Rhodo.

Tyrannus item alius, natione Thrax, nomine Vitalianus, bellum Anastasio intulit: qui Thracia ab Ulyssopoli et Anchialo vastata, imperantem quoque urbem capere est conatus, vagam Hunnorum multitudinem secum ducens. Adversus quem Hypatius dux, ut imperium progressumque ejus moraretur, missus, a suis proditus, et ab illo captus, ingentique pecunia ab imperatore redemptus est. Cyrillus deinde copiis militaribus præfuit. Et cum æquo marte pugnatum esset, et aliquoties nunc hi nunc illi fugissent, et alteri alteros insecuti fuissent, per socordiam suorum, quamvis ipse dux hostibus superior esset: tamen et ipse in potestatem illorum pervenit, atque ita tyrannus usque ad Ficos ipsas, locis omnibus vastatis atque eversis, pervenit: ingenti illa spe concepta, imperantem quoque urbem se capturum, atque imperium arrepturum esse. **717** Ubi Vitalianus ad Ficos castra posuit, Marinum Syrum adversus eum imperator cum copiis maritimis misit: et cum exercitus utrique non longe inter se abessent, in aciem non descenderunt, sed levia tantum prælia commiserunt. Tandem vero ad ea quæ vocantur Bytharia, navali pugna inter se congressi, Vitalianus retro acta navi, quam maxima potuit, celeritate, copiis suis magna ex parte amissis, fugit: eumque sui tanta velocitate sunt consecuti, ut postero die nullus prorsus hostis vel ad urbem, vel ad transitum appareret. Vitalianus Anchiali paulisper moratus, tyrannidem postea reliquit, et sua sponte quietus fuit. Aliud quoque Hunnorum genus, Caspiis angustiis superatis, Romanorum ditionem ad Orientem vastarunt: et Rhodus eo tempore tertium etiam intempesta nocte terræmotu ingenti quassata est.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τοῦ Μακροῦ λεγομένου τείχους ὃ Ἀναστάσιος ἔκτισεν ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἄχρι τῆς Θρᾳκίας θαλάσσης.

Ἔργον δέ τι μέγιστον καὶ περιφανὲς, μνήμης τε ἄξιον καὶ βασιλεῖ πρέπον διεπράξατο Ἀναστάσιος, ὃ Μακρὸν τεῖχος ἐκάλεσεν, ἐπὶ καλῷ τῆς Θρᾴκης γεγενημένον· ὅπερ διέχει τῆς Κωνσταντίνου σταδίοις ὡς μάλιστα ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις· ἐς ἑκατέραν δ' ἀποτελευτᾷ θάλατταν, ἐκτρέχον πορθμοῦ δίκην ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ τετρακοσίους· καὶ τὴν πόλιν Χερρόνησον οὖσαν, νῆσον σχεδόν τι πεποιηκός· καὶ καθοδηγοῦν ῥᾷστα οἷς βούλησίς ἐστι διαπορθμεύεσθαι ἀπὸ τοῦ καλουμένου Στόματος Πόντου ἐς τὴν Προποντίδα, καὶ τὴν Θρᾳκίαν θάλατταν. Ἔργόν τε τοὺς βαρβάρους, οἳ ἐκθέειν καὶ καταχεῖσθαι βούλονται, ἀπὸ τῶν ἄνωθεν τοῦ Εὐξείνου Πόντου μερῶν Κόλχων τε, τῆς τε λίμνης Μαιώτιδος,

CAPUT XXXIX.

De muro cui nomen Longo, quem Anastasius construxit, ab Ponto Euxino ad Thraciam usque mare porrectum.

Anastasius idem opus maximum et illustre, memoriaque prorsus et imperiali magnificentia dignum perfecit, quod Longum murum appellavit, ad Thraciam exornandam constructum. Constantinopoli ducentis octoginta plurimum stadiis abest, et ad utrumque pertingit mare, instar freti, ad quadringenta viginti stadia excurrens, et urbem peninsulam in insulæ prope formam redigens. Facile etiam quosvis trajicere volentes, ab eo quod Os Ponti dicitur, in Propontidem et Thracium mare deducit: et Barbaros effundi atque excurrere ex partibus eis, quæ supra Euxinum Pontum sunt, tum autem ex Colchide, et a palude Mæotide, præterea ex locis quæ supra Caucasum

Digitized by Google

sunt, atque eos etiam qui per Europam sparsi sunt, prohibet (1).

718 CAPUT XL.

De turpi et impio portorio chrysargyro, hoc est, aurargenteo dicto, quod pro imperiali virtute ex imperio Romano Anastasius sustulit.

Aliud insuper operum ejus longe præstantissimum, et divinum illud facinus est, quod ex Romanorum imperio tributum, quod antiquitus χρυσάργυρον, id est, aurargenteum (2) dictum est, omnino sustulit. Quam rem pro dignitate oratione exsequi, Thucydidis linguæ atque eloquentiæ sit (3). Ego vero eam non verborum vi, sed facto ipso egregio confisus, exponam. Imperium Romanum, quod tanta amplitudine et magnificentia exornatum est, antiquitus portorium instituit, absurdum admodum, miserabile, Deoque invisum : non Romanis tantum illud, et tam egregio illorum imperio, verum etiam fœdissimis quibusque Barbaris indignum. Quod nescio quo modo ad ejus usque tempora per conniventiam toleratum, ipse imperiali omnino animo expugnans, totum abolevit. Quod cum multis aliis, velut id quod citra exceptionem deberetur, qui stipe mendicata vitam tolerabant : tum etiam eis mulcreulis impositum erat, quæ undecunque et ubicunque in solarum occultarumquo regionum urbis lupanaribus prostabant, et florem ætatis, quibuscunque ex locis venirent, petulantibus viris, propter quæstum prostituebant : adeo, ut non modo naturæ ipsi, verum etiam reipublicæ administrationi contumelia inferretur. Cum enim lege constituta, pensio ea tribueretur, aperte illa potestatem permissam esse cuivis, ut quæ facere vellet, et quæ facere nefas esset, clamitabat. Et detestandum atque impurum vectigal istud, quarto quoque anno, cum quidem non minima tributorum pars esset ad principem referebatur magistratum : quem qui gerebat, inter præclaros viros censebatur. Eam indignitatem, quæ tanquam exsecrandum piaculum per res novas in Romani imperii administrationem subrepsit, ubi Anastasius cognovit, exactionis ejus libris, ut rem eam omnem quasi quoddam holocaustum Deo offerret, in ignem conjectis, flagitium suppressit : et sanctione, ne cui post ipsum imperatori in rerumpublicarum administratione vetustum probrum renovare liceret, cavit. Postquam id fecit, indignari se eam ob causam assimulavit : et seipsum stultitiæ arguit, qui inanis gloriæ captatione tantum vectigal antiquitus institutum perperam abrogasset : neque in animo secum pericula imminentia, et tot, tantaque quæ in milites eroganda essent, stipendia reputasset. **719** Proinde, consilium suum premens, tributum id, quod diximus, se renovaturum esse pollicitus est : et apud fami-

(1) Opus hoc ab urbe Constantinopoli distat milliarium sexaginta. Habet in longitudine milliaria quinquaginta, in latitudine pedes octo. (Suid.)

καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἐς Εὐρώπην διακεχυμένων.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ τοῦ θεσμισοῦς καὶ αἰσχροῦ τέλους τοῦ χρυσαργύρου, ὃ βασιλικῶς ἐκ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας περιεῖλεν ὁ Ἀναστάσιος.

Λίαν δὲ καὶ ἄλλο ὑπερφυέστατον καὶ θεῖον κατεπράξατο ἔργον, τὸ ἐκ παλαιοῦ καλούμενον Χρυσάργυρον, τέλεον τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἐξαφανίσας· ὃ κατὰ χρέος εἰπεῖν τῆς Θουκυδίδου γλώσσης ἢ μεγαληγορίας ἂν εἴη. Ἐγὼ δὲ λέξω οὐ λόγῳ πεποιθώς, τῇ δὲ πράξει πίσυνος· καὶ γὰρ τῇ τοσαύτῃ καὶ ὄγκῳ τοσούτῳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ σεμνυνομένη Ῥωμαίων πολιτεία ἔκειτο τέλος ἐκ παλαιοῦ ἔκτοπόν τι καὶ λίαν ἐλεεινότατον, καὶ θεομισὲς καὶ μήτοι γε Ῥωμαίων καὶ τῆς τοσαύτης ἐκκρίτου τούτων ἀρχῆς ἀνάξιον, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάροις τοῖς αἰσχίστοις προσοικός. Ὃ μέχρις αὐτοῦ οὐκ οἶδ' ὅπως τυχὸν παρορᾶσεως, αὐτὸς ἀνέσπασε πρόρριζον, βασιλικώτατα τούτῳ ἀγωνισάμενος. Ὃ δὴ καὶ πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἀπαραίτητον ὥσπερ χρέος ἐπέκειτο, ἐράνῳ πορίζομένοις τὸ ζῆν. Πρὸς δὲ καὶ ταῖς ὅθεν δή ποτε τοῖς ἐρημικωτέροις τῆς πόλεως καὶ κεκρυμμένοις χωρίοις ἐν χαμαιτυπείοις ἐκδεδομέναις τῶν γυναικῶν· ἐπ' ἐργαστήριά τε τὴν ὥραν ἀπεμπολούσαις τοῖς ἑταιρικόσι καὶ ὅθεν δή ποτε ἥκουσι τῶν ἀνδρῶν· ὡς συμβαίνειν μήτοι γε δὴ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολιτείαν ὑβρίζεσθαι· τὴν γὰρ δόσιν νόμῳ γεγενημένην, βοᾷν ἀντικρυς ἐπ' ἐξουσίαν ὅσα μὴ θέμις τὸν βουλόμενον δρᾷν· καὶ τὸν ἐναγῆ καὶ ἀνόσιον πόρον κατὰ τετραετηρίδα ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνάγεσθαι τῶν ἀρχῶν, μέρος οὐ σμικρότατον δῆτα· οὐκ ἀφανῆ τε καθεστάναι τὸν ταύτην διέποντα τὴν ἀρχήν. Περὶ οὗ μαθὼν Ἀναστάσιος καὶ οἱάπερ μύσος ἢ ἄγος καινουργὲς τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων παρεισφθαρὲν, θεσπίσματι ἀνῄρει τὴν πρᾶξιν, τὰ τῆς εἰσπράξεως γράμματα ξαπάνην ποιήσας πυρί· ὥσπερ παντάπασι τὴν πρᾶξιν ὁλοκαυτῶσαι βουλόμενος τῷ Θεῷ ὥστε μή τινι ἐσαῦθις τῶν μετ' αὐτὸν ἐξὸν εἴη τὰ ἐκ παλαιοῦ ὀνείδη τῆς πολιτείας ἀνανεοῦν. Τοῦτο δὲ ὁράσας, τὸν ἀσχάλλοντα ὑπεκρίνετο, πολλὴν ἐαυτῷ δῆθεν διεξιὼν ἀδουλίαν· καὶ τῷ κενοδοξεῖν ἐθέλειν τοσοῦτον πόρον ἐκ παλαιοῦ εὑρημένον εἰκῇ κατακαύσας· μὴ ἐν νῷ θέμενος τοὺς ἐπηρτημένους κινδύνους, καὶ τὰς δαπάνας ὅσας δὴ τὸ στράτευμα χρῄζει· ὑποκρύπτων δ' ἑαυτὸν, ἐπηγγέλλετο τὸν εἰρημένον πόρον αὖθις πάλιν καινίζειν· καὶ πρὸς τοὺς παρόντας τὸ μεταμέλεσθαι ὑπεκρίνετο· μὴ ἔχειν δ' ὅπως τὴν σφετέραν ἁμαρτάδα ἐπανορθοῦν, τῶν ἐχόντων τὴν εἰσπραξιν ταύτην βιβλίων καταναλωθέντων ἀπροσέκτως πυρί. Ἐκείνων δ' ἀπατωμένων καὶ μὴ προσποιήσει, ἀληθείᾳ δὲ τῷ πόρῳ ἀνιωμένων διὰ τὸν ἐκεῖθεν τῆς ἀνοσιουργίας μισθὸν, καὶ τὸ ἄπορον προβεβλημένων τοῦ πράγματος· παρεκάλει δῆθεν ἁπανταχοῦ διεύν-

(2) Anastasius portorium aurargenteum sustulit, quod sub splendida appellatione omnium fuit fœdissimum.

(3) Evagr. lib. III, cap. 39.

Digitized by Google

τας, τὰ ἴσα τῶν κατοθέντων εἴ που περισώζοιντο ἔτι διερευνᾶσθαι ἐν τοῖς καθόλου πυκτίοις τῶν εἰσφορῶν· δαπάνας δ' ἐπιθείς, ἔπεμπεν ἀπανταχοῦ συλλογὴν τῶν εὑρισκομένων ποιεῖσθαι· ὅπου δ' ἂν τις εὑρεθείη τοιοῦτος, παρ' αὐτὸν ἐσκομίζεσθαι· ὡς ἂν εἴη σκέψει καὶ ἀκριβείᾳ πολλῇ τὴν ἔκθεσιν συντα-γῆναι. Ἐπεὶ δὲ χρόνῳ ἱκανῷ οἱ ἀμφὶ τὰ τοιαῦτα πεμφθέντες ἦκον ἐπιφερόμενοι ὅσα εὗρον, μάλα χαίρων ὁ Ἀναστάσιος διετέλει, τοῦ κατεσπουδασμένου τυχών· καὶ σοφιζόμενος αὖθις, ὅπως τε καὶ ὅπου καὶ παρὰ τίσιν εὑρηται· καὶ εἰ μὴ καὶ ἄλλο τοιοῦτόν τι ὑπολέλειπται, ἐκεῖνοι πολλὴν συνεισενεγκεῖν διισχυρίζοντο σπουδήν· καὶ ἐπώμνυον μηδένα ἕτερόν που χάρτην ὑπολελεῖφθαι διασπᾷν δυνάμενον τὸ πολίτευμα. Ὁ δὲ καὶ αὖθις λαμπρὰν ἐξ ἐκείνων ἀνάψας τὴν φλόγα τῶν εἰσκομισθέντων χαρτῶν, τὴν ἐκεῖθεν σποδὸν ὕδατι περικλύσας, ἔπεισε τῷ ἀέρι· τέλεον ἀφανίζειν ἠρημένος τὴν πρᾶξιν, ὥστε μηδὲ κόνιν μήτε τι ἄλλο λείψανον ἀπολειφθῆναι τῆς πράξεως, μηδὲ μετὰ τὴν καῦσιν, κἂν σκιῶδές τι γράμμα διαφανείη. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ τόσον τὸ πρᾶγμα ὀγκώσαντες δόξωμεν ἠγνοηκέναι καὶ ὅσα ἐμπαθῶς οἱ ἀρχαιότεροι περὶ ταύτης τῆς πράξεως συνεγράψαντο, παραθήσομαι δὴ καὶ ταῦτα· δεικνύων ἐξ ὧν διῆλθον, ὡς ἄρα ψευδῆ ὅσα περὶ ταύτης τῆς ἀθεμίτου πράξεως ἱστορήκασι.

liares suos, pœnitere se facti, neque habere quo errorem commissum corrigeret, quandoquidem libri in quibus ejuscemodi exactio descripta fuisset, cremati essent, per simulationem finxit. Ibi illi ab eo ita decepti, non vultus fictione, sed reipsa, de tributo eo et nefandi flagitii mercede perturbati, doluere : neque se consilium, quo jacturæ ei mederentur, habere, præ se tulere. Ille eos ad loca omnia ire jussit, ut si qua commentarium combustorum exempla ex omnibus exactionis tabulis exstarent, scrutarentur : et sumptibus eam in rem impensis, homines passim qui exempla ejusmodi comportarent, disposuit : videlicet, ut si quis talis inveniretur commentarius, ad ipsum afferretur, quo diligenti et accurata deliberatione res disponi atque ordinari posset. Postquam autem non parvo interposito tempore, illi quos ad inquirenda exempla talia miserat, reversi, ea quæ invenerant attulere : magnopere Anastasius, quod voto suo potitus esset, lætatus est. Et per fraudem aliam, quomodo, et ubi, et apud quos ea invenissent, et an aliud aut simile quiddam adhuc alicubi reliquum esset, percunctatus est. Illi magno studio se ea comportasse asseverarunt : et juramento, nullam reliquam chartam in omni imperii ditione, quæ indicare portorium id posset exstare confirmarunt. Itaque Anastasius rursum chartas illas congestas in flammam conjecit, et cinerem earum aqua conspersum in aerem sparsit, ut res ea penitus aboleretur, neque post ustulationem eam vel pulvisculus et reliquiarum aliquid, aut umbra etiam litteræ alicujus, de re tam nefaria apud posteros exstaret. Verum enimvero ne, dum factum hoc tantopere efferimus, ignorare videamur, quæ veteres etiam affectibus ducti, hac de re scripserunt, ea ipsa huc afferam, demonstraturus ex ipsorum verbis falsa esse, quæ de nefanda hac exactione memoriæ mandarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Ἀπόστασις πρὸς τὸν συγγραφέα Ζώσιμον· οἷα πρὸς τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμον Κωνσταντῖνον ἀπέσκωψε βλασφημήσας.

Ζώσιμος γὰρ ὁ τὴν Ἑλληνικὴν θρησκείαν μάλα πρεσβεύων, Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς εὐσεβείας προμάχῳ καὶ ἀρχηγῷ τῆς πίστεως βασιλεῖ μηνίσας, ὅτιπερ ἐκ τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας εἰς τὴν Χριστιανῶν μεταβάλλετο πίστιν, τὴν ἐκείνων βδελυρίαν καταλιπών, ἱστορεῖ βλασφημῶν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Κωνσταντῖνος, πρῶτος τὴν τοῦ Χρυσαργύρου εἴσπραξιν ἐπινοήσας, κατὰ τετραετηρίδα εἰσάγεσθαι τὸ τοιοῦτον αἴσχιστον τέλος ἐνομοθέτει. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον τὸν εὐσεβῆ καὶ μεγαλόδωρον ἐβλασφήμησε βασιλέα, ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα ἀνύποιστα κατὰ πάσης τέχνης δρᾶσαι καὶ ἐπιστήμης· καὶ τὸν μὲν παῖδα Κρίσπον, φησίν, ἀπανθρώπως ἀνεῖλε· Φαύσταν δὲ τὴν ἰδίαν γαμετὴν, βαλανείῳ ἄκρως ἐκπυρωθέντι ἀσφαλισάμενον, διαφθεῖραι· τοῦ δὲ τοσούτου ἄγους κάθαρσιν ἐκζητοῦντα παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερέων καὶ μὴ εὑρίσκοντα, Αἰγυπτίῳ ἀνδρὶ ἐντυχεῖν ἐξ Ἰβήρων ἥκοντι· ἀκούσαντα δὲ παρ' ἐκείνου ὡς ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις ἁμαρτάδος πάσης εἰσηγεῖται ἀναί-

720 CAPUT XLI.

Digressio ad Zosimum : quæ is in imperatorum omnium celeberrimum Constantinum per blasphemiam acerbe et amarulenter detorserit.

Zosimus enim, superstitioni Græcæ quam maxime addictus, in Constantinum imperatorem, veræ pietatis propugnatorem et fidei ducem, quod is ab idolorum cultu ad Christianorum fidem, detestanda eorum exsecratione relicta, transiit, male animatus, per blasphemiam scriptis mandavit, eum primum exactionem τοῦ χρυσαργύρου, aurargenti tributi invenisse, et ut quarto quoque anno fœdissimum id vectigal penderetur constituisse. Verum non hæc ille tantum maledicta in pium magnisque dotibus ornatum principem conjecit, sed etiam alia plurima intoleranda, eumdem contra artes et scientias omnes fecisse (1), et Crispum filium crudeliter interfecisse. Faustam item conjugem suam balneo ad summum calefacto inclusam enecasse dicit. Et cum tanti flagitii expiationem apud sacerdotes Græcos quæsisset, neque invenisset, in Ægyptium quemdam virum, ex Iberia venientem, eum incidisse, et ab eo quod Christianorum fides

(1) Κατὰ πάσης ἐξευρεῖν τύχης, hoc est, *contra omnes omnium fortunas aliquid excogitasse.* (Evagr.)

Digitized by Google

peccatorum omnium abolitionem induceret, audivisse : proindeque animum statim mutavisse, patriam opinionem et idolorum (ut ille inquit) cultum rejecisse, et Christianorum sacra suscepisse, refert. Cæterum falso hæc Zosimum, calumnia imperatorem magnum sugillare volentem, scripsisse, per confutationem veram ostendam. Sed de Aurargenteo vectigali primum dicam.

CAPUT XLII.

Refutatio eorum quæ de apostolico Constantino Zosimus dixit.

In historia, homo exitiose, memoras, quod ille urbem aliam Romanæ similem condere volens, primum inter Troadem et Ilium locum, veluti operi instituto idoneum, cœperit, fundamenta jecerit, et murum supra terram extulerit. Postquam autem Byzantium commodius esse comperit, consilio mutato, urbem eam celeriter mœnibus firmis cinxerit, magnisque turribus opere longe lateque producto, et tam pulchris porticibus, aliisque ædificiis ita exornarit, **721** ut Romæ re nulla cederet, quæ tantorum ornamentorum et amœnitatum paulatim annis plurimis incrementa cepit. Refers etiam, publice eum frumenti tesseras, et auri multum, eis qui se eo contulissent, ad privatarum ædium structuram donasse. Inter alia hæc quoque sic scribis : « Constantino mortuo, ad Constantium filium ejus, post fratrum ejusdem obitum, rerum summa pervenit. Atque ubi Magnentius et Britannio tyrannidem arripuere, persuasione Constantius Britannionem in potestatem suam redegit. Cum enim ex utraque parte exercitus coacti essent, Constantius pro concione, militibus patris erga eos sui liberalitatem in memoriam revocavit, cum quo bella multa gessissent, maximis ab eodem cohonestati donis. Id vero ubi milites audivere, detracta Britannioni purpurea veste, in privati hominis habita cum ad Constantium abduxere. Atque is nihil se indignum passus, sed a Constantio servatus est, cum in illum et patrem ejus maledicta multa jecisset. » Itaque te rogo, quem liberalite et munificentia tanta gavisum esse scribis, quomodo rursus eumdem tam sordidum et avarum fuisse dicis, ut tam detestandum Deoque invisum portorium, insolito novoque modo in Romani imperii administrationem invexerit? Ego certe quidem colligere id non possum. Clarissime etiam tibi ostendam, neque Crispum filium, neque conjugem Faustam, ab eo ita crudeliter necatos esse : neque etiam eumdem vel cum Ægyptio eo fuisse, vel religionem nostram, postquam eam est complexus, ab eo accepisse. Eusebium Pamphili audi, qui illorum tempore floruit, et cum eis plurimum fuit, consuetudine et amicitia eorum admodum usus. Tu namque solum rumorem mutilatum mandas litteris, non veritatem ipsam : qui longo post tempore, sub Honorio et Arcadio, quibus historiam tuam dedicasti, et fortasse post

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Ἀνατροπὴ τῶν εἰρημένων Ζωσίμῳ διὰ τὸν ἰσαπόστολον Κωνσταντῖνον.

Σὺ φῄς, ἀλιτήριε, τῷ συγγράμματι, ὡς πόλιν ἄλλην ἴσην τῇ Ῥώμῃ ἐγεῖραι βουλόμενος, πρῶτον μὲν ὡς ἐπιτήδειον οἰόμενος τὸν μεταξὺ Τρῳάδος καὶ Ἴλιου τόπον πρὸς τὸ δέξασθαι τὸν σκοπὸν, θεμέλιά τε ἐπήγνυ, καὶ τὸ τεῖχος τῆς γῆς ἐξαίρων ἔπραττεν. Ὡς δ' ἐπιτηδειότερον τὸ Βυζάντιον εὗρε, μεταθέμενος τὴν σπουδὴν, θᾶττον τείχεσι στερροῖς περιέβαλε, καὶ μεγάλοις πύργοις εὐρύνων εἰς μήκιστον· καὶ τοσούτῳ κάλλει στοῶν καὶ οἰκοδομημάτων ταύτην ἐφαίδρυνεν, ὡς τῆς Ῥώμης κατ' οὐδὲν λείπεσθαι, τοσαύταις χάρισι τοῖς κατὰ μικρὸν ἔτεσιν αὐξηθείση. Ἱστορεῖς δ' ὡς καὶ σίτισιν τῇ πόλει δημοσίαν ἀπένειμε, καὶ πολύ τι χρυσοῦ τοῖς αὐτῷ οἱ ἑπομένοις ἐς κατασκευὴν ἰδίων οἴκων ἀπεχαρίζετο. Ἐπὶ ῥήματος δὲ καὶ ταῦτα προσγράφεις· « Κωνσταντίνου τελευτήσαντος, ἐς Κωνστάντιον τὸν αὐτοῦ παῖδα τὰ πράγματα περιελθεῖν, μετὰ θάνατον τοῖν αὐτοῦ ἀδελφοῖν· καὶ ὡς Μαγνεντίου καὶ Βρεττανίωνος τυραννήσαντος, πειθοῖ τὸν Βρεττανίωνα μετῆλθε· καὶ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν ἁλισθέντοιν, πρῶτος ὁ Κωνστάντιος δημηγορήσας, τῆς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλοτιμίας· μεθ' οὗ πολλοὺς πολέμους διεπόνησε, καὶ μεγίσταις ἐτιμήθησαν ταῖς δωρεαῖς· καὶ ὡς τούτων ἤκουσαν οἱ στρατιῶται, τὸν Βρεττανίωνα περιδυσάμενοι τὴν ἐσθῆτα, ἐν ἰδιώτου σχήματι Κωνσταντίῳ παρήγαγον. Ὁ δὲ μηδὲν ἄτοπον πεπονθὼς, διεσώζετο πρὸς Κωνσταντίου. ὃν τοσαῦτ' ἐβλασφήμησας μετὰ τοῦ πατρός. » Τοίνυν ἐρήσομαί σε, πῶς ἂν ἀξιοῖς τὸν οὕτω φιλοτιμίᾳ καὶ μεγαλοδωρεᾷ χαίροντα, πάλιν τὸν αὐτὸν οὕτω σμικρολόγον εἶναι καὶ φειδωλότατον, ὡς καὶ τοιοῦτον θεομισῆ πόρον καὶ ἐναγῆ τῇ Ῥωμαίων καινουργῆσαι πολιτείᾳ; Παντάπασι συνάγειν οὐ δύναμαι· ἀποδείξω δέ σοι σαφέστατα, ὡς οὐδὲ τὸν υἱὸν Κρίσπον, ἀλλ' οὐδὲ τὴν γαμετὴν Φαύσταν, ἀπηνῶς οὕτω διεχειρίσατο· οὐδ' ἐπὶ τὰ ἡμέτερα ἦλθεν Αἰγυπτίῳ τινὶ συγγενόμενος, ἀφ' οὗ τῶν νενομισμένων τῇ θρησκείᾳ μετέσχε. Καὶ δὴ ἄκουε Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ὃς τοῖς ἐκείνων χρόνοις συνήκμασε, καὶ συνεγένετο πλεῖστον, ὁμιλίας καὶ φιλίας ἐκείνων εἰς κόρον καταπολαύσας. Σὺ γὰρ δὴ μόλις ἀκοὴν γράφεις ἠκρωτηριασμένην, μήτοι γε δὴ ἀλήθειαν· ἐπὶ πολὺ καθυστερίζων τοῦ χρόνου, ἐπὶ Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου γενόμενος, οἷς καὶ τὴν συγγραφὴν ἔστησας· ἴσως δὲ καὶ πολλῷ γενόμενος ὕστερον. Οἷα δ' Εὐσέβιος ὁ Κωνσταντίνῳ καὶ Κρίσπῳ συνακμάσας καὶ συγγενόμενος ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ τῆς συγγραφείσης;

Digitized by Google

αὐτῷ *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* περὶ αὐτῶν ἔγραφεν, ἄκουε. « Χρόνου δὲ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸν πάντα βίον πραότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνστάντιον αὐτοκράτορα σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τούτου παῖς Κωνστάντιος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. » Καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἱστορίας καὶ ταῦτ' ἐπιλέγει· « Ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐμπρέπων μέγιστος νικητὴς Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοίῳ, τὴν οἰκείαν Ἑῴαν ἀπελάμβανεν. » Πῶς δ' ἂν ὁ Εὐσέβιος οὕτω τὸν Κρίσπον ἐπῄνει, εἰ πρὸς τοῦ πατρὸς ἀνῄρητο; Πῶς δ' ἀναιρεθεὶς ὁ παῖς ἐπεδίω τῷ Κωνσταντίνῳ, ὅπου γε καὶ ὁ μετὰ Εὐσέβιον τὰ ἐκκλησιαστικὰ συγγραψάμενος Θεοδώρητος πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου ἱστορεῖ Κωνσταντῖνον ἐν Νικομηδείᾳ, τῆς παλιγγενεσίας τυχεῖν ἀναβαλλόμενον ταύτης καταπολαῦσαι ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω φάσκων· « Τριακοστὸν δὲ ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος· ἐνιαυτοῦ δὲ καὶ ἄλλων μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας διάγων ἠῤῥώστησε. Τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς ἄπιστον ἐπιστάμενος, τὸ τοῦ θείου βαπτίσματος δῶρον ἐδέξατο. Ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενος. » Ταῦτα μὲν καὶ Θεοδώρητος. Πρὸς δὴ τούτοις, ὦ κατάρατε σὺ καὶ ἐξάγιστε καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε, φῆς, ὡς καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα, ἀφ' οὗ τὰ Χριστιανῶν ἤνθησε, παντάπασι διέφθορε καὶ ἀπώλετο. Καὶ τοίνυν ἐμοὶ δοκεῖς, ἢ μηδὲν ἀνεγνωκέναι τῶν ἱστορηθέντων, ἢ οὕτως ἐκὼν τυφλώττειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν· μάλιστα γὰρ ἂν τις τοὐναντίον εὑρήσει τῇ Χριστιανῶν πίστει ἐς τὸ πολλαπλάσιον ἐπιδοῦναι καὶ Ῥωμαίοις τὰ πράγματα.

A corum etiam tempora, longius vixeris. Quæ vero Eusebius, qui cum Constantino et Crispo vixit, in octavo *Ecclesiasticæ Historicæ* suæ libro de eis scribat, audi. « Plurimum intercessit temporis, et imperator Constantinus, cum vitam omnem per summam erga cives et subditos suos mansuetudinem et benevolentiam, **722** et acceptissimam Deo pietatem transegisset, dilecto filio suo Constantio, imperatore Augusto, in locum suum substituto, juxta communem omnibus naturæ legem decessit. » Et post alia : « Hujus filius Constantius, quamprimum venit, imperator summus et Augustus ab exercitu, et multo antea ab ipso imperatore omnium Deo renuntiatus, æmulatorem se in B doctrina et professione nostra paternæ pietatis præstitit. » Et ad finem historiæ ejus hæc quoque dicit : « Qui vero omni veræ in Deum pietatis virtute enituit, maximus victor Constantinus, cum Dei amantissimo et rebus omnibus patri simillimo filio Crispo Cæsare, Orientem suum recepit. » Quomodo Eusebius, qui post Constantinum superstes fuit, Cripsum tantopere laudasset, si a patre is interemptus fuisset? Et Theodoritus, qui post Eusebium res ecclesiasticas conscripsit, circa vitæ finem, Constantinum Nicomediæ commemorat regenerationem suscepisse (1) : quam propterea distulerat, ut ea in Jordane amne potiretur. Cujus hæc verba sunt : « Tricesimus imperii ejus præterierat annus : et anno insuper et mensibus paucis exactis, Nicomediæ Bithynorum agens, ægrotare cœpit. Quod vero probe, quam incerta humana vita esset sciret, sacri baptismi donum recepit : quem ad id usque tempus propterea distulerat, quod eum in Jordane fluvio suscipere concupiverat. » Hæc Theodoritus. Ad hæc, hominum omnium maxime exsecrande, detestande, nocentissime, impurissime, sceleratissime, adjicis, imperium Romanum ab eo tempore quo Christiana religio floruit, prorsus intercidisse atque interiisse. Tu vero vel nihil prorsus eorum quæ per historias memoriæ mandata sunt, legisse, vel tua sponte excæcasse te ipsum, ad veritatem perspiciendam, videris. Quod namque verbis tuis maxime est contrarium, per Christianorum videlicet fidem Romani imperii res multis modis maxima cepisse incrementa, facile quis invenerit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Ἔλεγχος πρὸς τὸν αὐτὸν Ζώσιμον, ὡς τῇ ἐπιδημίᾳ μᾶλλον Χριστοῦ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπέδωκε.

Σκοπεῖν σε τοίνυν χρεών, ὡς ἅμα τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ τῶν Μακεδόνων βασιλεία τέλεον ὑπὸ Ῥωμαίων καθῄρηται. Ἥ δ' Ἀλβανία, ἔτι δὲ καὶ Ἰβηρία, πρὸς δὲ καὶ Κόλχοι καὶ Ἄραβες, Ῥωμαίοις δουλεύειν ἠροῦντο. Καῖσαρ δὲ Γάϊος μετὰ τὴν τρίτην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα Γάλλους Γερμανούς τε καὶ

D

723 CAPUT XLIII.

Zosimus idem redarguitur : et probatur, quod adventu in terras Christi res Romana maxima incrementa ceperit.

Illud te considerare oportuit, una cum adventu Servatoris nostri Jesu Christi, Macedonum regnum a Romanis omnino sublatum esse : et Albaniam præterea, et Iberiam, Colchos etiam et Arabes servitutis conditiones a Romanis accepisse : Caium insuper Cæsarem, post centesimam octogesimam tertiam Olympiadem, Gallos, Germanos et Britan-

(1) Constantinus in extremo vitæ suæ actu apud Nicomediam baptizatus est, non solum tribus ecclesiasticis scriptoribus, Theodorito, Socrate et Sozomeno, verum etiam Hieronymo et Ambrosio, etc. testantibus.

Digitized by Google

nos ingentibus bellis superasse, et jugum illis servitutis imposuisse, eumdemque Romanæ ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas urbes adjecisse : quemadmodum illi qui hæc conscripserunt, ad memoriam posteritatis transmisere. Qui Cæsar primus, post consules, monarcha et princeps unus declaratus est : ea re veluti præiens et viam sternens, ut Romani imperii cives et subditi ex plurium deorum cultu, et turbulento reipublicæ statu, ad unam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem Christi monarchiam adducerentur. Cujus rei gratia et Judæa omnis, et vicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, ut tum primum census actus et descriptio facta sit, in qua et Christus ipse ascriptus est, ut prophetia de civitate Bethleem aperte exitum suum haberet, quam de ea luctuosus Jeremias hisce verbis prædixit : *Et tu, Bethlehem terra Juda, haudquaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim progredietur dux, qui pascet populum meum Israel*[1]. Post ineffabilem vero Christi Dei nostri nativitatem, Ægyptus quoque in potestatem Romanorum pervenit, Antonio et Cleopatra, in quam postremam Ptolemæorum regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus devictis : sub quo et Dominus noster Jesus Christus natus est. Antonio Cornelius Gallus ab Augusto in regiones Ægypti missus successit, et primus post Ptolemæos Ægyptum provinciam administravit, sicuti hoc historici testantur. Quas vero clades Persæ acceperint a Ventidio, Corbulone et Neronis ducibus, atque item a Severo, Trajano, Caro, Cassio, Odenatho Palmyreno, Apollonio, et aliis, et quoties Seleucia et Ctesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transiit, capta sit, et quomodo Armenia et aliæ vicinæ provinciæ in Romanorum pervenerint ditionem, una cum aliis **724** tu quoque in historiis tuis exponis. Quomodo autem alia dicam, quæ tu scribis sacratissimum Constantinum præclare gessisse : cum is pietatem nostram professus, rempublicam Romanorum administraret? Atque etiam quas quantasque clades Julianus, tuus maxime choreis ducendis sodalis, et eorumdem tecum orgiorum particeps, pertulerit? qui sane innumera atque intoleranda Romano imperio vulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num vero quidquam eorum quæ de universitatis hujus interitu prædicta sunt, vel initium cœperit, vel finem habiturum sit, majus id profecto est, quam ut tu de eo judices. Verum age, si tibi videtur, qui hæc dicis, consideremus, quomodo et qui Græcam superstitionem sunt professi, et qui Christianorum sacra coluere imperatores quisque vitam aut imperium amiserit. An non primus monarcha, qui unus sibi imperium usurpavit, C. Julius Cæsar dolo cæsus est? An non Caium alterum Tiberii nepotem milites quidam ferro ne-

[1] Mich. v, 2; Matth. II, 6.

A Βρεττανοὺς ἀγῶσι μεγάλοις ὑπέζευξε, ζυγὸν δουλείας ἐπαγαγών· καὶ προσεποίησε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρὸς αἷς εἶχεν ἑτέρας πόλεις πεντακοσίας οἰκουμένας, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραψάμενοι καθιστόρησαν. Ὃς δὴ Γάϊος καὶ πρῶτος μόναρχος μετὰ τοὺς ὑπάτους ἀνηγορεύθη· ὡσανεὶ προοδοποιῶν ἐκ πολυθεΐας τὸ ὑπήκοον καὶ ὀχλοκρατείας ἐπὶ τὸ μόναρχον σέβας διὰ τὴν ὅσον οὔπω ἐσομένην Χριστοῦ μοναρχίαν. Οὗ χάριν ἥ τε Ἰουδαία πᾶσα καὶ τὰ περικύκλῳ πάντα τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ προσεγένετο· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ πρώτην τότε ἀπογραφὴν γενέσθαι, ἐν ᾗ καὶ Χριστὸς ἀπογράφεται, τῆς περὶ τῆς Βηθλεὲμ προφητείας τὸ πέρας ἔκδηλον καθιστῶν, ὧδέ πως τῷ πολυδάκρυϊ Ἱερεμίᾳ περὶ αὐτῆς προφοιβάζοντι· *Καὶ σύ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.* Μετὰ δὲ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ αὐτὴ Αἴγυπτος ὑποκύπτει Ῥωμαίοις, Ἀντωνίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ, εἰς ἣν ἐσχάτην ἡ τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴ κατήντησε, τέλεον καταγωνισθεῖσιν Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι· ἐφ' οὗ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη. Ἀντώνιον δὲ Κορνήλιος Γάλλος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ χωρῶν διεδέχετο Αὐγούστου πέμψαντος, πρῶτος μετὰ τοὺς Πτολεμαίους Αἰγύπτου ἄρξας, ὡς καὶ τοῖ; ἱστορήσασι περὶ τούτων ἀνείληπται. Ὑπὸ δὲ Βεντιδίου Κορβούλωνός τε καὶ Νέρωνος στρατηγοῦντος πόσα Πέρσαι πεπόνθασιν; Ἔτι δὲ καὶ ὑπὸ Σευήρου, Τραϊανοῦ τε καὶ Κάρου, Κασσίου τε καὶ Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμυρίας, Ἀπολλωνίου τε καὶ ἑτέρων; Ὁσάκις τε Σελεύκεια καὶ Κτησιφῶν ἥλω, Νίσιβίς τε ἐπ' ἀμφότερα στρεφομένη, Ἀρμενία τε καὶ τὰ πλησιάζοντα ἔθνη Ῥωμαίοις προσερρύη, ὥσπερ καὶ σὺ ἱστορεῖς. Πῶς δ' ἂν εἴποιμι καὶ ἃ συγγράφεις ἕτερα γεννικῶς καταπράξασθαι τὸν θειότατον Κωνσταντῖνον τῆς Ῥωμαίων ἡγησάμενον μετὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας; Πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα τε καὶ οἷα πέπονθεν Ἰουλιανός, ὁ σὸς μάλιστα θιασώτης, καὶ τῶν αὐτῶν σοι ὀργίων μετεσχηκώς; ὁ μυρία καὶ ἀνύποιστα θραύματα τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ καταλελοιπώς; Εἰ δ' ἴσως περὶ τῶν προῤῥηθέντων τῇ τοῦ παντὸς τελευτῇ ἢ προοίμιον εἴληφεν, ἢ καὶ τὸ πέρας ἕξει, τοῦτο μεῖζον ἢ κατὰ τὴν σὴν B κρίσιν. Φέρε δὲ, εἰ σοι δοκεῖ, τοιαῦτα λέγοντι, ἴδωμεν ὅπως οἱ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύσαντες βασιλεῖς, καὶ οἱ Χριστῷ βασιλεύσαντες, ὅπως ἕκαστοι τούτων τὸν βίον ἀπέθεντο ἢ τὴν ἀρχήν. Οὐ τοίνυν ὁ πρῶτος μόναρχος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, δολίῳ φόνῳ κατεργασθείς, τὸν βίον ἀπείπατο; Οὐ τὸν δεύτερον τὸν ἔκγονον Τιβερίου Γάϊον τῶν τινες στρατιωτῶν μαχαίραις διεχειρίσαντο; Τί δὲ καὶ Νέρων; Οὐ παρά τινος τῶν οἰκείων ἀνῄρηται; Γάλβας τε καὶ Ὄθων καὶ Οὐιτέλλιος ἐπίσης πεπόνθασιν, οἱ τρεῖς δέκα μῆνας πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσαντες; Τόν γε μὴν Τίτον οὐ Δομετιανὸς ἀνεῖλεν ἀδελφὸς τυγχάνων ὁ γνησιώτατος; Τί δ' ἐκεῖνος πάλιν; οὐκ ἐλεεινῶς

Digitized by Google

πρὸς τοῦ Στεφάνου τὸν βίον κατέστρεψεν; Ὁ δὲ Κόμμοδος φαίης ἂν ὡς οὐχ ὑπὸ Ναρκίσσου διέφθαρτο; Ὁ δὲ Περτίναξ, ὁ δὲ Ἰουλιανὸς οὐ τῶν ἴσων μετέσχον; Ὁ δὲ Σευήρου Ἀντωνῖνος οὐχὶ τὸν ἀδελφὸν διεχρήσατο Γέταν; Τὰ ἴσα δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεπόνθει ὑπὸ Μαρτιαλίου; Ὁ δὲ Μακρῖνος οὐ περὶ Βυζάντιον ὥσπερ ἀνδράποδον ἀχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδιου ἀνῃρέθη στρατεύματος; Ὁ δ' ἐξ Ἐμέσης Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος σύναμα τῇ μητρὶ κατεσφάγη; Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Ἀλέξανδρος τῶν ἴσων δραμάτων ἔτυχε μετὰ τῆς μητρὸς Μαμμαίας. Τί δ' ἂν λέγοιμι περὶ Μαξιμίνου, ὃς τοῖς σφετέροις ἀ ῃρέθη στρατεύμασιν; ἢ Γορδιανοῦ, ταῖς βουλαῖς Φιλίππου τὸ κοινὸν καταγώγιον ὑπελθόντος; Σὺ δ' ἱστόρει τὰ κατὰ Φίλιππόν τε καὶ Δέκιον, ὡς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφθάρησαν· ἔτι δὲ τὰ κατὰ Γάλλον καὶ Βολουσσιανόν, ὡς ὑπὸ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοῦ βιοῦν ἀπηλλάγησαν. Ὁ δ' Αἰμιλιανὸς οὐ τοῖς ἴσοις περιηνέχθη; Οὐαλλεριανὸς δὲ οὐχὶ Πέρσαις ληφθεὶς αἰχμάλωτος περιήγετο; Γαλιηνὸς δὲ δόλῳ φονευθείς, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Καρῖνος σφαγείς, Διοκλητιανῷ καὶ Μαξιμιανῷ τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπεν· οὓς αὐτὸς συνάρχειν ἑαυτῷ εἵλετο. Ἐξ ὧν ὅ τε Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλλιος, Μαξέντιός τε παῖς ἐκείνου, καὶ Λικίνιος, πάντων ἔσχατος, αἰσχίστῳ μόρῳ τοῦ βίου ἐξέστησαν. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ τῆς Χριστοῦ πολίμνης ἡγεμονεύσας Κωνσταντῖνος ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἦρξε, καὶ τὴν αὐτῷ ἐπώνυμον μεγαλοπρεπῶς ἀνεγείρας πόλιν Χριστῷ καὶ τῇ ἐκείνου μητρὶ ἀνέθετο, σκόπει δὴ εἴ τις τῶν ἐν αὐτῇ τοῦ βασιλείου γέρως μετειληχότων ἄχρι τοῦδε ἢ πρὸς τῶν οἰκείων ἢ καὶ ἀλλοτρίων διέφθαρτο· ἢ ὅλως τυραννὶς πλέον ἔσχε τῆς ἐννόμου ἀρχῆς, πλὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ σοῦ ἱεροφάντου καὶ θύτου καὶ κανηφόρου καὶ βασιλέως, καὶ τοῦ σοῦ Οὐάλεντος. Πείθομαι γάρ σοι ἀρίστως διεξιόντι ὅσα κακὰ Χριστιανοῖς κατειργάσατο, δι' ἃ καὶ ἄμφω τὴν ἐξίαν ἔδοσαν δίκην. Περὶ γὰρ ἑτέρου οὐδ' αὐτὸς σὺ οἶμαι ἐρεῖς. Ἐγὼ δὲ προσθήσω καὶ Βασιλίσκον Ζήνωνι ἀντικαταστάντα· παρ' οὗ μὴ μόνον τὴν τυραννίδα, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον δειλαίως ἀπέλιπε. Ταῦτ' εἰ καὶ πάρεργά τῳ ἴσως δόξει τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγγραφῆς, ἐμοὶ δὲ ἄρα καὶ πάνυ τοι χρειώδη καὶ συστατικὰ πρὸς τὸ προκείμενον εἶναι δοκεῖ· οἷς ἐθελοκακοῦντες οἱ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, οὐ πρὸς ἀλήθειαν, δυσμεναίνοντες δὲ τῇ Χριστιανῶν θρησκείᾳ καθιστοροῦσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἱστορίας Ἀναστασίου βαδίσωμεν.

carunt? Quid Nero? Num ille a familiari quodam non jugulatus est? Galba sane et Otho et Vitellius eadem sunt passi: qui tres undecim tantum menses imperarunt. Titum num frater ei charissimus Domitianus occidit? An non ille rursum a Stephano miserandum in modum trucidatus est? Quid? Commodum a Narcisso peremptum esse negabis? Pertinaci vero et Juliano non idem accidit? Antoninus Severi filius, an fratrem Getam non necavit? Non ille a Martiali idem est passus? Macrinus nonne ad Byzantium veluti mancipium raptus, ab exercitu suo interemptus est? Aurelius Antoninus Emessæ (1) filius una cum matre jugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris ejus Alexandri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus est. Quid de Maximino dicam, quem exercitus suus interemit? aut Gordiano, qui insidiis Philippi sublatus, in commune domicilium abiit? Tu vero ipse de Philippo et Decio memora, ut ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo et Volusiano, quibus milites sui vitam ademerunt. Num Æmilianus eumdem exitum habuit? **725** Nonne Valerianus, cum in Persarum potestatem pervenisset, captivus ab eis ductus est? Annon Galienus dolo cæsus: et post hunc Carinus quoque interemptus, Diocletiano imperium reliquit, qui imperii sibi socium Maximianum ascivit? Ex quibus Maximianus Herculius, ac deinde filius ejus Maxentius, et postremus omnium Licinius fœdissimam obiere mortem. Ex quo tempore autem, qui gregi Christi præfuit, celeberrimus Constantinus imperium suscepit, et cognominem sibi urbem magnificentissime constructam Christo et matri ejus dicavit, ipse dispice, num quis princeps imperialem dignitatem consecutus, longissimo tempore vel a familiaribus et domesticis, vel ab externis sit interemptus, aut an unquam tyrannis, quam legitimum imperium, potentior fuerit. Julianum excipimus, tuum vatem, sacrificum, canephorum, et imperatorem: et tuum etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optime ea oratione exsecutus es, quæ illi Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam uterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio vero ne tu quidem ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basiliscum etiam addam, qui motum adversus Zenonem concitavit: cui ille non tyrannidem modo, sed vitam etiam ademit. Hæc quamvis fortasse minus ad Historiam ecclesiasticam pertinere videntur, utilia tamen admodum, et instituto operi commoda esse, et loco huic maxime convenire puto: propterea quod historici Græcæ superstitionis cultores, consulto et malitiose veritatem oppugnantes, propter Christianæ religionis odium, perperam et falso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasii historiam pergamus.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Περὶ τῆς χρυσοτελείας ἣν ὁ Ἀναστάσιος ἐπενόησε, λύμην ἐντεῦθεν πολλὴν ἐργασάμενος.

Τὰ μὲν δὴ τοῦ χρυσαργύρου τοῦτον τὸν τρόπον περιεῖλεν ὁ Ἀναστάσιος, καὶ βασιλικῶς ἐκεῖνο κα-

CAPUT XLIV.

De aureo vectigali, quod novum Anastasius instituit, unde multæ ærumnæ sunt subsecutæ.

Portorium χρυσάργυρον, aurargenteum, ad eum quem diximus modum, Anastasius abolevit (2), et

(1) Alii hanc *Soenidem* alii *Semiamiram* vocant.
(2) Anastasius in imperio Romano aristocratiam, hoc est optimatum administrationem instituit, magistratus et honores vendidit, injustis homini-

Digitized by Google

imperiali prorsus animo sustulit. Alia contra vero se indigna instituit: χρυσοτέλειαν videlicet, id est, pensionem auri: et populos suos vectigales bellicis impensis per nundinationem venditis supra modum gravavit, exactionemque tributorum curialium abrogando, **726** in quibusque civitatibus eos qui vocantur vindices constituit: Marini Syri, sicuti dicunt, suggestione, qui primariam apud eum gessit dignitatem, quam præfecturam prætorii antiquitus nominarunt. Quapropter factum, ut vectigalia magna ex parte intercidlerint, et civitates minus floruerint. Antiquitus namque, qui nobiles et claro loco nati erant, in earum album referebantur, eosque urbs quælibet in curis senatorum loco habebat atque constituebat.

A τώρθωσεν. Ἀνάξια δὲ πάλιν ἔπραττεν, οἷς τὴν χρυσοτέλειαν ἐπενόει· τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην ἀπεμπολήσας κατὰ τῶν συντελῶν εἰς τὸ βαρύτατον. Τῶν δὲ βουλευτηρίων φόρων τὴν εἴσπραξιν περιεῖλε, τοὺς καλουμένους βίνδικας ἀνὰ ἑκάστην πόλιν προβεβλημένος, Μαρίνου, ὡς φασιν, εἰσηγήσει τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὕπαρχον τῆς αὐλῆς· τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν οἱ πάλαι ὠνόμαζον· ὅθεν οἵ τε φόροι καταπολὺ διερρύησαν, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἄνθη διέρρευσαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον ὅσοι τῶν εὖ γεγονότων καὶ εὐπατρίδαι ἦσαν, ἐν τοῖς τῶν πόλεων λευκώμασιν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινὸς ἐκείνους ὥσπερ ἐχούσης καὶ ὁριζομένης.

CAPUT XLV.

Ut Anastasio, ter sancto hymno adjicere volente illud: « Qui crucifixus es pro nobis, » tumultus a populo sit conciatus: usque adeo, ut is timore perculsus, imperium deposuerit. Et ut paulo post Anastasius vitam finierit.

Omnium autem malorum, quorum ipse auctor fuit, illud extremum erat, quod propter accessionem illam, *Qui crucifixus es pro nobis* (1), quam et ipse ter sancto ipse hymno additam voluit, ingens exorta est seditio, perinde atque religionem Christianam evertere homines vellent. Ejus dogmatis Petrus Cnapheus auctor fuit, sicuti dictum est. Severus autem in Macedonium, qui paulo ante hierarcha Constantinopoli fuit, et in clerum ejus rem eam confert, ad Soterichum scribens, eum nondum in episcoporum ordinem cooptatus esset, sed in aula imperiali eo tempore versaretur, quo cum eis quos antea diximus, monasterio suo est exactus. Conjectura autem est, talium aliarumque calumniarum gratia, Macedonium e throno suo dejectum esse. Quod vero præter causam in virum eum injectus mentiatur, satis ea quæ dicentur ostendent. Postquam enim Macedonius ab imperatore dissentire cœpit, permultum imperator ei insidiatus est. Proinde etiam eos qui a Macedonio desciverant, turbulenter congregatos, in Archangeli templo ter sanctum carmen cum adjectione ipsa canere jussit. Idem mox proximo Dominico die in templo magno ab eis factum, cum illi etiam baculos eo intulerunt. **727** Populus autem flagranti ardore excitus, turpiter illos ecclesia expulit. Imperator postea aperte monachis desertoribus et transfugis, et principibus etiam viris, ut indignas contumelias in episcopum impudenter conjicerent, præcepit. Quorum unus erat Julianus Halicarnassi in Caria episcopus, et Severus etiam tum monachus: simul et fidei, et Macedonii, eorumque qui secum erant, hostes. Quomodo igitur eum quem tyrannico more accessionis ejus gratia injuriis contumeliis-

B

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Ὅτι Ἀναστασίου βουληθέντος προσθεῖναι τῷ τρισαγίῳ τὸ, « Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, » στάσις τῷ δήμῳ ἐγένετο, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δείσαντα, τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεσθαι· καὶ ὡς μετὰ μικρὸν ἐτελεύτα τὸν βίον.

Τὸ πάντων δ' ἔσχατον καὶ τελευταῖον αὐτῷ τῶν κακῶν διεπράχθη, ὅτιπερ ἐν τῇ Κωνσταντίνου τὴν προσθήκην καὶ αὐτὸν ἐν τῷ τρισαγίῳ ᾠρημένον ποιήσασθαι τὸ, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, στάσις μεγίστη ἀνερρίπισθη, ὡσανεὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας ἀνατρεπομένης. Προστάτης μὲν οὖν τοῦ τοιούτου δόγματος Πέτρος ὁ Κναφεὺς ἐγεγόνει, ὡς εἴρηται. Σευῆρος δὲ Μακεδόνιον τὸν πρὸ μικροῦ ἱεράρχην τῆς Κωνσταντίνου ἱστορεῖ γεγενῆσθαι, καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον, πρὸς Σωτήριχον γράφων· οὔπω μὲν τεταγμένος ἐν ἐπισκόποις, ἔτι δὲ τοῖς ἀνακτόροις ἐνδιαιτώμενος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὁπηνίκα τοῦ κατ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίου σὺν τοῖς εἰρημένοις. Συνάγεται δ' οὖν τῶν τοιῶνδε καὶ ἄλλων χάριν διαβολῶν τὸν Μακεδόνιον ἐκβεβλῆσθαι τοῦ θρόνου. Ὅτι δὲ ψεύδεται μάτην καταφερόμενος τοῦ ἀνδρός, παρὰ πόδας δείξει τὰ εἰρημένα. Ἐπεὶ γὰρ εἰς διαφορὰν καθίστατο βασιλεῖ, πολλὰς ἐπινοίας κατ' ἐκείνου ἐτύρευεν. Ὅθεν καὶ τοὺς ἐκείνου ἀφισταμένους σὺν ὄχλῳ ἐκέλευεν ἀθροισθέντας ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀρχαγγέλου, τὸν τρισάγιον ὕμνον μετὰ τῆς προσθήκης ᾄλλειν. Τῇ δ' ἐπιούσῃ Κυριακῇ τὰ ὅμοια καὶ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐποίουν, καὶ βάκλα ἐπιφερόμενοι. Ὁ δὲ λαὸς ζήλῳ διαθερμανθεὶς αἰσχρῷ; ἐκείνους τῆς ἐκκλησίας ἀπήλαυνον. Ἀπαρακαλύπτως δ' ἔπειτα ὁ κρατῶν καὶ μοναχοὺς τῶν ἀπερρηγμένων καὶ ἄρχοντας ἀναίδην ἀσέμνοις ὕβρεσι βάλλειν ἔπειθε τὸν ἐπίσκοπον· ὧν εἷς καὶ Ἰουλιανὸς ὁ Ἁλικαρνασοῦ τῆς Καρίας ἐπίσκοπος ἦν, καὶ Σευῆρος ὁ μοναχὸς, οἱ καὶ τῆς πίστεως καὶ αὐτῶν γεγενημένοι πολέμιοι. Πῶς οὖν ὃν τυραννεῖν καὶ ὑβρίζειν καὶ διὰ τῆς προσθήκης ἠβούλοντο, ἐκείνου φαίημεν εἶναι ταύτην, καὶ ἀρχηγὸν τῆς τοιαύτης συγχύσεως τῇ Ἐκκλησίᾳ γενέσθαι δεξόμεθα;

bus pepercit. Et ad insatiabilem pecuniæ cupiditatem conversus, provincias expilavit. Ad insolentem novumque morem, quem induxit, viri boni sunt consternati. Barbaros namque imperio imminentes, non armis propulit, sed pacem auro mercari soli-

tus est. Defunctorum bona curiose inquisivit, et publicam passim omnibus conciliavit invidiam. (Suidas.)

(1) Supra cap. 35.

Digitized by Google

Τοῦ δὲ βασιλέως τὴν προσθήκην ταύτην θεῖναι παρ- A
ρησίᾳ θελήσαντος, ὁ δῆμος ἀκαθέκτως εἶχε, σφα-
δάζων τὰ ἔσχατα· καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἐν τέλει ἐν
χρῷ κινδύνου ἐγένοντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισήμων τό-
πων πυρὸς ἐγένοντο παρανάλωμα. Ἀνὰ δὲ τοὺς
οἴκους Μαρίνου τοῦ Σύρου χωρίτην εὑρόντες τινὰ
τὸν μονήρη διαζῶντα βίον, τὴν κεφαλὴν ἀφεῖλοντο,
λέγοντες ὡς ἐκείνου ταῖς εἰσηγήσεσι τὴν τοιαύτην
προσθήκην γενέσθαι. Καί τινι κοντῷ ταύτην με-
τεωρίσαντες, δημοσίᾳ ἀνέκραγον σφόδρα διατω0ά-
ζοντες, ὡς οὗτος ἄρα εἴη τῆς Τριάδος ἐχθρός. Ἐπὶ
τόσον δὲ τὰ τῆς στάσεως εἰς μέγα ἦρθη, πᾶσαν
τέχνην ἐν δευτέρῳ τιθείσης, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν κρα-
τοῦντα ἐν δεινῷ ποιούμενον τὸ πραχθὲν, ἄνευ τοῦ
συνήθους στεφάνου κατὰ τὸν Ἱππόδρομον παριέναι· B
ἐπικηρύξαι τε τῷ δήμῳ διὰ τῶν κηρύκων, ἐν ἑτοίμῳ
ἔχειν καὶ τῆς βασιλείας ἐξίστασθαι· εἰδέναι μέν τοι,
μὴ ἐφικτόν γε ὂν πάντας ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἀναβαί-
νειν ἀρχὴν, μηδαμῶς πλείστων ἀνεχομένην. Εἷς δ'
ἔσεῖται πάντως, ὃς μετ' αὐτὸν ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς
ἡγεμονίας ἀρθείς, αὐτὴν διακυβερνήσειεν. Ἃ δὴ
πυθόμενος ὁ τῆς Κωνσταντίνου λεὼς, ἀθρόον ὥσπερ
ἔκ τινος θείας ῥοπῆς μετετίθεντο· καὶ ἱκέτης αὖθις
καθίστατο βασιλεῖ, περιθέσθαι τὸν στέφανον· ὑπισ-
χνούμενος διαλύειν τὴν στάσιν, καὶ τοῦ λοιποῦ
ἡσυχάζειν αἱρεῖσθαι. Ἐπ' ἐλάχιστον δὲ τοῦ λοιποῦ
βιώσας, χρόνον ὁ Ἀναστάσιος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν με0ί-
στατο βιοτήν· ἐπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς μησὶ τρισὶ
καὶ ἴσαις ἡμέραις ἀθλίως καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς C
ἰδίας ψυχῆς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν διακυβερνή-
σας. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ἐκκαιδεκάτη μοι
τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τεσσάρων καὶ τεσσαρά-
κοντα σὺν μησὶ τρισίν· ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος
ἐξακισχιλιοστὸν τὸ, ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου
γεννήσεως πεντακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἔνατον ἐπε-
ραίνετο.

que afficere voluerunt, auctorem ejus esse dicemus et ducem confusionis tantæ in Ecclesia recipiemus? Porro cum imperator accessionem eam propalam hymno addere vellet, populus impatienter id ferens, summopere animi discruciabatur. Et multi magistratus in periculum maximum inciderunt, multaque insignia ædificia incensa sunt. Atque in Marini Syri ædibus monacho cuidam deprehenso homines nonnulli caput amputarunt, eumque adjectionis ejus suasorem esse dixerunt: et capite conto in sublime sublato, publice per ludibrium exclamarunt, illum ipsum Trinitatis hostem esse asseverantes. Eo vero seditio ista magnitudinis processit, consilio remedioque omni proculcato, ut et imperator ipse tam gravi periculo permotus, absque corona et consueto imperiali habitu, in Hippodromum procurrerit, et per præcones populo denuntiarit, paratum se esse imperio cedere. Satis vero se scire, fieri omnino non posse, ut universi dignitatem eam, quæ plurimos minime ferret, capesserent. Unum autem prorsus oportere esse, qui sibi succedens, et administrationis habenas tenens, imperium gubernaret. Quod ubi populus Constantinopolitanus audivit, subito veluti divino quodam momento animum mutavit: et imperatori statim, ut coronam imponeret, seditionem se soluturum, et deinceps quieturum esse pollicitus, supplicavit. Perbrevi autem deinde Anastasius tempore vixit, paulo post defunctus, cum viginti septem annos, menses tres, et totidem dies infeliciter, et cum animæ suæ exitio, imperium Romanum administrasset. Continet sedecimus iste historiæ liber annos quadraginta quatuor et menses tres: **728** cum a condito mundo sexies millesimus tricesimus quartus (1), a divina autem Domini nativitate quingentesimus vicesimus nonus ageretur annus.

(1) Sicuti recentiores volunt, 4596.

Digitized by Google

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΖ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XVII.

CAPUT I.

De imperio Justini primi : et ut ab eo interfecti sint Amantius eunuchus, Theocritus et Vitalianus.

Quæ quidem sub Zenone et Anastasio ecclesiis accidere, talem habuere modum. Ubi vero Anastasius ad infima concessit judicia, Panemi mensis, qui apud Romanos Julius dicitur, die nono, Justinus Thraciam patriam habens, purpuram sumpsit, ordinum aulicorum dux, a custodibus corporis imperatoris, quibus præfuerat, præter spem omnem princeps declaratus. Multi vero tum opibus et copiis, nec non Anastasii cognatione ad magnam processerant gloriam, qui imperium tantum suscipere possent, quique id adeo pro rerum omnium licentia ad se pertraherent. Præter alios Amantius imperialium cubiculariorum præfectus, qui ingentes sibi opes comparaverat. Porro cum ipsi qui virilibus careret, ad tantum imperium aspirare minime liceret, Theocrito (1) cuidam, quo amico maxime utebatur, imperii coronam imponere conatus est. Et Justinum hunc accitum pecunia ingenti tentare **732** eos jussit, quicunque Theocrito purpuram circumdare vellent et possent. At hic sibi ipsi imperium quærens, statim pecunia populum corrupit, eorumque qui excubitores dicuntur, benevolentiam auro redemit. Et purpura sumpta, Amantium primum et Theocritum e medio sustulit : deinde et alios quoscunque idoneos ad imperii fasces suscipiendos esse putabat, occidit. Vitalianum autem, qui sub Anastasio ad tyrannidem aspiraverat, in Thracia agentem, cum honore multo ad imperialem urbem accersit, opes ejus,

(1) Al. *Theocritianum* nominant.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας· καὶ ὡς ἀνεῖλεν Ἀμάντιον τὸν εὐνοῦχον, Θεόκριτόν τε καὶ Βιταλιανόν.

Ὅσα μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου ταῖς ἐκκλησίαις συνέβη, τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. Ἀναστασίου δὲ πρὸς τὰ κατώτατα μετακεχωρηκότος δικαιωτήρια, Πανέμου μηνὸς ἑνάτῃ (λέγοιτο δ' ἂν ὁ μὴν οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις Ἰούλιος), Ἰουστῖνος Θρᾴκην αὐχήσας πατρίδα, τῇ ἀλουργῷ ἀμπεχόνῃ ἐχρήσατο· ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὤν, ὑπὸ τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων, ὧν ἐξηγεῖτο, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀναῤῥηθείς. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν τηνικαῦτα πλούτῳ τε καὶ δυνάμει καὶ τῇ συγγενείᾳ Ἀναστασίου ἐπὶ μέγα προελθόντες δόξης· καὶ τὴν τοσαύτην ἀρχὴν περιθέσθαι, καὶ δυνάμενοι, καὶ κατὰ τὸ ἐφ' ἅπασι συγκεχωρηκὸς ἐφελκόμενοι. Ἦν δὲ σὺν ἄλλοις καὶ ὁ τῶν βασιλικῶν θαλαμηπόλων προεστηκὼς Ἀμάντιος, ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἥκων· καὶ ἐπεὶ ἐκείνῳ οὐ θεμιτὸν ἦν τῶν ἀνδρείων ἐστερημένῳ εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν παρελθεῖν, ἄνδρα τινὰ Θεόκριτον ᾧ φίλῳ διαφερόντως ἐχρῆτο, τὸν τὴν βασιλείας στέφανον ἀναδήσασθαι ἐπειρᾶτο· καὶ τὸν Ἰουστῖνον τοῦτον μεταστειλάμενος, χρήμασι μεγάλοις ἀποπειρᾶσθαι ἐκέλευεν, ὅσοι δή ἐπιτηδείως εἶχον, οἵοί τε ἦσαν Θεοκρίτῳ τὴν ἀλουργίδα περιποιεῖν. Ὁ δὲ ἑαυτῷ μνώμενος τὴν ἀρχὴν, τὸν δῆμον εὐθὺς τοῖς χρήμασιν ὑπαγαγών, καὶ τὴν τῶν καλουμένων ἐξκουβιτώρων εὔνοιαν τῷ χρυσίῳ ἐξωνησάμενος, τὴν ἀλουργίδα περιθέμενος, πρῶτα μὲν Ἀμάντιον καὶ Θεόκριτον ἐξῆγε τοῦ ζῆν· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους, ὅσους ᾤετο ἱκανούς γε εἶναι σχῆμα βασιλείας περιποιεῖν ἑαυτοῖς. Βιταλιανὸν δὲ ὃς ἐπὶ

Digitized by Google

Ἀναστασίου τυραννίδι ἐπέθετο κατὰ τὴν Θρᾴκην διάγοντα, σὺν πολλῇ τιμῇ ἀνὰ τὴν βασίλειον ἄγει πόλιν· δείσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ περὶ μάχας τε καὶ πολέμια ἔμπειρον, τήν τε παρὰ πᾶσι διαθέουσαν φήμην· καὶ μάλιστα ὅτιπερ ἀεὶ ἔρως ἦν ἐκείνῳ ἐντετηκὼς τῇ ἀρχῇ. Καλῶς δὲ διαγνοὺς, ὡς οὐκ ἄλλως ἐκείνου περιγένοιτο, εἰ μὴ φίλος προσποιήσαιτο εἶναι, καὶ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον ἑαυτῷ περιθείη, στρατηγὸν εὐθὺς τοῦτον τῶν μεγίστων ἐχειροτόνει ταγμάτων· Πρατσέντα ἡ Ῥωμαίων ταῦτα ὀνομάζει φωνή· ὁσημέραι δὲ πειθοῖ καὶ ἐξαπάτῃ μείζονι χρώμενος, καὶ ἐς τὸ τῶν ὑπάτων τάγμα προῆγε. Τούτου δὲ τοῦ ὕψους ἠξιωμένος, ἐπεὶ παριέναι διὰ τῶν βασιλείων ἔδει, ἔν τινι μεσουλίῳ θύρᾳ δόλῳ ἀνῄρηται· ἀξίαν οἶμαι ποινὴν δεδωκὼς, οἷς δὴ πρότερον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς αὐθαδῶς παροινήσειε. Ταῦτα μὲν οὖν μετ' ὀλίγον ἐγένετο.

spectatamque militarium artium industriam, et præclaram insuper apud omnes famam suspectam habens : et illud simul maxime per timorem in animo volvens, quod hominem imperii amore teneri sciret. Cæterum cum probe nosset, non aliter illum tolli posse, nisi se ei amicum esse assimularet, personamque haud contemnendam imponeret, ducem illico maximorum ordinum legit : Præsentes lingua Latina ordines eos vocat (1). In dies porro illecebra et fraude majore utens, ad consularem quoque dignitatem eum evexit. Eo amplitudinis ubi pervenisset, cum versari in aula imperiali necesse haberet, ad quamdam in media aula januam dolo occiditur (2) : dignas, opinor, scelerum pœnas luens, quibus antea in Romanum imperium per præcipitem audaciam illuserat. Hæc paulo post acta sunt.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Τίνες τὸ τηνικαῦτα τῇ ἱερωσύνῃ τῶν ὑπερτάτων θρόνων ἦσαν διάδοχοι· καὶ περὶ Σευήρου, Παύλου καὶ Εὐφρασίου τῶν τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπων.

Τῶν δ' ἐκκλησιῶν τηνικαῦτα ἡγεῖτο, τῆς μὲν Ῥώμης Ὁρμίσδας· μετὰ Λαυρέντιον· μετὰ δ' ἐκεῖνον Σύμμαχος· τὸν δ' Ὁρμίσδαν Ἀγαπητός· ὃν Ἀγάθων ὁ ἱερὸς διεδέχετο. Τῆς δὲ Βυζαντίδος μετὰ τὸν Μακεδόνιον ὁ Τιμόθεος· μεθ' ὃν Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης κληροῦται τὸν θρόνον· τὸν δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Διόσκορος ὁ μετὰ Ἰωάννην· ἐν Ἱεροσολύμοις μετὰ Ἰωάννην, ὃς Ἠλίᾳ διάδοχος ἦν, Πέτρος ἔτι καθίστατο. Ἀνὰ δὲ τὴν Ἀντιόχου μετὰ Φλαβιανὸν Σεβῆρος τὸν θρόνον τυραννῶν διετέλει, πολὺς κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ῥέων συνόδου· ὃν οὕτως ἔχοντα, καὶ ἐφ' ἑκάστης ὡς εἰπεῖν ἀναθέματι τὴν ἁγίαν περιβάλλοντα σύνοδον καὶ μάλιστα ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς εἴτουν συνοδικαῖς τούτου ἐπιστολαῖς, ἃς τοῖς ἑκασταχοῦ πατριάρχαις ἔπεμπε. Μόνος δὲ Ἰωάννης ὁ μετὰ τὸν πρότερον Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου ταύτας ἐδέχετο, Διόσκορός τε οὗ καὶ Τιμόθεος· δι' ὧν καὶ πολλὴ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐρεσχελία εἰσέρρει, τῶν λαῶν εἰς μυρίας διακρινομένων δόξας. Ὁ πιστότατος ἐκέλευε βασιλεὺς ἀνὰ τὸ πρῶτον τῆς ἀρχῆς ἔτος τὸν Σεβῆρον ἀξίας ποινὰς τῆς γλωσσαλγίας εἰσπράττεσθαι, καὶ τὴν γλῶσσαν κατὰ βάθος ἐκτέμνεσθαι. Εἰρηναῖος δ' ἐπεστάτει τῇ πράξει, ὥσπερ ἄρα διατεθρύλληται, ὃς τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχου στρατιωτικῶν ἡγεῖτο ταγμάτων. Ὅ δὴ καὶ γράμμασι Σεβῆρος ἀληθὲς εἶναι πιστοῦται· ὡς ἄρα Εἰρηναῖ ς αὐτῷ τῆς ταραχῆς χάριν τὴν ποινὴν ἐχειρίζετο. Ἐνίοις γὰρ τῶν αὐτῷ φίλων κατὰ τὴν Ἀντιόχου γράφων, τόν τε τῆς φυγῆς αὐτοῦ διεξέρχεται τρόπον, μυρίοις βάλλων τὸν Εἰρηναῖον τοῖς σκώμμασιν· οἷς αὐτῷ ἀκριβῆ περιετίθει τὴν φυλακήν· ὥστε μὴ τῆς Ἀντιόχου διαδράσας ἀποχωρῆσοι. Ἔγνων δ' ἐγωγέ

CAPUT II.

Qui ea ætate sacris administrandis summarum sedium fuerint episcopi. De Severo, Paulo et Euphrasio, Antiochiæ episcopis.

Ecclesiis eo tempore præfuerunt Romæ Hormisdas post Laurentium et Symmachum : Hormisdæ autem Agapetus, huic porro Agathon episcopus successit Byzantii, post Macedonium, Timotheus; post Timotheum, Joannes Cappadox thronum est sortitus. Alexandriæ post Joannem Dioscorus Ecclesiam rexit. Hierosolymis, post Joannem qui Heliæ successerat, Petrus adhuc sedem obtinebat. Antiochiæ vero Severus Flaviani successor thronum per tyrannidem tenebat, plurimum in Chalcedonensem synodum invehens. Is cum ita animatus esset, propemodum quotidie **733** anathemati synodum eam subjecit : potissimum vero in eis quæ Enthronisticæ sive synodales dicuntur epistolis, quas ad loci cujuslibet patriarchas mittebat. Unus autem eas Joannes, qui priori Joanni Alexandriæ successerat, atque idem Dioscorus et Timotheus recipiebant : per quos nugamenta multa adversus Ecclesiam sunt inducta, et populus in innumerabiles opiniones divisus. Sedenim imperator fidelissimus, primo imperii sui anno, Severum commeritas petulantis verborum lubricitatis pœnas pendere, linguamque ejus radicitus exscindere jussit. Rei ei, sicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinum Antiochiæ dux. Quod sane verum esse, litteris suis Severus ipse confirmat, Irenæum videlicet pœnam sibi eam tumultus concitati gratia molitum esse. Ad amicos enim quosdam Antiochenos scribens, exsilium suum fugamque commemorat, et quam plurima in Irenæum scommata et convicia jacit, propterea quod diligentius ille custodibus dispositis hominem, ne ex urbe Antiochena profugeret, servabat.

(1) Quod proconsuli legatus, id fere imperatori præsens fuit. (Jul. Capitolinus in Ælio Vero.) Filio suo Pyrrhi Præsentis filiam junxit, nuptiis eclebratis exemplo privatorum. (Idem in Marco Philosopho).

(2) Supra lib. xvi, cap. 55.

Digitized by Google

rit (1). Novi ego quosdam qui scribunt, a Vitaliano pœna hac Severum esse affectum, cum primas adhuc apud Justinum ferens, linguam illius ab eo petiisset : quod scilicet in scriptis suis Severus conviciis sæpe illum impetiisset. Verum thronum Antiochenum deseruit Gorpiæo mense, quem Septembrem Romani vocant. Ejus discessu in sedem eam Paulus conscendit, qui perinde atque ille adversus quartam synodum occulte per rabiem latravit. Ac tum quidem ille synodum eam publice est professus : paulo post vero sua sponte se ab ecclesiis subduxit, et ad communem deinde locum vita finita abiit. Et post hunc Hierosolymis veniens Euphrasius, episcopatum Antiochenum suscepit.

A τινας ἱστοροῦντας, ὡς ἄρα Βιταλιανὸς τὴν ποινὴν προὔξένει Σευήρῳ, βασιλεῖ τὴν ἐκείνου γλῶσσαν αἰτήσας, ἔτι τὰ πρῶτα παρὰ Ἰουστίνῳ φέρων, οἷς πολλάκις ἐκεῖνον γράφων σκώμμασι περιέβαλεν. Ἀλλὰ φεύγει τὸν θρόνον Γορπιαίῳ μηνί· καλοῖτο δ' ἂν οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις Σεπτέμβριος. Ἐκείνου δ' ἐκποδὼν γενομένου, Παῦλος τὸν τῆς Ἀντιόχου ἀνεισι θρόνον, ἐπίσης ἐκείνῳ κατὰ τῆς τετάρτης συνόδου κρύφα λυττῶν. Τέως δ' οὖν τηνικαῦτα διαῤῥήδην ταύτην ἀνακηρύξας· μετὰ δὲ μικρὸν, ἑκὼν ἑαυτὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπαγαγὼν, τὴν κοινὴν ὁδοιπορίαν ἐστέλλετο τὸ βιοῦν ἐκμετρήσας. Καὶ μετ' αὐτὸν ἐξ Ἱεροσολύμων ἦκων Εὐφράσιος, τὴν τῆς Ἀντιόχου ἱερωσύνην ἐλάμβανεν.

B

734 CAPUT III.

Ut iterum Antiocha a terræ motu sit afflicta, ubi etiam Euphrasius episcopus ruinis obrutus est : cui successit Euphræmius : et de aliis urbibus, quibus damnum a terræ motu est illatum.

Quo tempore multa simul et frequentia Antiochiæ incendia veluti præiere motibus futuris, et proœmia fuere eorum quæ illam comprehensura erant malorum. Tempus enim non ita multum intercessit, cum septimus Justini imperii ageretur annus, mensis decimus, Artemisio mense, cui apud Romanos Maii nomen est, vigesimo nono die, meridie maxime vigente, motus terræ una cum conquassatione urbi incumbens, eamdemque funditus quassans, deformem et horrendam reddidit : C et quidquid in ea eximium fuit, in solum conjecit. Ad quam cladem fulmen quoque accessit, ita ut ea mala calamitatem inter se divisisse viderentur. Bonam enim civitatis partem terræ motus et concussio solo æquavit. Si quid vero clades eæ intactum reliquissent, ignis imminens consumpsit, atque in cinerem et pulverem admirando prorsus modo redegit. Porro quomodo et quanta mala civitas ea sit perpessa, quasve ædes et publicas porticus, aliaque illustria ejus opera, incendio simul et terræmotui quasi succisivum opus consumenda præbuerit : insuper quam admirandæ et orationem omnem excellentes ærumnæ divinitus ad casus ejuscemodi accesserint, Joannes rhetor singulari cum affectu oratione venusta exponit, D historiæ suæ calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoque episcopus ædificiorum ruinis oppressus interiit : videlicet ne quis forte qui res provideret illi urbi necessarias, relinqueretur. Sed enim quæ omnia inspicit divina Providentia, quæque vindictæ gladios miserationis oleo demulcet, atque ante plagas ipsas remedia instruit, atque adeo ab ipsa statim (ut ita dicam) desperatione benignitatem profert, Orientalium copiarum imperatoris mandato præfectum, Ephræmium excitavit, sollicitudinemque pro civitate omni suam ita declaravit, ut nihil eorum

(1) Evagr. lib. IV, cap. 4.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς αὖθις ἡ Ἀντιόχου ὑπὸ σεισμῶν πέπονθε· συνεχώσθη δὲ τοῖς πτώμασι καὶ Εὐφράσιος ὁ ἐπίσκοπος· καὶ Εὐφραίμιος ἐγεγόνει καὶ περὶ ἄλλων πόλεων κακῶς παθουσῶν τοῖς σεισμοῖς.

Ὀπηνίκα πολλοί τε ὁμοῦ καὶ πυκνοὶ ἐμπρησμοὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐγένοντο, ὁδηγοί τινες ὥσπερ τῶν ἐσομένων κλόνων καὶ προοίμια καταβεβλημένοι τῶν καταληψομένων ταύτην δεινῶν. Καὶ γὰρ χρόνου διελθόντος οὐ πάνυ πολλοῦ, ἕτος ἕβδομον ἦν Ἰουστίνῳ ἐν τῇ ὀρχῇ, τῷ δεκάτῳ μηνὶ, ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα, Μάϊον ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν, ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι αὐτοῦ, κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον, σύναμα βρασμῷ καὶ σεισμὸς ἐξαίσιος προσβαλὼν τῇ πόλει, πᾶσαν ἄρδην συντρίψαντες, ἀκαλλῆ καὶ ἄμορφον ἐπεδείκνυντο, πᾶν εἴ τι ταύτης ἐξαίρετον εἰς γῆν καταῤῥίψαντες. Ἐφείπετο δ' ἐκείνοις καὶ κεραυνὸς ὥσπερ τὸ πάθος διανειμάμενος. Τὸ μὲν γὰρ τῆς πόλεως ἐκεῖνοι κατέῤῥιψαν· εἰ δέ τι ἐκείνοις λαθὸν παρῴχθη, ἐπιὼν τὸ πῦρ ἀμφενέμετο, τέφραν καὶ κόνιν παρὰ δόξαν ποιῶν. Ἀλλ' ὅπως μὲν καὶ ὁπόσα ἡ πόλις πέπονθε, πόσοι τε οἶκοι καὶ στοαὶ δημόσιαι, καὶ ἄλλα τῶν περιφανῶν αὐτῇ ἔργων πάρεργον τῷ πυρί τε ἅμα καὶ τῷ σεισμῷ γεγόνασιν· ἔτι δὲ καὶ ὅσα παράδοξα καὶ λόγου κρείττω τοῖς τοιούτοις συμπτώμασι θεόθεν ἐγένετο, Ἰωάννης ὁ ῥήτωρ περιπαθῶς ἄγαν καὶ κεχαρισμένῳ λόγῳ διέξεισιν ἐν τούτῳ καὶ τὸ σύγγραμμα περατῶν. Τοῖς δὲ πολλοῖς δεινοῖς καὶ Εὐφράσιος ὁ ἐπίσκοπος τοῖς πτώμασι συγχωσθείς, διεφθάρη· ἵνα μήτις τῶν ἐπιτηδείων καταλειφθείη πρόνοιαν ταύτης ποιούμενος. Ἡ γε μὴν θεία καὶ πάντων ἔφορος πρόνοια, ἡ φιλανθρωπίας ἐλαίῳ τὰ ξίφη τῆς τιμωρίας θήγουσα, καὶ πρὸ τῶν πληγῶν τὰ φάρμακα πλάττουσα, καὶ παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν ἀπόγνωσιν εὐθέως ἀνοίγουσα τὴν χρηστότητα, τὸν τῶν ἐῴων ταγμάτων τὴν ἐπιτροπὴν ἐκ βασιλέως ἐγχειρισθέντα Ἐφραίμιον διανέστησε· καὶ φροντίδα πᾶσαν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπεδείξατο, ὥστε τῶν ὅσα προσῆκε, παραλελεῖφθαι μηδέν. Ὃν Ἀντιοχέων παῖδες τῆς τοσαύτης κηδεμονίας ἀγάμενοι, σφῶν ἱερέα ψηφίζονται. Ὁ δὲ τὸν θρόνον ἐλάμβανεν,

Digitized by Google

ὥσπερ τινὰ ἀμοιβὴν καὶ γέρας τῆς τοσαύτης προ- A quæ opus essent, per Ephræmium prorsus prætermitteret. Hunc Antiocheni curæ et administrationis ejus admiratione episcopum deligunt. Atque ille sedem eam, perinde atque præmium aliquod atque remuneratiouem tantæ suæ procurationis, a Deo reciperet, non repudiavit. **735** Post menses autem triginta, gravissimas rursus a terræmotu pertulit eadem civitas ærumnas : cum deinde a Justiniano debitam consecuta est curam seu provisionem, et Theopolis, hoc est, Dei civitas nominata. Unusquisque enim civium Christi nomen pro foribus inscribens, eo modo terræmotum dispulit, cum Deus religioso cuidam homini oraculo hæc verba foribus inscribere præcepisset : *Christus nobiscum : state.* Ejusdem Justini imperii tempore B Epidamnus etiam, quæ nunc Dyrrhachium dicitur, plurima a sævis terræmotibus sustinuit damna. Et item Corinthus, quæ in terra Græciæ sita est. Idem vero et Anazarbus, quæ secundæ Cilicum genti præest, pertulit. Quas urbes magna pecunia Justinus restauravit. Sub eodem imperio Edessenorum quoque felix civitas, quæ maxima simul et populosissima in provincia Osroenorum est, mirifica Scirti, qui eam præterfluit, amnis exundatione in tantum est afflicta, ut cum multa ædificia secum convulsa ille abstraxerit, tum infinitam hominum multitudinem abstulerit atque submerserit. Quos postquam unda rapuit, confestim instar torrentis per mediam urbem profluens evanuit. Quod ubi C malum conquievit, tabula marmorea apparuit, hieroglyphicis litteris hæc significans :

Saltabit civi saltum saltator acerbum.

Visa vero eadem tempestate est gigantæi generis mulier quædam, cujusvis hominis proceri staturam excellens : longitudini ei proportione latitudo etiam respondebat. Porro imperator Antiochenis atque aliis calamitatibus in mœrorem conjectus, capitis diademate posito, et pulla veste sumpta, luctui se dedit : et urbs universa cum eo pullata et ipsa eorum quæ acciderant malorum causa luxit. Imperator vero non solum Antiochiam, sed et Edessenorum civitatem, atque Anazarbum, impensis imperatoriis splendide restituit. Anazarbus et Edessa ex fundamentis ipsis tanta magnificentia sunt restauratæ, ut utraque etiam imperatoris ipsius appellatione sit cohonestata. Quandoquidem vero tantæ cladis, quæ Antiochiæ accepta est, menimimus, cur non alia quoque digna memoratu quæ tum accidere, præsenti inserimus historiæ, ex rerum gestarum scriptoribus excerpta?

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ζωσιμᾶ τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χοζεβίτου.

Ἦν τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ζωσιμᾶς ὄνομα, ἐκ τῆς παραλίου λεγομένης Φοινίκης ὁρμώμενος· πατρίδα Σίδην κεκληρωμένος, οὐκ ἔλαττον ἢ σταδίους εἴκοσι τῆς Τυρίων ἀπῳκισμένην, ἄθλοις μεγάλοις τὴν κατὰ Θεὸν μετιὼν βιοτήν. Οὗτος τοίνυν νηστείᾳ μακρᾷ, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς Θεὸν εἰκὸς ἥδεσθαι, τοῦτον ἐνστερνισάμενος, οὐ μόνον ἀπαθείᾳ;

736 CAPUT IV.

De sancto Zosima miraculorum editore, et Joanne Chozebita.

Erat tum temporis (1) Zosimas quidam nomine, ex Phœnicia, quæ maritima ducitur, oriundus, Sidam patriam sortitus, quæ non minus quam viginti stadiis ab Tyriorum urbe distat : qui magnis certaminibus cœlestem meditabatur vitam. Hic diuturno jejunio aliisque studiis, quibus Deum delectari par est, toto illum pectore com-

(1) Evagr. lib. IV, cap. 7.

Digitized by Google

plexus, non solum ad summum indolentiæ fastigium pervenit, verum etiam donum id, ut futura perinde atque præsentia videret, a Deo consecutus est. Fuit autem Cæsareæ, quæ caput gentis Palæstinorum est, apud virum præclarum, prudentia atque eloquentia insignem, dignitate quoque atque aliis rebus quæ hominis vitam cohonestant præstantem, nec non generis nobilitate admodum illustrem, Arcesilaum nomine. Cum igitur eladem Antiochia ex motu terræ acceptura esset, prolixe Zosimas illacrymans, et ex intimo animo ingemiscens, sumpto alicunde in manus ignis catillo, circumquaque obambulans, locum omnem suffitu implevit. Deinde humi provolutus, precibus Dei opem imploravit. Cum vero Arcesilaus adesset, et quidnam sibi res tam turbulenta vellet, interrrogaret : propalam ille, se Antiochiam fatali tum casu concidentem, fragoremque ejus aures suas circumsonantem, sentire dixit. Arcesilaus autem una cum iis qui tum ibi præsto erant, verbis ejusce modi præter omnem opinionem auditis, stupefactas, horam eam notavit : et postea ea ipsa hora, qua hoc Zosimas, divino afflatus numine prædixerat, Antiochenam urbem in maximas concidisse ærumnas comperit. Plura vero et alia quæ opinionem omnem superant, virum hunc fecisse dicunt : quæ singula commemorare, quoniam numerum exsuperant, temporis hujus non est. Unum tamen aut alterum exponere conabor. Eodem tempore una cum magno hoc viro vir quidam viguit nomine Joannes, virtute illi non multum cedens, in casa monastica cui Chuzica nomen erat, ad torrentem in parte septentrionali viæ publicæ, quæ Hierosolymis egressos Hierichuntem defert, sita. Hic cum dudum antea in ea quam dixi Cæsarea Palæstinæ episcopatum gessisset, monasticam tum et rebus mundanis omnibus carentem consectabatur vitam. **737** Chozebites igitur iste tum ubi Arcesilai, quem diximus, conjugem, alterum sibi oculum radio textorio excussisse, inaudivit, nulla interposita mora, feminam eam visurus accurrit. Et postquam pupillam illi excidisse, et oculum in modum liquoris diffluere vidit, unum ex comitibus spongiam quam celerrime afferre, et humorem diffluentem in locum suum cogere, spongiamque ipsam quantum posset fasciola colligare jussit. Aberat autem domo Arcesilaus, et cum Zosima in phrontisterio sive monastico tugurio, quod ad vicum Sida cognomine situm erat, et a Cæsarea stadiis prope quingentis distabat, conversabatur. Colloquenti vero ei cum Zosima, celeriter domo accurrentes famuli, casum uxoris renuntiant. Quo derepente audito, ille in prolixiorem incidit luctum, et capillos vellens in aerem jactitabat, et mœrorem cohibere non poterat. Causam ejus conturbationis Arcesilao commemorante, sermonemque suum gemitu frequenti interpolante, Zosimas cognoscit, Arcesilaum ita miserabiliter

A εἰς τὸ ἀκρότατον ἦλασεν, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ μέλλοντα ὡς ἐνιστάμενα διορᾷν γέρας πρὸς Θεοῦ ἔσχε, καί τινι δ' ἐν Καισαρείᾳ συνῆν ἀνδρὶ διασήμῳ· Καισαρείᾳ τῇ τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους ἡγουμένῃ· Ἀρχεσίλαος ἦν οὗτος, λόγοις μάλα εὖ ἥκων, ἀξιώμασί τε καὶ ἄλλοις, ὅσα βίον ἀνδρὸς οἶδε σεμνύνειν, προὔχων, καὶ τῶν εὐπατριδῶν ὁ διαφανέστατος. Ἡνίκα τοίνυν ἡ Ἀντιόχου πάσχειν ἐκ σεισμῶν ἔμελλε, δακρύων ὑποπλησθεὶς καὶ βύθιον ἀνοιμώξας, πυρσὸν πόθεν εἰς χεῖρας λαβών, καὶ πανταχοῦ περιών, ἐθυμία τὸν χῶρον· εἶτα ἐπικατασβρίπτει τῇ γῇ ἑαυτόν, λιταῖς τὸν Θεὸν ἱλεούμενος. Παρόντος δὲ τοῦ Ἀρχεσιλάου, καί τί ἂν εἴη τὸ ἐνοχλοῦν πυθομένου, ἐκεῖνον ἀναφανδὸν φάναι, αἰσθέσθαι τὴν Ἀντιόχου νῦν πτῶμα ἐξαίσιον πίπτουσαν, καὶ τὸν

B ψόφον τὰ ὦτα περιζομβῆσαι· ἐκπλαγέντα δ' ἐκεῖνον τῷ παραδόξῳ τῶν ἠκουσμένων σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν, ἀναγράψαι τὴν ὥραν· καὶ ἐς ὕστερον κατ' αὐτήν γε ἐκείνην εὑρεῖν τῶν μεγίστων πειραθεῖσαν δεινῶν, καθὰ Ζωσιμᾶς προεφοίβασε. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων τοῦτον δρᾶσαί φασιν· ἃ καταλέγειν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ὑπὲρ ἀριθμὸν δοτά· ἓν δ' οὖν ὅμως ἢ δύο πειράσομαι διελθεῖν. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνακμάζων ἦν τῷ μεγάλῳ τούτῳ καί τις ἀνὴρ Ἰωάννης τὴν κλῆσιν, οὐ παρὰ πολὺ ἀδέων τὴν ἀρετήν, ἐν τῇ Λαύρᾳ, ἣ τοῦ Χουζικᾶ ἐπώνυμος ἦν· κεῖται δὲ αὕτη πρὸς τῇ χαράδρᾳ τῷ ἀρκτῴῳ μέρει τῆς λεωφόρου, ἣ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων ἥκοντας ἐπὶ τὴν Ἰεριχουντίων πόλιν

C κατάγει. Οὗτος καὶ τὴν εἰρημένην μοι πόλιν τῆς κατὰ Παλαιστίνην Καισαρείας πάλαι ποτ' ἐπισκοπήσας, τότε τὸν μονήρη καὶ ἄσκευον μετῄει βίον. Τηνικαῦτα δ' οὖν ὁ Χοζεβίτης τὴν τοῦ εἰρημένου Ἀρχεσιλάου γυναῖκα μαθὼν κερκίδι θάτερον ἀποβαλέσθαι τοῖν ὀφθαλμοῖν, τάχος ὅσον ἧκε τὴν γυναῖκα ἐπισκεψόμενος. Ἐπεὶ γοῦν ἐθεᾶτο ἐκπεσοῦσαν μὲν τὴν κόρην, δίκην δὲ ῥεύματος διορρύεντα τὸν ὀφθαλμὸν, ἑνὶ τῶν ἀκολουθούντων ἐπιτάττει σπόγγον ὡς τάχιστα ἐνεγκεῖν· καὶ τὸ διαρρὺεν συναγαγόντα, κατὰ χώραν εἰσαγαγεῖν, τελαμῶνί τε καὶ τὸν σπόγγον ὅς γε δυνατὸν ἀναδῆσαι.

D Ἀπῆν δὲ τοῦ οἴκου ὁ Ἀρχεσίλαος· συνῆν γὰρ Ζωσιμᾷ κατὰ τὸ φροντιστήριον ὁμιλῶν, ὃ δὴ ἐπὶ τῆς Σιδηνῶν καλουμένης ἔκειτο κώμης· διεῖχε δὲ τῆς Καισαρείας ὡσεὶ σταδίους φ'. Διομιλουμένῳ δὲ τῷ Ζωσιμᾷ παρῆσαν οἴκοθεν δρομαῖοι τῶν τινες οἰκετῶν τὸ συμβὰν τῇ γυναικὶ διαγγέλλοντες. Ὡς οὖν αἴφνης τὸ δεινὸν ἠκηκόει, διωλύγιον ἀνεκώκυσε· καὶ τὰς τρίχας τίλλων, εἰς ἀέρα ἐλίκμα, καὶ ἀκάθεκτος ἦν. Ὡς δὲ Ζωσιμᾶς τὸ αἴτιον τῆς ταραχῆς ἀνεμάνθανε διηγουμένου Ἀρχεσιλάου, συχνὰ διακοπτομένου ταῖς οἰμωγαῖς, εὐθὺς ἐκεῖνον οὕτω ἐλεεινῶς ἔχοντα διαφεὶς, ἐπί τι δωμάτιον ἔτρεχεν, ὅπου δὴ εἰωθὼς ἦν ἐκείνῳ ἢ θέμις Θεῷ καταμόνας προσομιλεῖν. Ἐπ' ὀλίγον δ' ἐκεῖθεν ἐξιὼν, χαίρων ὥσπερ καὶ ἀγαλλόμενος μειδιῶντι καὶ κεχαριομένῳ προσώπῳ, Ἄπιθι, πρὸς Ἀρχεσίλαον ἔλεγεν, ἄπιθι· ἡ χάρις τῷ Χοζεβίτῃ δέδοται· καὶ τὸ μὲν σὸν γύναιον ἐν παντελεῖ ὑγιείᾳ· μηδαμῶς λυμήνασθαι

Digitized by Google

δυνηθέντος τοῦ πάθους τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χοζεβίτου. Ὁ δὴ καὶ ψευδὲς ἦν· ἐπίσης καὶ ἀμφοτέρων ἐφ' ἑνὶ πράγματι παράδοξα εἰργασμένων. Ξέννην δέ φασι τὸν Ἰωάννην τοῦτον ἀνῦσαι τὴν βιοτὴν, ὥστε καὶ κοχλιώδη τινὰ ὑπόμονον κατὰ γῆς διορύξαι· κἀκεῖσε τὸν πολὺν ἐκτρεπόμενον ὄχλον, τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι. Περὶ δὲ Ζωσιμᾶ καὶ τοῦτο ἱστόρηται· ἀπιόντι γάρ ποτε τῷ ὁσίῳ ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, καί τι ὀνάριον ἐπισυρομένῳ, ᾧ τινα τῶν ἐπιτηδείων ἐπήγετο, ἐπιστὰς αἴφνης λέων, τὸν ὄνον ἁρπάσας ᾤχετο. Κατόπιν δὲ καὶ ὁ γέρων ἀνὰ τὴν ὕλην ἐδίωκε σχολαίῳ ποδί· ὁ δὲ λέων ἕως οὗ ᾐθάσειε Ζωσιμᾶς τῇ ὀνείᾳ θοίνῃ διακορὴς γεγονὼς, ἤδη πρὸς ἀπαλλαγὴν ἕτοιμος ἦν. Ἤδὺ δέ τι καὶ σεσηρὸς τῷ λέοντι ἐνιδὼν Ζωσιμᾶς, Ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, ὦ ἑταῖρε, οὐ δύναμις πρόσεστι τὰ ἐπισεσαγμένα τῷ ὄνῳ φέρειν ἐπ' ὤμων, ἐπὶ πόρρω τε ἀφιγμένῳ τοῦ χρόνου, καὶ ἐνδείᾳ ἐκτετηγμένῳ. Ὑπελθὲ τοίνυν τὴν ἐφεστρίδα· καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς φύσεως παρωσάμενος, παρὰ τὰ νενομισμένα πρᾶττε θεσμὰ, εἴ γ' ἐμοῦ ἀπαλλάττεσθαι βούλει καὶ θηρίον αὐθις εἶναι. Ὁ δὲ ὥσπερ τὸ καθάπαξ εἶναι λέων ἀποβαλὼν, ῥῆμα ὑποτρέχει τὸν Ζωσιμᾶν, καὶ τῷ οὐραίῳ ὑπέσαινε, καὶ τὸ κατὰ πᾶν εἴκειν τῷ γέροντι ὄῆλος ἦν. Ζωσιμᾶς δ' ἐκείνῳ τὸν φόρτον ἀναθεὶς ἐπωμάδιον, ἄχρι δὴ καὶ εἰς τὴν Καίσαρος ἦγαγεν· ἐρφαίνων ὡς πάντα πειθήνια τῷ ἀνθρώπῳ καθίσταται, ᾗρημένῳ κατὰ Θεὸν ζῆν, καὶ ἁπλανεῖς τοὺς δεδομένους ἄνωθεν χαρακτῆρας διατηροῦντι καθάπερ πάλαι τῷ γενάρχῃ Ἀδάμ.

A affectum statim relinquit, et in ædiculam ubi illi mos erat, pro eo atque fas erat seorsim cum Deo colloqui currit. Atque paulo post inde egressus, veluti lætus et exsultans, vultu subridenti et hilari : Abi (ad Arcesilaum inquit), abi, Chozebitæ gratia data est, et uxorcula tua modis omnibus valet : quod nequaquam obesse illi, propter Chozebitæ præsentiam, casus acerbus potuerit. Neque id falsum fuit ; nam eadem in re uterque miraculum pariter edidit. Novum præterea Joannem istum peregisse vitæ genus ferunt, ita ut cuniculatim meatum quemdam tortuosum sub terra effoderit : ibique turbam frequentem aversans, quietem consectatus sit. De Zosima autem illud quoque memoriæ proditum est. Ibat vir sanctus aliquando B Cæsaream, asellum secum trahens : cui res quasdam necessarias gestanti, subito institit leo. Atque is jumento rapto, aufugit. Consecutus autem eum per sylvam est tardiore gradu senex. Leo, quoadusque ad eum Zosimas pervenit, asini carnibus interea exsatiatus, discedere ab eo parabat. Porro Zosimas hianti ore hilarius leonem inspiciens : **738** Atqui, inquit, o amice, mihi ea vis non est, ut humeris asini clitellas portare valeam, qui eo ætatis pervenerim, et egestate emarcuerim. Subeundum igitur tibi onus est, et naturæ prærogativa rejecta, contra quam recepta jura ferunt, faciendum, siquidem liberari a me et fera amplius esse vis. Ibi tum leo, perinde atque semel feritatem C abjecisset, sensim ad Zosimam accedit, cauda hominem distringit, et in rebus omnibus se illi pariturum ostendit. Senex autem Zosimas impositio humeris leonis fasce, Cæsaream usque eum duxit : satis aperte declarans, omnia obedire homini ei, qui ex præscripto Dei vitam sibi degendam statuerit, constanterque sibi datam olim non aliter atque generis principi Adamo imaginem ac figuram absque ullo errore conservaverit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τοῦ ἄλλου ἁγίου Ζωσιμᾶ, καὶ τῆς Αἰγυπτίας Μαρίας καὶ Θεοδώρας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Καὶ ἕτερος δὲ Ζωσιμᾶς τηνικαῦτα διέπρεπεν, οὐ τὸν μόναυλον μετιὼν βίον, ἀλλ' ἔν τινι τῶν κατὰ Παλαιστίνην μοναστηρίων τὸν κοινοβιακὸν ἄθλον ἀνύων· ὃν φασι καὶ τῇ Αἰγυπτίᾳ τὰ μυστικὰ τελέσαι ἱερωσύνῃ συζῶντα· Αἰγυπτίαν ἐκείνην, ἣν τοσοῦτον τῇ τῆς σαρκὸς ἡδονῇ καθηδυπαθῆσαι τὰ πρῶτα φασὶν, ὡς μηδὲν ἐλλελοιπέναι τῆς σαρκικῆς ὕβρεως ἄπρακτον, ἐς τόσον δ' ὑπερβολῆς ἐλάσαι κακὸν, ὡς μηδὲ λόγῳ παριστᾷν ἔχειν δύνασθαι· ἐπὶ τόσον δ' αὖθις ἀναβῆναι καλοῦ, ὡς ἑκάτερον παρ' ἑκατέρῳ ἔχειν γνωρίζεσθαι. Ἀλλ' ὅπως μὲν ἐξ Αἰγύπτου γεγεννημένη οὕτω βίῳ ἐχρήσατο, πολλοὺς τῷ τῆς ἀκολασίας ἀπείρῳ ἀνδραποδίσασα· καὶ ὡς ἐπὶ προσκυνήσει τοῦ θείου ξύλου ἰοῦσα δυναστείᾳ θείᾳ ἐλαύνετο· καὶ ὡς ἐκεῖθεν ἀπάρασα καὶ τὸ ῥεῖθρον Ἰορδάνου διέβη, καὶ πρὸς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον ἦκε, μηδενὶ ἀνθρώπων προσομιλήσασα, εἰ μὴ μόνῳ ἐκ τούτου τῷ Ζωσιμᾷ, ἄσιτος καὶ ῥακίων ἐκτός· ἔστι τε ὅπως Ζωσιμᾷ τουτῳὶ προσωμίλησε, μετέωρος τῇ εὐχῇ γενομένη· καὶ ὡς τὸν βίον κατέληξε, καὶ τῆς

CAPUT V.

De altero sancto Zosima. De Maria Ægyptiaca et Theodora Alexandrina.

Alter vero tum quoque enituit Zosimas, non ille quidem solitariam degens vitam, sed in quodam Palæstinæ cœnobio inter monachos commune certamen persequens. Quem sacerdotio fungentem, rem divinam arcanorum mysteriorum Ægyptiacæ D illi fecisse aiunt, illi, inquam, Ægyptiacæ, quæ tantopere primum carnis voluptate diffluxisse dicitur, ut nihil prorsus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit : eoque vitiosæ libidinis pervenerit, ut eam verbis eloqui nemo possit. Deinde vero ad summam virtutem ita evasisse, ut altera ab altera illustraretur. Sed enim ut illa in Ægypto progenata, et quod vitæ genere usa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit : et ut divino nutu ad sacrosanctum lignum venerandum excita, in viam se dederit, atque inde divertens Jordanis quoque flumen transierit, et in interiorem solitudinem se abdiderit, neque cum quopiam homine præterquam uno isto Zosima collocuta sit, cibo-

Digitized by Google

que simul et vestitu abstinuerit; denique ut inter precandum in sublime sublata, cum Zosima hoc verba contulerit, vitamque hanc finierit; et de divina communione participaverit, nec non ut illi leo sepulcrum effossum a se paraverit, **739** et vitæ ipsa exemplum pœnitentiam agere volentibus commodissimum reliquerit; Sophronio, qui olim Hierosolymitanam sedem antistes exornavit, memorandum relinquemus, qui eleganter sanctæ ejus feminæ et Zosimæ vitam descripsit. Mihi namque ad alia exponenda properanti, his immorari non licet. Cæterum paulo ante hoc tempus, Theodora illa inter feminas admiranda illustris fuit, quam ad Alexandrinæ urbis regionem nonam animo magno monasticæ vitæ certamen pertulisse fama est. Fraude enim quadam furtim in stuprum adducta, posteaquam se divinum Numen læsisse cognovit, divitias omnes atque generis splendorem mandato Dei posthabens, et sub virili habitu muliebria occultans, eam quæ supra naturam est vitam exegit. Eamque rem ita contexit, ut crimen etiam illud subierit, quasi pueri procreati pater fuisset. Quam illa apertam calumniam ita fortiter sustinuit, ut puerum perinde atque ipsius esset, mandra sua monasticaque cella expulsa receperit, eumdemque coacta tenerum, quoad in virum evasit, educaverit: cum crimine se, exigua corporis parte exhibita, liberare potuisset. Illa vero ad finem usque sexum, sicuti instituerat, celare perseveravit. Maximis etiam gratiarum donis est cohonestata, adeo ut et feris imperarit, eamque de rebus quibusque precantem Deus exaudierit: ad quem tandem, laborum suorum præmia receptura, migravit. Eam porro migrationem monasterii præfecto ostendit auctor ipse et conciliator bonorum, ascensum videlicet quemdam mirificum, et domum longe splendidissimam, per quam Theodora ipsa a comitatu et satellitio illustri producebatur.

Θείας κοινωνίας ἠξίωται, ὀργῇ τε λέοντος τάφρος αὐτῇ ἐσχεδίασται, βίον λιποῦσα τοῖς μετανοεῖν ἐθέλουσι δεξιώτατον· Σωφρονίῳ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων τὸν θρόνον πάλαι κοσμήσαντι καταλείψομεν, προσηκόντως τὸν βίον τῆς ὁσίας καὶ Ζωσιμᾶ ἱστορήσαντι. Ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις τούτοις ἐνδιατρίβειν πρὸς ἕτερα τὴν σπουδὴν προθεμένῳ· καὶ μὴν καὶ ἡ θαυμαστὴ γυναικῶν Θεοδώρα μικρὸν ἄνωθεν ἐγνωρίζετο· ἣν κατὰ τὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔνατον γενικῶς τὸν τῆς ἀσκήσεως ἆθλον μάλα διενεγκεῖν λόγος. Ἐξαπάτῃ γάρ τινι εἰς μοιχείαν κλαπεῖσα, ἐπεὶ ἔγνω Θεῷ προσκρούσασα, πλοῦτον ἐκεῖνον καὶ τὸ τοῦ γένους ἐπίσημον δεύτερα θεμένη τῆς ἐντολῆς, ἐν ἀνδρώῳ σχήματι τὰ γυναικῶν ὑποκρύπτουσα, ἔλαθε βιώσασα ὑπὲρ φύσιν· καὶ ἐπὶ τόσον συγκαλύψαι τὸ δρᾶμα, ὡς καὶ δίκην ὑποσχεῖν, ὡς ἄρα εἴη καὶ πατὴρ παιδὸς γεγονώς, καὶ τοσοῦτον τὰ τῆς συκοφαντίας ἐπικρατῆσαι, ὡς καὶ τοῦ παιδίου οἱάπερ οἰκείου ἀντιλαβέσθαι τῆς μάνδρας ἀπελαθεῖσαν, ἐκθρέψαι τε βίᾳ τὸ νήπιον, καὶ εἰς τέλειον ἄνδρα προαγαγεῖν, ἑνὸν μικρά τινα παραδείξασαν ἀπαλλάττεσθαι· ἡ δὲ ἀλλὰ μέχρι τέλους διέμεινε σπεύδουσα τὸ λαθεῖν. Μεγίστων τε τῶν χαρισμάτων ἀξιωθεῖσα, ὡς καὶ θηρίοις ἐπιτιμᾷν, καὶ ἄλλ' ἄττα δεομένης ὑπακούειν θεὸν, πρὸς ἐκεῖνον δὴ καὶ μεθίσταται τὰ γέρα λῃσομένη τῶν πόνων. Ἃ δὴ παρέδεξεν ὁ πρύτανις τῶν ἀγαθῶν τῇ τῆς μονῆς προεστῶτι, ἀνοδόν τινα ὑπερφυᾶ καὶ τινα κατοικίαν πολὺ τὸ λαμπρὸν ἐπιδεδειγμένην· δι' ἧς ὑπὸ περιφανεῖ τῇ δορυφορίᾳ ἡ Θεοδώρα προΐγετο.

CAPUT VI.

Quæ res in civitate Negra acciderint, et de sancto Aretha martyre.

Eadem tempestate et Arethas martyr certamen pro Christo obiit in civitate cui Negræ nomen est. Ei ille toti a majoribus ipsis Deo sacratæ præfuit. Sita vero est alicubi ad fines Arabiæ felicis. Hanc rebus plerisque florere, et quæ Deo grata essent facere, humani generis inimicus minime ferens, sævam adversus eam concitavit procellam. Namque in Judæum quemdam illapsus, Mosen quidem patrem et legislatorem se habere gloriantem, re autem ipsa prorsus a legibus **740** et jure naturæ abhorrentem, atque in finitima Homeritarum regione tyrannidem exercentem, contra eam quam dixi, consurrexit urbem. Ac posteaquam illam adortus, omniaque expertus nihil egit, quod simul et mœnibus munitissimis, et militum virtute, quos in urbe habebant, tyrannum cives repellerent, ad veterem patris sui armaturam, mendacium scilicet ipsum, se convertit: et amici personam sumpta pacem cum illis pepigit, atque ut sibi cum paucis videndæ urbis gratia eam ingredi liceret, petiit, jurejurando per patrii Dei nomen interposito, nihil

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Νεγρὰν πόλιν γεγενημένων, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρέθα.

Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ Ἀρέθας ὁ μάρτυς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα διήνεγκε, κατὰ πόλιν λεγομένην Νεγρὰν, ἧς ἐκεῖνος ἡγεῖτο, ὅλης ἐκ προγόνων ἀνακειμένης Θεῷ· κεῖται δὲ αὕτη περί που τὰ ὅρια τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας· ἣν δὴ καλῶς ἔχουσαν καὶ τὰ φίλα Θεῷ πράττουσαν, ὁ τοῦ γένους πολέμιος ἥκιστα ἐνεγκών, ἄγριον κατ' ἐκείνης ἀνερρίπιζε κλύδωνα. Καὶ γάρ τινα ὑποδὺς Ἰουδαῖον, Μωσῆν μὲν ἐπαυχοῦντα πατέρα καὶ νομοθέτην δῆθεν, ταῖς ἀληθείαις δὲ πόρρω καὶ νόμων, καὶ τῶν θεσμῶν τῆς φύσεως πάμπαν ἀλλότριον· τῆς ἐγγειτόνων δὲ χώρας τῶν Ὁμηριτῶν τυραννοῦντα, κατὰ τῆς εἰρημένης ἐπανίστησι πόλεως. Καὶ ἐπειδὴ πᾶσαν πεῖραν ταύτῃ προσαγαγὼν ἄπρακτος ἦν, καὶ τῷ τῶν τειχῶν ὄγκῳ, καὶ ταῖς τῶν ἔνδον στρατηγικαῖς ἐμπειρίαις ἀποκρουομένων τὸν τύραννον, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὅπλον τὸ ψεῦδος ἐχώρει· καὶ φιλίας πρόσωπον ὑποδὺς, σπένδεται· καὶ θέας χάριν μετ' ὀλίγων ἧξίου ἔνδον γενέσθαι, τὸν πατρῷον θεὸν ἐπομνύμενος, μηδέν τι κακὸν ἐννοῆσαι ἢ διαπράξασθαι. Οἱ δὲ πείθονται· καὶ ἐπεὶ ἔνδον ἐγεγόνει τειχῶν, αὐ-

Digitized by Google

τίκα τὸ προσωπεῖον καὶ τὴν σκηνὴν ἀποθέμενος, ὁμόσε τοῖς Χριστοῦ προβάτοις ὁ λύκος ἐχώρει. Καὶ ἐπεὶ μεταπείθειν ἐπιχειρῶν ἀποσχέσθαι Χριστοῦ, τοῦ σκοποῦ διημάρτανε, τοὺς μὲν ξίφει, τοὺς δὲ πυρὶ καὶ ἄλλαις βασάνοις, ὁλοκαύτωμα τὴν πόλιν πᾶσαν προσῆγε Θεῷ· ἐν οἷς Ἀρέθας ὁ γενναιότατος τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον. Ἀνδρίζεται δ' ἐνταῦθα καὶ ἄλλος παῖς μιᾶς τῶν ὑπὸ πυρὰν ἀπαγομένων γυναικῶν. Τοῦτον γὰρ νήπιον ὄντα παρακατέχων ὁ τύραννος, ἀποσπᾷν ἐπειρᾶτο, σαίνων καὶ πᾶν εἴ τι θέλγον νηπίου ψυχὴν προϊέμενος. Τὸ δὲ τὴν μητέρα ὁρῶν, πρὸς αὐτὴν ἐκτρέχει κατὰ τοῦ μηροῦ τὸν τύραννον ἐνδακών· καὶ οὕτω σὺν τῇ μητρὶ θῦμα εὐῶδες κεκαλλιέρηται τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἡ μὲν πόλις οὕτω καὶ πυρὶ καὶ ξίφει ἀνήχθη Θεῷ· ὅλη καλὴ καὶ οἷά περ ἄμωμος νύμφη τῷ ἀθανάτῳ συνήφθη νυμφίῳ. Οὐ μὴν δ' οὕτως ἠπίως μάλα τὸ αἷμα ἐκείνων προσηκάμενος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἠνέσχετο μὴ καὶ δίκην ἀξίαν λαβεῖν τῆς ἀνοσίου δραματουργίας. Ἀλλ' ὁ μὲν Δουναὰν, τὴν πόλιν ἑλών, ἔλαθε καὶ ἄκων ἐκείνην παραπέμψας τῇ ἀθανάτῳ ζωῇ· ἑαυτὸν δὲ καὶ τῆς προσκαίρου μετ' αἰσχύνης ἀπαλλάξας, καὶ τοῖς ἀθανάτοις κολαστηρίοις παραπέμψας ἀθλίως. Ἐπεὶ γὰρ Ἰουστῖνος ταῦτα πύθοιτο, ὅσα τε ὁ Ὁμηρίτης κατὰ τῆς πόλεως ἐτεχνάσατο, καὶ ὅσα κατὰ τῶν ἁγίων ᾤχετο δράσας, σφόδρα χαλεπήνας τοῖς πεπραγμένοις, θυμοῦ πίμπλαται· καὶ Ἐλεσβαὰν τῷ τῶν Αἰθιόπων ἡγουμένῳ τὰ Χριστιανῶν μάλα πρεσβεύοντι γράφει, πρὸς ἔνδικον ζῆλον διερεθίζων τοῦ ἐπιόρκου καὶ δυσσεβοῦς, ὡς ἂν ἁπάσῃ τέχνῃ καὶ στρατηγίᾳ βασιλεῖ πρεπούσῃ, ἐκτρίψῃ μὲν ἐκεῖνον, ποινὴν δὲ ὁσίαν λήψαιτο τῶν Χριστοῦ θρεμμάτων. Ὁ δὲ καὶ οἰκοθεν ὁρμῆς ἔχων τῷ διὰ Χριστὸν ἔρωτι, καὶ συμμαχίαν δ' οὐκ ἐλαχίστην ἐκ βασιλέως λαβὼν, τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω καὶ Αἴγυπτον στρατιωτικῶν ταγμάτων, καὶ τῇ σταυρικῇ πανοπλίᾳ θωρακισθεὶς, ἔπεισι τῷ Ἑβραίῳ· καὶ δὴ καὶ πεζῷ καὶ νηΐτῃ στρατῷ προσβαλὼν αὐτῷ (παράλιον γὰρ ἐκείνῳ τὸ πλεῖστον τῆς ὑπηκόου ἐτύγχανεν ὄν), γενναίως μάλα ἐκείνῳ συρρήγνυται· καὶ δυνασ:είᾳ κρείττονι καθυπερτερήσας, ζωγρίαν μὲν ἐκεῖνον καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ γένος οἱ προσηκόντων εἷλε· καὶ ἔργον μαχαίρας ἅπαντας ποιησάμενος, ἔτι δὲ καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ἅπασαν ἀνάστατον ἐργασάμενον καὶ εἰς τέλος πολιορκήσας, κλέος ἀείμνηστον ὁ ἀοίδιμος ἐκληρώσατο. Καὶ δὴ οὕτω συνιδὼν σύμμαχον ἰσχυκὼς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν Ἐλεσβαὰν ὁ μακάριος, ὡς πανωλεθρίᾳ ὑπαγαγεῖν τὸν τῷ σταυρῷ ἀντικαθιστάμενον Ἰουδαῖον, Ἰσόῤῥοπον μὲν, ἔφησε, παμβασιλεῦ, οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι ἀποδοῦναι τῆς τοσαύτης ἕνεκα συμμαχίας· ἡ δέ μοι πρόσεστι βασιλεία, τὸ πᾶσί γε δοκοῦν ἀξιέραστον, σὴν χάριν, σήμερον ἀποτίθεμαι. » Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα ἀποθέμενος, προσῆει τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τρίχας περιελὼν, καὶ τὸ τραχὺ τῶν μοναχῶν τριβώνιον ὑποδὺς, στενῷ τινι κελλίῳ ἀπρόσιτον διὰ βίου ἑαυτὸν ἐποίει καθείρξας, ἄρτῳ μόνῳ καί τισι λαχάνοις εἰς σίτισιν χρώμενος. Κἀκεῖσε ὁσίως τὸν τῇδε βίον λιπὼν, πρὸς τὴν ἀγήρω καὶ μακαρίαν μετέβαινε βιοτήν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοιαῦ-

se mali aut cogitaturum, aut facturum. Illi vere sunt assensi. At ubi tyrannus intra muros acceptus est, non diu moratus, persona et figmenti scena posita, cum Christi ovibus lupus est congressus. Et postquam periculum cives a Christo avertendi fecit, atque a scopo consilii sui aberravit, alios tandem ferro, alios autem igni et tormentis variis, civitatem videlicet universam holocaustum Deo obtulit. Inter quos Arethas generosissimus martyrii recepit coronam. Egregium quoque ibi virilis animi specimen edidit alius quidam, mulierculæ unius, ex eis quæ ad pyram accensam rapiebantur, filius. Hunc etenim tenerum adhuc, tyrannus retinens, distrahere a matre conabatur, demulcens illum, et quidquid ad animum adolescentuli alliciendum faceret, objiciens. Ibi vero puer matrem aspiciens, femur tyranni momordit et ad illam procurrit, atque ita una cum matre sacrificium suaveolens per litationem ad Deum est transmissus. Ac civitas quidem universa ad hunc modum ferro et igni Deo est oblata, et veluti pulchra et irreprehensibilis sponsa immortali conjuncta Sponso. Verum enim vero cum universitatis hujus Deus libenter admodum sanguinem illorum reciperet, non tamen sustinuit, quin debitas tam impiæ et flagitiosæ crudelitatis pœnas sumeret. Porro Dunaan ipse (hoc enim tyranni nomen erat) civitate ita capta, non animadvertit, se invitum quoque illam ad sempiternam transmittere, sibi ipsi autem cum probro temporaneam hanc adimere vitam, miserandumque in modum se ad perpetua dejicere supplicia. Postquam enim Justinus quæcunque Homerites adversus urbem eam fraudulenter instituisset, et contra sanctos facere perrexisset, intellexit, ob factum id vehementer commotus, et ira percitus est. **741** Illicet ad Elesbaan Æthiopum ducem Christianorum sacra apprime colentem scribit, ad legitimam illum vindictam de perjuro illo et impio æmulatione sancta sumendam concitans : ut apparatu belli omni et expeditione militari, quæ regem deceret, illum quidem contereret, pœnam autem condignam pro cæsis Christi ovibus exigeret. Ille porro sua quoque sponte, pro suo in Christum amore ad id propensus, auxiliis ab imperatore non pœnitendis, ex militaribus quæ in Oriente et Ægypto erant copiis, acceptis, armatura crucis se instructum munit, et adversus Hebræum ducit. Atque terra marique cum exercitu hostem, cujus ditio plurima ex parte maritima erat, adortus, fortiter admodum cum eo signa confert, et virtute majore in prælio victor evadit, hostemque una cum multis aliis genere sibi conjunctis vivum capit, et omnes eos ferro cædit. Et præterea oppidi ejus regione omni expugnata, atque prorsus devastata, gloriam sibi princeps inclytus parit sempiternam. Cæterum cum beatus ille Elesbaan probe sibi conscius esset, belli se socium auxiliatoremque habuisse rerum omnium Deum, cujus ope interne-

Digitized by Google

cione adversarium crucis Judæum concidisset : « Quod quidem, summe imperator, inquit, tibi pro eo atque par est, pro subministrato mihi tanto auxilio reddam, non habeo. Quod vero mihi est regnum (id quod apud omnes habetur charissimum) tua gratia hodie depono. Atque cum hisce verbis purpura diademateque abjecto, sacram ædem ingressus est. Et capite raso, asperoque monachorum pallio sumpto, in angustam quamdam cellam, ita ut per vitam omnem adiri non posset, se abdidit; ibique pane solo et oleribus quibusdam pro cibo usus est : et deinde vita sancte finita, ad felicem et sempiternam transiit mansionem. Verum, ne talia multa mihi recensenti, ad prolixiorem magnitudinem institutum excrescat opus, ad reliquam historiam exponendam revertor.

A τα πάμπολλα ἐκδιηγουμένῳ ἐπιπολὺ μήκους ἐκβαίη μοι τὸ προκείμενον, ἐπὶ τὸ τῆς ἱστορίας αὖθις ἐπάνειμι συνεχές.

742 CAPUT VII.

Ut Justinianus magnus, imperio suscepto, professionem et fidem Chalcedonensem defenderit : Theodora vero conjux ejus, magis ad partes eorum qui unam naturam Christo tribuunt, fuerit inclinata.

Annum octavum, et præterea mensem nonum, diemque tertium in imperio Justinus agebat, in extrema jam constitutus senecta, atque ad rerum publicarum administrationem minime idoneus erat, præterquam quod morbo etiam quodam gravi distinebatur. Justinianum igitur sororis suæ filium, patricium, ducemque summum, imperii socium legit. Justinianus more solemni Augustus declaratus primo Xanthici mensis die, qui Aprilis dicitur, avunculum prima deinceps Loi sive Augusti (tum enim is extremum diem suum obiit) amisit, cum quo menses quatuor imperavit. Integrum autem imperii Justini tempus annorum novem triumque mensium fuit. Justinianus porro ubi imperio toto solus potitus est, synodus Chalcedonensis Justini sanctionibus in omnibus ubique ecclesiis obtinebat, quemadmodum supra a me dictum est. Adhuc tamen in quibusdam provinciis res ecclesiasticæ propter turbas in statu suo non erant. Potissimum vero id mali in urbe imperiali, et Alexandria ipsa obversabatur: ubi etiam non ita libere prorsus jactabatur. In urbe imperante post Epiphanium, qui Ecclesiæ annis sedecim præfuerat, et Joanni ex scholasticis (is autem annum unum episcopatum gessit) successerat, Anthimus Trapezunte translatus, nulla gloria episcopatum administrabat : Alexandriæ vero Dioscori, quem diximus, successor Theodosius, sacra curabat. Uterque vero, et Anthimus et Theodosius, unam naturam in Christo esse, post unionem opinabantur. Verum Justinianus magno animo Chalcedonensem synodum defendebat, sanctionibusque ejus admodum addictus erat. Conjux autem ejus Theodora, eos qui unam profitebantur naturam, idipsum magis veritati consentaneum esse arbitrata, tuebatur. Si quando enim de fide oboritur controversia, non modo parentes a liberis, et contra, sed etiam conjux a marito suo, et vir a conjuge per seditionem dissentit. Justinianus sane et Theodora, nescio quo pacto (fortasse autem ex composito) opiniones diviserant, **743** ita ut ille quidem duas naturas in Christo post unionem profitentes

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὡς ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς τὴν βασιλείαν παραλαβών, τῆς ἐν Χαλκηδόνι ὑπεστήσατο πίστεως· Θεοδώρα δὲ ἡ γαμετὴ τοῖς τὴν μίαν φύσει δοξάζουσι μᾶλλον προσέκειτο.

Ἔτος μὲν ὄγδοον Ἰουστῖνος ἦγεν ἐν τῇ ἀρχῇ πρὸς μησὶν ἐννέα καὶ ἡμέραις τρισίν. Βαθύτατα δὲ ἤδη γηράσκων, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὢν ἔτι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐξαρκεῖν προστασίας, ἄλλως τε καὶ νόσῳ τινὶ χαλεπῇ βαρυνόμενος, Ἰουστινιανὸν τὸν ἀδελφιδοῦν συμβασιλεύειν αἱρεῖται, πατρίκιον ὄντα καὶ ὕπατον καὶ στρατηγόν. Καὶ δὴ ὡς ἔθος τυχὼν ἀναῤῥήσεως τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ μηνὸς ὃς Ἀπρίλλιος κέκληται, τὸν θεῖον ἔτι κατὰ τὴν πρώτην αὖθις τοῦ Λώου εἶπουν Αὐγούστου μηνὸς, τὴν τελείαν ὑπελθόντα ἡμέραν, τέσσαρας μῆνας τούτῳ συμβασιλεύσας· τὰ ὅλα δὲ τῇ αὐτοκρατορικῇ ἀρχῇ ἔτη ἐννέα ἐκεῖνον πρὸς μησὶ τρισὶ διανύσαντα. Ὑποζωσάμενος δὲ τὴν ὅλην ἀρχὴν μόνος Ἰουστινιανὸς, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κελεύσμασιν Ἰουστίνου ἀπανταχοῦ ταῖς ἐκκλησίαις κρατυνομένης, ὥσπερ μοι διηγουμένῳ τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ἐπὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἔν τισιν ἐπαρχίαις ἀνωμάλως εἶχε καὶ περιεδονεῖτο. Μάλιστα δὲ τὸ δεινὸν, ἀνά τε τὴν βασιλεύουσαν καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπεχωρίαζεν, οὐκ ἀδεῶς μέν τοι καὶ ἐν ταύταις περιθρυλλούμενον. Τὴν μὲν οὖν ἐπισκοπὴν τῆς βασιλευούσης μετὰ τὸν Ἐπιφάνιον, ἐπὶ ις' ἔτεσι τῆς Ἐκκλησίας προστάντα, ὃς τὸν ἀπὸ σχολαστικῶν διεδέξατο Ἰωάννην, ἐφ' ἑνὶ ἔτει ἱερατεύσαντα, Ἄνθιμος ὁ ἀπὸ Τραπεζοῦντος μετατεθεὶς, ἀκλεῶς ἐπρυτάνευε· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου μετὰ τὸν εἰρημένον Διόσκορον, Θεοδόσιος ἐξηγεῖτο· ἄμφω δὲ Ἄνθιμός τε καὶ Θεοδόσιος τὴν μίαν φύσιν ἐδοξαζέτην ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς μάλα γενικῶς τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἀντεῖχετο, καὶ τοῖς ἐκτεθειμένοις ταύτῃ λίαν προσέκειτο. Ἡ δὲ γαμετὴ Θεοδώρα τῶν μίαν ὁμολογούντων φύσιν ἀντεποιεῖτο, οἰομένη τοῦτο μᾶλλον ἀληθείας ἐχόμενον. Καὶ γὰρ ὁπηνίκα περὶ πίστεως συμβαίη γίνεσθαι τὴν διαφοράν, οὐ μόνον πατέρες πρὸς παῖδας καὶ ἔμπαλιν, ἀλλὰ καὶ γυνὴ πρὸς τὸν ἴδιον γαμέτην, καὶ ἀνὴρ πρὸς τὴν γαμετὴν διαστασιάζουσιν. Ἰουστινιανὸς δὲ καὶ Θεοδώρα οὐκ οἶδ' ὅπως εἴτε κατ' οἰκονομίαν τὰς δόξας διείλοντο· ὡς ἂν ὁ μὲν τῶν δύο φύσεις λεγόντων ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑπερασπίζοι, ἡ δὲ τῶν μίαν πρεσβευόντων φύσιν. Ὅμως πρὸς ἀλλήλους ἐφαίνοντο

Digitized by Google

μηδαμῶς ἐνδιδόντες, ὁ μὲν τοῖς ἐν Χαλκηδόνι ὁρισθεῖσι γενναίως μάλα προσμένων καὶ τούτων ἀντιποιούμενος, ἡ δὲ τοῖς ἐναντίοις μάλιστα προσκειμένη, τῶν μίαν φύσιν δοξαζόντων πολλὴν πρόνοιαν ἐποιεῖτο, μηδὲ τῶν ἡμεδαπῶν ἀμελοῦσα· τέως γε μὴν ἐκείνους μεγάλοις χρήμασιν ἤγαλλε συναιρομένη τὰ μάλιστα.

A propugnaret, hæc autem unam asserentibus naturam adhæreret. Neque sibi invicem quidquam concedere videbantur : Justinianus scilicet in Chalcedonensibus decretis fortiter admodum persistens, eaque defendens; Theodora vero adversæ maxime parti addicta, quæ eis quæ naturam unam deprædicabant, multam curam præstabat, neque nostrates interim prorsus negligens. Illis vero tum ingentem impendebat pecuniam, eosque quam maxime adjuvabat.

ΚΕΦΑΛ. Ιʹ.

Ὡς μετεκλήθη Σευῆρος αὖθις· καὶ περὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· καὶ ὡς Ἀνθίμῳ τῆς ἰδίας λύμης μετέδωκε· καὶ ὅπως ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἡ τετάρτη σύνοδος ἐκηρύττετο.

CAPUT VIII.

Ut Severus revocatus sit. De epistolis ejus. Et ut Anthimo perniciem corruptelamque suam communicaverit. Et ut in omnibus ecclesiis quarta synodus laudata sit et prædicata.

Ἡ δὴ οὖτως ἔχουσα γνώμης καὶ πολλήν τινα ἐπάγουσα πεῖραν Ἰουστινιανῷ, πείθει μόλις καὶ μετάπεμπτον ἐποίει Σευῆρον κατὰ τὴν Βύζαντος. Ἐμφέρονται τοίνυν αἵ τε Σευήρου εἰσέτι ἐπιστολαὶ πρός τε τὴν βασίλισσαν Θεοδώραν καὶ Ἰουστινιανόν· ἐξ ὧν δείκνυται, ὡς τὰ μὲν πρῶτα τὴν μὲν πρὸς ἐκείνους ὁδὸν ἐν ἀναβολαῖς ἐποιεῖτο· μεθ' ὃ τὸν τῆς Ἀντιόχου καταλέλοιπε θρόνον. Ἀλλ' ὕστερον ἦκε καὶ γέγραφεν ὡς, ἐπεὶ τὴν βασιλίδα καταλάβοι τῶν πόλεων, ἐπίσης φρονοῦντα καὶ Ἄνθιμον εὑρίσκει, καὶ τῆς παραπλησίας ἐκείνῳ εἶναι περὶ τὸ θεῖον νομίσεως· καὶ πείθει κἀκεῖνον τὸν θρόνον ἀπολιπεῖν. Γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Θεοδόσιον τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου· ἐν οἷς καὶ βρενθυόμενος φαίνεται, ὡς πείσειε τὸν εἰρημένον Ἄνθιμον, τὰ τοιαῦτα ἐναγῆ δόγματα τῆς τε προσκαίρου δόξης καὶ τῆς ὑπερτάτης καθέδρας προκρίναι. Ἀλλὰ καὶ Ἀνθίμου ἐπιστολαὶ περὶ τούτων ἐμφέρονται, καὶ Θεοδοσίου αὖθις πρός τε Σευῆρον καὶ Ἄνθιμον ἃς δὴ καὶ παρῆκα, ὡς ἂν μὴ πολύ τι στίφος τῶν τοιούτων τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐπεισκυκλήσω. Ὅμως ὡς μὴ σύμφωνοι βασιλεῖ καθεστῶτες, ἀλλ' ἀπεναντίας τοῖς ἐκείνου ἰόντες κελεύσμασι, καὶ μὴ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀποδεχόμενοι σύνοδον, καὶ ἄμφω Ἄνθιμός τε καὶ Θεοδόσιος τῶν ἰδίων θρόνων ἠλάθησαν. Τὸν μὲν οὖν τῆς Ἀλεξάνδρου Ζοΐλος διαδέχεται· τὸν δὲ τῆς βασιλίδος, Μηνᾶς· καὶ συνέβαινεν ἐν ἁπάσαις δὴ τηνικαῦτα ταῖς ἐκκλησίαις τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον διαρρήδην κηρύττεσθαι, καὶ μηδένα ταύτην τολμᾶν ἀναθέματι περιβάλλειν ἢ διαβάλλειν· τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχοντας, πάντα τρόπον συνελαύνεσθαι· ὥστ' εἰς συγκατάθεσιν ἰέναι καὶ τὰ αὐτῆς ἀναγκάζεσθαι στέργειν. Ἐξήνεγκε δὲ καὶ νόμων Ἰουστινιανός, ἐν ᾧ τόν τε Σευῆρον σὺν ἄλλοις ἀναθεματίζει, καὶ τοὺς ἐκείνῳ προσκειμένους, καὶ τὴν ὀθνείαν δόξαν πρεσβεύοντας, καὶ ὑποτίθησιν ἀγρίαις κολάσεσιν· ὡς ἐντεῦθεν πάντας δέει ἐλαυνομένους, καὶ τὰς ἑκασταχοῦ ἐκκλησίας τὸ ἓν φρονῆσαι· καὶ μηδέν τι τοῦ λοιποῦ σχίσμα ταῖς ἐκκλησίαις ἀπολειφθῆναι, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλους συμβῆναι τοὺς τῆς ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας, καὶ τοὺς κατὰ μέρος ἐπισκόπους τοῖς ἐξάρχοις ἕπεσθαι, καὶ ἀναφανδὸν ἐπὶ πᾶσαν τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, τέσσαρας μόνας

Cujus cum ea esset sententia, sæpius illa Justinianum aggressa, vix tandem ei persuadet, ut Severum Constantinopolim evocet. Circumferuntur hodie quoque Severi ad Theodoram Augustam et Justinianum ipsum epistolæ. ex quibus intelligitur cum initio quidem profectionem ad eos suam, ex quo Antiochenam reliquit sedem, distulisse, postea vero venisse scripsisseque se, cum ad imperantem pervenisset urbem, reperisse, et Anthimum eadem sentire, eamdemque secum de divino numine opinionem illum obtinere : seque illi etiam, ut thronum suum relinqueret, persuasisse. Scribit autem hæc quoque ad Theodosium Alexandriæ episcopum, in quibus litteris gloriari etiam videtur, quod in eam sententiam eum ipsum Anthimum adduxerit, ut ejusmodi detestanda dogmata temporaneæ etiam isti gloriæ supremaque cathedræ præferret. Sed et Anthimi hisce de rebus, atque itidem Theodosii ad Severum et ad Anthimum epistolæ exstant : quas eam ob causam prætermisi, ne ingentem talium scriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimvero quod cum imperatore non consentirent, sed contra illius jussiones venirent, et Chalcedonensem synodum non reciperent, uterque et Anthimus et Theodosius e sedibus suis deturbati sunt. Itaque in Alexandrina Zoilus, in Constantinopolitana autem Menas successit. Accidit tum, ut in ecclesiis omnibus synodus Chalcedonensis clare prædicaretur, et ut nemo illam vel anathemate vel calumnia expetere auderet. Qui vero aliter facerent, omnibus 744 modis adigebantur, ut pedibus in eamdem sententiam irent, in eaque conquiescere cogerentur. Promulgavit quoque constitutionem (1) Justinianus, in qua Severum una cum aliis anathemate ferit : et præterea quicunque illi addicti essent, opinionemque alienam complecterentur. Atque eosdem etiam gravibus pœnis subjicit. Ita factum, ut timore omnes percellerentur, et cunctæ ubique ecclesiæ idem sentirent, neque postea schisma sive dissidium aliquod in ecclesiis reliquum esset : sed ut omnes cujusque diœcesis patriarchæ inter se convenirent, et locorum quorumque episcopi duces suos sequerentur,

(1) Constit. 42. Novell. 1. *Reddentes honorem*, § *Suscipimus autem*. C. De summa Trinitate.

Digitized by Google

propalamque per orbem universum in Ecclesia quatuor tantum synodi celebrarentur : prima, Nicæna trecentorum decem et octo Patrum ; secunda, Constantinopolitana ; tertia, Ephesia prior ; quarta, Chalcedonensis. Coacta vero est quinta quoque Justiniani jussu, de qua loco suo dicemus.

A

CAPUT IX.

De synodis, quæ contra Anthimum, Petrum, Severum et Zooram sunt coactæ. Ut sancta quarta synodus ubique locorum sit comprobata. De Agapeto, Agathone et Joanne, Romanis episcopis, ut'i Byzantium venerint.

Illud notare convenit, cum quem diximus Anthimum Epiphanii successorem, verbo quidem sanctam quartam synodum recepisse, revera autem abominatum esse atque damnasse. Et cum comprobare eam, atque anathemate eos jugulare, quos illa rejiceret, adigeretur, et id ipsum facere differret, alias ex aliis causas moræ confingens : interea accidit, ut Agapetus, veteris Romæ hierarcha, Constantinopolim veniret (1). Qui cum de Anthimi rebus inquireret ; multosque ab archimandritis ejus urbis, et ab aliis libellos oblatos accipere : illi ne in conspectum quidem admisso episcopatum abrogavit. Cujus calculum monasteria etiam Palæstinæ, et Petrus Hierosolymitanus autistes, nec non reliqui ecclesiarum præfecti comprobarunt. Hunc Anthimum post Agapeti obitum synodus Constantinopoli coacta, **745** atque ipse etiam Agathon, Agapeti in Ecclesia Romana successor, adhuc superstes, cohortati sunt, ut pœnitentiæ libellum exhiberet, eaque quæ in illum dicta essent, falsa esse probaret, atque ita ad priorem episcopatum suum Trapezuntem rediret. Porro cum ille latitaret, et synodus iterum atque tertio illum comparere, et causam dicere, objectaque sibi crimina confutare, et priorem sedem Trapezunte recipere propalam juberet, atque ipse propter timorem se occultans, copiam sui non faceret, synodus sententia contra illum publicata, dignitate sacerdotali omni eum privavit. Post Anthimum autem Menas ad thronum episcopalem ascendit, sicuti dictum est : cui Agathon papa, quod antea nunquam factum est, manus imposuit. Cum Agathon (2) adhuc in rebus humanis esset, altera Constantinopoli provincialis synodus coacta est : cui Agathon et Menas præfuit. In hac Severi Antiochiæ, et Petri Apameæ Syriæ episcoporum, nec non Zooræ, monachi Syri res in quæstionem deductæ sunt. Adversus quos Palæstinæ, urbis Constantinopolitanæ, et secundæ provinciæ Syriæ monasteria libellos obtulerunt (3). Sedenim posteaquam deprehensi sunt rebus illicitis involuti esse, et quod maximum est, Chalcedonensem synodum anathemate configere, præterea anabaptismos aliaque nefandæ obscenitatis plena facinora

B

C

D

(1) Apud imperatorem Justinianum Theodorici sive Theuderici legatus fuit.

συνόδους κηρύττεσθαι· πρώτην, τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ· δευτέραν, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· τρίτην, τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον· καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι τετάρτην. Γέγονε δὲ καὶ πέμπτη Ἰουστινιανοῦ βασιλέως θεσπίσματι, περὶ ἧς τῷ προσήκοντι καιρῷ διαλήψομαι.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῶν γεγενημένων συνόδων κατὰ Ἀνθίμου, Πέτρου, Σευήρου καὶ Ζώρα, καὶ ὡς ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος ἁπανταχοῦ ἐκυρώθη, καὶ περὶ τῶν Ῥώμης ἐπισκόπων, Ἀγαπητοῦ, Ἀγάθωνος καὶ Ἰωάννου, ὅπως ἐς Βυζάντιον ἦκον.

Εἰδέναι μέντοι χρεών, ὡς τὸν εἰρημένον Ἄνθιμον μετὰ τὸν Ἐπιφάνιον γεγονότα, καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ τὴν ἁγίαν τετάρτην σύνοδον προσιέμενον, ταῖς δὲ ἀληθείαις βδελυσσόμενον καὶ ἀποκηρύσσοντα· ἐπεὶ ἀναδέξασθαι ταύτην ἠνάγκαστο, καὶ ἀναθέματι καθυποβάλλειν οὓς ἐκείνη ἀπώσατο, διατρίβων δὲ ἦν ἄλλας ἐπ' ἄλλαις αἰτίαις συμπλάττων· συνέβη δὲ Ἀγαπητὸν τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἱεράρχην, ἐπιδημῆσαι τῇ Κωνσταντίνου· ὃς Ἄνθιμον ἀναψηλαφήσας, πολλῶν ἐπιδεδομένων λιβέλλων, παρά τε τῶν τῆς πόλεως ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἑτέρων, μηδὲ θέας ἐκείνου καταξιώσας, καθεῖλεν· οὗ τὴν ψῆφον καὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ ἔστερξαν μοναστήρια, καὶ Πέτρος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες· ὃν δὴ Ἄνθιμον μετὰ τὴν Ἀγαπητοῦ ἀποβίωσιν, ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἡ σύνοδος, ἀλλὰ μὲν καὶ Ἀγάθων ὁ μετ' ἐκεῖνον τῆς Ῥωμαίων ἡγησάμενος Ἐκκλησίας ἔτι ζῶν, μετανοίας βιβλίον ἐπιδοῦναι παρηγγύων, ἢ μὴν τὰ κατ' ἐκείνου εἰρημένα ψευδῆ διελέγχειν, καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπισκοπὴν τῶν Τραπεζουντίων χωρεῖν. Ἐκείνου δὲ κρυπτομένου, ἡ σύνοδος καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐπεκήρυττε φανῆναι τὸν Ἄνθιμον καὶ ἀπολογεῖσθαι· καὶ τὰ ἐν μέσῳ προσιστάμενα λύοντα, τὸν πρότερον τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον λαμβάνειν Τραπεζουντίων. Ἐπεὶ δὲ δέει κρυπτόμενος ἀφανὴς ἦν, τὴν κατ' ἐκείνου ἀπόφασιν ἡ σύνοδος ἐξενεγκοῦσα, πάσης ἱερωσύνης ἀπήλασε. Μετὰ δὲ Ἄνθιμον Μηνᾶς τὸν θρόνον κατέσχεν, ὡς εἴρηται, Ἀγάθωνος τοῦ πάππα τὰς χεῖρας ἐπιθέντος αὐτῷ· ὃ μή ποτε γέγονεν. Ἔτι δὲ Ἀγάθωνος περιόντος, καὶ σύνοδος ἑτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀθροίζεται τοπική, ἡγουμένου Ἀγάθωνος καὶ Μηνᾶ· ἐν ᾗ δὴ τὰ κατὰ Σεῦηρον τὸν Ἀντιοχείας καὶ Πέτρον τὸν Ἀπαμείας τῆς Συρίας, καὶ Ζώραν μοναχὸν τὸν Σύρον ἀνεκινήθη· τῶν κατὰ Παλαιστίνην καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναστηρίων καὶ τῆς δευτέρας Συριακῆς ἐπαρχίας τοὺς κατ' αὐτῶν λιβέλλους ἐπιδεδωκότων. Καὶ ἐπεὶ ἐφωράθησαν ἀθέσμοις ἐνειλημμένοι πράγμασι, καὶ τὸ μέγιστον τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀναθεματίζοντες σύνοδον, ἀναβαπτισμούς τε καὶ ἕτερα ἀῤῥητουργίας μεστὰ διαπεπραγμένοι, καὶ τὴν μίαν φύσιν μάλα πρεσβεύοντες, αὐτοί τε καὶ ὅσοι τοῦ ἴσου ἐκείνοις ἦσαν

(2) Hunc Latini Bonifacium nominare videntur.
(3) Constit. 42, Novell.

Digitized by Google

φρονήματος, ἐξώσθησάν τε καὶ ἀπερρίφησαν· νόμου δοθέντος, μηδὲ τὰ Σευήρῳ γεγραμμένα ποσῶς ἐμφανίζεσθαι· ὅπου δ' ἂν εὑρίσκοιτο, πυρὶ δίδοσθαι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἐς κεφαλὴν τιμωρεῖσθαι τὸν παραφυλάττειν αἱρούμενον. Τοῦτο δὲ καὶ Ὁρμίσδας ὁ πρὸ Ἀγαπητοῦ καὶ Ἀγάθωνος σύνοδον ἐν Ῥώμῃ ποιήσας ἀπέφηνεν· οὗ καὶ ἐπιστολαὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐμφέρονται. Πρὸς τούτοις ἡ σύνοδος καὶ τὰς ἁγίας τέσσαρας οἰκουμενικὰς συνόδους θεσπίζει ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κηρύττεσθαι· τόν τε θεῖον Λέοντα, καὶ τὸν ἐκείνου τόμον, ἔτι δὲ καὶ Εὐφήμιον καὶ Μακεδόνιον τοὺς τῆς Κωνσταντίνου ἀρχιερεῖς καὶ Φλαβιανὸν τὸν τῆς Ἀντιόχου, ἐπανόδου τυχεῖν, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δέλτων εὐμοιρῆσαι ἀναγραφῆς, ὡς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένους· πάντων τῶν κατ' ἐκείνων γενομένων ἀφανείᾳ παραδιδομένων· ἃ καὶ οἱ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν ἔφοροι ἔστερξάν τε καὶ ἐβεβαίωσαν. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν βασιλέως πόλιν γενόμενα, κατά τε Ἀνθίμου, Σευήρου, Πέτρου καὶ Ζωόρα πρὸ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ὧδε ἐγένετο. Εὐφημίου δὲ πρότερον τὴν ἱερατείαν διέποντος, καὶ Ἰωάννης ὁ πάππας τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημεῖ, Θευδερίχου τοῦ τῆς Ῥώμης κατάρχοντος, πρέσβυν ἐς Ἰουστῖνον τὸν ἱερέα πέμψαντος. Τῆς γὰρ Ἀρειανῶν θρησκείας ἀντιποιούμενος, πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῶν ἐποίει, ὥστε μὴ βιάζεσθαι τῆς σφῶν δόξης ἀφίστασθαι· ἠπείλει γὰρ ἢν μὴ τοῦτο δρᾷν ἕλοιτο Ἰουστῖνος, ἐπίσης καὶ αὐτὸν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὴν ἐν Νικαίᾳ θρησκεύουσι σύνοδον πράττειν. Προτραπεὶς δὲ Ἰωάννης ἐπ' ἴσῳ θρόνῳ, συνεδριάσαι τῷ τῆς Κωνσταντίνου προέδρῳ, οὐ πρότερον ἠνέσχετο τὸ πρεσβεῖον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου παραλιπεῖν, ἕως οὗ τοῦ Εὐφημίου προὐκαθίσε· καὶ πᾶσι μὲν ὁ Ἰωάννης τῆς κοινωνίας μετέδωκε· μόνῃ δὲ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου Τιμοθέῳ οὐκ εἴλετο κοινωνεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς.

A peragere, et naturam in Christo unam docere, et ipsi et quicunque cum eis in eadem erant sententia explosi sunt atque rejecti. Lata quoque lex, Severi scripta conservari non debere : atque sicubi reperirentur, ut igni comburerentur : sin minus, ut capitis supplicio in eum animadverteretur, qui scripta talia sibi servanda esse statuisset. Hoc idem Ormisdas quoque, qui ante Agapetum et Agathonem episcopatum gessit, celebrata Romæ synodo decrevit : cujus etiam epistolæ in acta relatæ circumferuntur. Ad hæc synodus sanxit, ut sancta quatuor œcumenica concilia, et divus Leo ejusdemque tomus per universum orbem prædicarentur : insuper ut Euphemius et Macedonius Constantinopolitani, et Flavianus Antiochenus, B **746** episcopi, in integrum restituerentur, atque in sacrarum tabularum album referrentur : quippe qui egregie pro veritate decertassent, rebus omnibus, quæ adversus illos cœptæ actæque essent, abolendis. Quæ aliarum quoque provinciarum atque ecclesiarum præsides approbantes confirmarunt. Atque equidem quæ in urbe imperante adversus Anthimum, Severum, Petrum et Zooram, ante sanctam magnam universalem quintam synodum gesta sunt, sic habent. Porro cum episcopatum Epiphanius superioribus temporibus gereret, Joannes quoque Papa Constantinopolim venit, cum Theuderichus (1) Roma urbe potitus, legatum ad Justinum misisset. Arianam namque is religionem defendens, legationem pro Arianis misit, ut ne C desciscere ab opinione sua cogerentur : et legationi minas addidit : quod si Justinus id facere nollet, se itidem per Italiam in Nicænæ synodi cultores sæviturum esse. Ibi Joannes (2) ad parem invitatus sessionem, ut scilicet Constantinopolitano antistiti assideret, non prius apostolicæ sedis prærogativam deserere sustinuit, quam supra Euphemium in throno collocaretur. Idem Joannes alios omnes, præterquam Timotheum (3) Alexandrinum, ad communionem admisit. Hæc sic habuere.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῶν συγγραμμάτων Προκοπίου τοῦ Καισαρέως, ὅσα περὶ τῆς Περσικῆς ἱστορεῖ μάχης· καὶ περὶ τῆς Νίκα λεγομένης τῷ δήμῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως στάσεως.

Οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν εἴη καὶ ἃ ἕτερα λόγου ἄξια Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ διεπράχθη, καὶ οὐκ ἄμοιρα D πάντη ἐκκλησιαστικῆς ἐνεργείας, τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ διαλαβεῖν, καὶ ὡς ἐνὸν συνυφᾶναι. Ἃ δὴ Προκοπίῳ τῷ Καισαρεῖ κομψῶς μάλα καὶ λογίως ἐγράφη ἐν ταῖς κατ' αὐτὸν ἱστορικαῖς συγγραφαῖς. Τέσσαρα δ' αὐτῷ βιβλία ἀρχαιότητι φράσεως ἐχόμενα συνετέθη· ὧν τὸ μὲν ὠνόμασε Περσικά· ἐν τμήμασι δὲ τέσσαρσι διαιρεῖται τὸ σύγγραμμα· τὸ δὲ Γοτθικά· ἐπίσης καὶ αὐτὸ διαιρούμενον. Ταῦτα δὲ ἅπερ αὐτὸς Ἰουστινιανὸς πολέμια ἔργα ἁπανταχοῦ τῆς Ῥω-

CAPUT X.

De historiis Procopii Cæsariensis. Quæ de Persica pugna is scribat. De seditione et tumultu populari Constantinopoli moto : quæ seditio Nika, hoc est, Vince, *dicta est.*

Non intempestivum vero fuerit, reliquas etiam Justiniani imperatoris res gestas memoratu dignas, neque prorsus ab ecclesiasticis rebus abhorrentes, in historia ista recensere, et quoad ejus fieri potest contexere : quæ a Procopio Cæsariensi eleganter admodum et docte in temporum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit: **747** quorum unum Persica nominavit, in quatuor partes divisum opus; secundum pari divisione, Gothica : quæ scripta bella ab ipso Justiniano et

(1) Alii hunc etiam *Theodotum* dicunt.

(2) Joannis papæ collegæ in legatione ista fuere Agapitus et Patricius coss. Theodorus et Importunus. Sed a Justino episcoporum hæreticorum restitutio denegata est. (Blond.) — Joannem et reliquos legatos Theudericus Ravennæ post reditum in carcere fame occidit. (Idem.) — Deinde 28 die Theuderieus profluvio ventris diem suum obiit. (Idem.)

(3) Forte legendum *Theodosium*.

Digitized by Google

Belisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertium ædificia inscripsit, magnifice admodum commemorans, quæ opera Justinianus construxerit; templa scilicet, regias domos, oppida et urbes, pontes, atque alia ad publicum usum spectantia. Quartum opus, retractatio est earum orationum, quas apud Justinianum laudibus eum vehens habuit, quasi quædam palinodia seu recantatio minus recte ab eo dictorum. Belisarii res describens, cujus comes in expeditione bellica illi subserviens fuit, primum commemorat, quomodo Cabades Persarum rex, Chosroæ filiorum suorum natu minimo regnum relinquere volens, in adoptionem eum Romanorum imperatori dare statuerit, quo juveni certius firmiusque regnum esset. Quod ubi illi non successit, Proclo impediente, qui apud Justinianum quæstoris dignitatem gerebat, inimicitias graviores contra Romanos suscepit. Et bellum Procopius inter Romanos, Belisario duce et Persas gestum, elegantia mira optime exsequitur. Primum, ut Belissarius una cum Hermogene exercitus ductore, Persas ad Daras et Nisibim vicerit scribit. Ei victoriæ eorumdum tropæa in Armenia erecta attexit. Item Alamundari Scenitarum (1) barbarorum ducis, bello adversus Romanos ab eo moto, res gestas. Qui Timostratum Rufini fratrem una cum plurimis aliis comitibus ejus captum, postea ingenti pecunia redemptum, reddidit. Perquam miserabiliter autem memorat ipsius Alamundari et Azarethi adversus Romanorum imperium expeditiones: quemadmodum copiis eorum militaribus, per vim in regionem suam redire contendentibus, in Euphratis ripa Belissarius occurrerit, atque cum eis prælium commiserit. Et quomodo Belisarii milites, quod consilio ejus parere noluerint, Paschalium feriarum diebus instantibus, sint concisi. Quomodo denique Rufinus et Hermogenes perpetuam, quæ dicitur, pacem cum Persis fecerint. **748** Deinde seditionem popularem Byzantii ortam subjungit, quæ cognomen sortita est *Nika*, *Vince:* quod tessseram eam in ipso conflictu perduelles habuerint, ut eo signo se earumdem partium sectatores cognoscerent. Quo tempore Hypatius et Pompeius, Anastasium genere contingentes, populo cogente, tyrannidem affectarunt. Sed ii postea plebe, Narsæ et Belisarii ductu, victa, Justiniani jussione capita amiserunt. In eo tumultu Procopius triginta millia hominum ex plebe concidisse dicit. Per quos, addit, odio Justiniani incensum esse vetus Sapientiæ Dei templum, quod longiusculum fuit. Id Constantius olim funditus a Constantino constructum, et a se absolutum, Deo sacraverat. Quapropter illis tantam impietatem patrare ausis, permissione, ut opinor, Dei, quale id deinceps futurum esset scientis, Ju-

μαίων κατώρθωσε γῆς καὶ Βελισσάριος, ἀναγράφουσι· τὸ δὲ κτίσματα προσεπέγραψεν· ὅσα δῆτα Ἰουστινιανὸς ᾠκοδόμησε, μάλα γενναίως ἐκφράζων· νεώς τε καὶ βασιλείους οἴκους, ἄστεά τε καὶ πόλεις, γεφύρας τε καὶ ἄλλα ἐς κοινὴν χρῆσιν ἐξευρημένα. Τὸ δὲ τέταρτον ἀντίῤῥησίς ἐστιν, ὧν πρὸς Ἰουστινιανὸν εἴρηκε δι' ἐπαίνου ποιῶν, καὶ ὡς ἄν τις παλινῳδίαν τῶν αὐτῷ μὴ καλῶς εἰρημένων. Γράφει τοίνυν τὰ κατὰ Βελισσάριον, ᾧ καὶ παρείπετο κἀν τοῖς πολέμοις διακονούμενος· καὶ πρῶτα μὲν διηγεῖται, ὡς Καβάδῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ Χοσρόης τῷ τῶν ἄλλων αὐτοῦ υἱέων νεωτέρῳ ὄντι περιθεῖναι τὴν ἀρχὴν βουληθεὶς, ἐς θετὸν υἱὸν τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ ἐκεῖνον γενέσθαι διενοεῖτο, ὡς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ αὐτῷ ἡ ἀρχὴ διαγένοιτο. Ὡς δὲ τοῦ σκοποῦ διημάρτανε, Πρόκλου κωλύοντος, ὃς διὰ τιμῆς ὢν Ἰουστινιανῷ Κοιαίστωρος ἐτιμᾶτο ἀξίᾳ, ἐς μεῖζον τὴν ἔχθραν κατὰ Ῥωμαίων ἠρέθισε· καὶ τὸν μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πόλεμον ὑπὸ Βελισσαρίῳ στρατηγῷ ἄριστα καὶ κεκομψευμένως διέξεισι· καὶ πρῶτον νικῆσαί φησι Πέρσας, περί τε τὸ Δάρας ἄστυ τε καὶ τὴν Νίσιβιν, σὺν Ἑρμογένει διακοσμοῦντι τὸ στράτευμα. Οἷς συνυφαίνει καὶ τὰ ἐπ' Ἀρμενίᾳ τούτοις γενόμενα τρόπαια· ὅσα τε Ἀλαμούνδαρος τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων ἡγούμενος, Ῥωμαίοις ἐπελθὼν ἔπραττε· Τιμόστρατον ζωγρήσας τὸν ἀδελφὸν Ῥουφίνου, σὺν ἑτέροις πλείστοις τῶν ἑπομένων· καὶ ἐς ὕστερον χρήμασι μεγάλοις ἀπέδοτο. Λίαν δὲ περιπαθῶς ἀναγράφει τοῦ αὐτοῦ Ἀλαμουνδάρου καὶ Ἀζαρέθου τὴν κατὰ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἔφοδον· ὅπως πρὸς βίαν τῶν ὑπ' ἐκεῖνον στρατιωτῶν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανερχομένων, ἐπὶ ταῖς τοῦ Εὐφράτου προσβαλὼν ὄχθαις ὁ Βελισσάριος συνερράγη· καὶ μὴ πρυσμείναντες τῇ Βελισσαρίου βουλῇ οἱ περὶ αὐτὸν διεφθάρησαν, ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἐνισταμένων. Καὶ ὡς Ῥουφῖνος καὶ Ἑρμογένης τὴν καλουμένην ἀπέραντον πρὸς Πέρσας εἰρήνην ἔπραττον· καὶ μετὰ τοῦτο, τὴν ἐν Βυζαντίῳ γενομένην στάσιν τῶν δήμων ἢ ἐπίκλησιν ἔσχε τὸ *Νίκα*· σύνθημα δεδεικότων τῶν πολεμίων τοῦτο τῇ συμπλοκῇ, ὥστ' ἐντεῦθεν τὸν σύμμαχον τὴν ἐς ἀλλήλους γνῶσιν ποριζεσθαι· ὁπηνίκα Ὑπάτιος καὶ Πομπήϊος πρὸς γένος βατιλεῖ Ἀναστασίῳ προσήκοντες, βιασαμένων τῶν δήμων, εἰς τυραννίδα ἤρθησαν· οἱ τῶν δήμων ὕστερον ἡσσηθέντων Ναρσοῦ καὶ Βελισσαρίου ταῖς στρατηγίαις, καὶ οὗτοι τὰς κεφαλὰς ἀπέθεντο κελεύοντος Ἰουστινιανοῦ. Λέγει δ' οὖν ὁ Προκόπιος τῷ τηνικαῦτα πόνῳ, τριάκοντα χιλιάδας τοῦ δήμου πεσεῖν. Τούτους φησὶ μίσει τῷ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐμπρῆσαι καὶ τὸ πρὶν τέμενος τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐπίμηκες, ὃν ὁ Κωνσταντῖνος πάλαι ἐκ βάθρων ἐγείρας, ἀνετίθει Θεῷ· διὸ τοῦ Θεοῦ παραχωροῦντος ἐκείνοις διαπράξασθαι τὸ ἀσέβημα, ἅτε οἶμαι εἰδότος οἷον ἔσεσθαι ἔμελλεν, Ἰουστινιανὸς μετὰ τὴν νίκην τὸ μὲν εἰς ἄμυναν ἐκείνοις, τὸ δὲ δι' ἐκείνους

(1) Ultra Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens, et odoriferam illam ac divitem, et Beatæ cognomine inclytam. Hæc Catabanum et Esbonitarum et Scenitarum Arabum vocatur, sterilis, præterquam ubi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. (Plin. lib. v, cap. 11.)

Digitized by Google

ἀ'ριον πεσόντας Θεὸν ἱλεούμενος, ἐς οἷον νῦν ὁρᾶται προήγαγεν ἐξ αὐτῶν ἐγείρας κρηπίδων.

A stinianus post victoriam, partim ut illos ulcisceretur, partim ut de eorum coacervata cæde Deum placaret, templum id ab ipsis fundamentis excitatum, ad eam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Τὰ κατὰ Βανδίλους· καὶ περὶ Ὀνωρίχου καὶ τῶν τότε μαρτυρησάντων· καὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου ὅσα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπραξεν.

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, τῆς μὲν Ῥώμης ἡγεῖτο Βιγίλιος διαδεξάμενος τὸν Σιλβέριον, ὃς τὸν Ἀγάθωνα. Τὴν δὲ Κωνσταντίνου διεῖπεν Εὐτύχιος διαδεξάμενος κατὰ τὴν σύνοδον τὸν Μηνᾶν, ὃς Ἀνθιμον· Ἐπιφάνιος δ' ἐκείνου προῆν. Ἐπὶ δὲ τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου θρόνον μετὰ Θεοδόσιον ἐκβληθέντα, ὡς εἴρηται, ἔτι περιῆν ὁ Ζωΐλος· οὗ μετὰ μικρὸν τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προστεθέντος, Ἀπολιναρίου τὴν καθέδραν ἐλάμβανεν· ἀνὰ δὲ τὴν Ἀντιόχου μετὰ Ἐφραίμιον Δομνῖνος ἀνῄει τὸν θρόνον. Ἐν δὲ Ἱεροσολύμοις μετὰ Μαρτύριον, καὶ Σαλούστιον, καὶ Ἡλίαν τὸν περιώνυμον, Ἰωάννης διεῖπε τὸν θρόνον· μεθ' ὃν Πέτρος ὁ θαυμαστὸς, καὶ αὖ μετὰ τοῦτον Μακάριος, μήπω βασιλέως προσηκαμένου τὴν προεδρίαν· διὸ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐλάθη καθέδρας· ἐλέγετο γὰρ εἴπερ τις τὰ Ὠριγένους δόγματα μάλα προσεβεύειν. Οὗ ἐξεληλαμένου, Εὐστόχιος ἐπὶ τὴν ἱερὰν καθέδραν ἀνῄγετο. Εἰδέναι μέντοι χρεών, ὡς ὁ πάππας Βιγίλιος τῆς Ῥώμης ὑπὸ Γότθων αὖθις ἁλούσης, φεύγων τὴν Κωνσταντίνου κατέλαβε. Λαμπρᾶς δ' ὑπὸ βασιλέως τυχὼν τῆς εἰσόδου, ἐνοῦν ὑπισχνεῖτο τὴν Ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ τὰ προϊστάμενα τῇ πίστει τρία κεφάλαια ποιῆσαι ὑπὸ ἀνάθεμα· ἐς τοσοῦτον δ' ἐπήρθη φρονήματος, ὡς καὶ

Eo tempore Romæ Ecclesiam regebat Vigilius, post Sylverium (2), qui Agathoni successerat, episcopus creatus. Constantinopoli vero synodi tempore Menæ successit Eutychius. Menam porro Anthimus, hunc autem Epiphanius præcesserat. Alexandriæ post Theodosium, throno, sicuti dictum est, dejectum, Zoilus episcopus subrogatus, superstes adhuc erat. Atque ubi is paulo post decessoribus suis est aggregatus, Apollinaris cathedram ejus accepit. Apud Antiochenos in locum Ephræmii Domninus substitutus est, Hierosolymis autem post Martyrium, et Salustium, et Heliam celeberrimum, Joannes episcopatum administravit. Post hunc rursum Petrus ille admirandus, et post Petrum Macarius, cum imperator nondum episcopatum ejus comprobasset. Quapropter etiam ecclesiastica deturbatus est cathedra. Dicebatur enim, quantum alius nemo, Origenis dogmata vulgare. Hoc vero repudiato, Eustochius in sacram sedem conscendit. Illud non prætereundum, Roma a Gothis iterum capta, **774** Vigilium (3) profugientem Constantinopolim venisse: ubi cum ab imperatore magnifice esset acceptus, ad unionem se Ecclesiam reducturum esse, ita ut tria quoque fidei

(1) Apud Ficos ut patricidam in crucem egit. (Evagr.)

(2) Silverius papa, Theodoræ Augustæ jussu, quod Anthimum Constantinopolitanum episcopum hæresis damnatum restituere noluerit, in Pontiam insulam relegatus, ibi oppetiit mortem. (Diac.)

(3) Vigilius ob eamdem, quam decessor ejus Sylverius, causam, indignatione Augustæ Constantinopolim ductus, indeque in exsilium actus est. (Diac.)

Digitized by Google

adversantia capitula anathemate jugularet, pollicitus est. Eo vero insolentiæ progressus est, ut et Menam a communione quatuor mensibus excluserit. Idem sane et Menas adversus illum fecit. Sed enim Justinianus rebus hujusmodi ad iram commotus, qui eum comprehenderent misit. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergii martyris aram confugit: et sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus cessit, quam illas evertit. Erat namque magnus, et corporis statu vastus. Postea vero cum ejus rei Justinianum pœniteret, partibus suis interponente imperatrice Theodora, Vigilium suscepit: atque ille rursum Menam ad communionem admisit. Quo tempore encænia vicesimo nono Junii die templi sanctorum Apostolorum sunt celebrata, et sacræ apostolorum reliquiæ in curru aureo a Mena circumvectæ. Hoc ipso anno Menas decessit, et Eutychius, sicuti diximus, thronum ejus recepit, qui monachus et presbyter, necnon antistitis Amaseni responsorum dandorum minister fuit.

A Μηνᾶν ἀκοινωνησίᾳ δοῦναι τεττάρων μηνῶν ἐπίσης δὲ καὶ Μηνᾶς ἐκείνῳ ἐποίει. Περιοργὴς δὲ τοῖς τοιούτοις γενόμενος Ἰουστινιανὸς, ἔπεμπε συλλαβέσθαι αὐτόν· ὁ δὲ δείσας, ὑπὸ τὸ Σεργίου τοῦ μάρτυρος θυσιαστήριον ἀπεδίδρασκε· καὶ τοῖς ἱεροῖς καλάμοις περιπλακείς, οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἑλκόμενος ἔξεισιν, ἕως οὗ ἐκείνους κατέστρεψεν· ἦν γὰρ μέγας καὶ ὑπερπληθὴς τὴν πλάσιν τοῦ σώματος. Ἐς ὕστερον δὲ μεταμέλῳ χρησάμενος Ἰουστινιανὸς, μέσης οἱ γενομένης τῆς βασιλίδος Θεοδώρας, δέχεται τὸν Βιγίλιον· ὁ δὲ αὖθις προΐσταται τὸν Μηνᾶν· ὁπηνίκα καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῦ νεὼ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐγένετο τῇ εἰκοστῇ ἑνάτῃ Ἰουνίου μηνὸς, ἐν ὀχήματι χρυσῷ Μηνᾶ τὰ θεῖα τῶν ἀποστόλων λείψανα περιαγαγόντος. Τῷ δ' αὐτῷ B ἔτει Μηνᾶς μὲν τὸν βίον λιπὼν μετεχώρει· Εὐτύχιος δ', ὡς εἴρηται, ἀντ' αὐτοῦ τὸν θρόνον ἀνέβαινε, μοναχὸς ὢν καὶ πρεσβύτερος καὶ τοῖς λόγοις τοῦ Ἀμασείας διακονούμενος.

CAPUT XXVII.

De sancta magna quinta universali synodo.

Itaque episcopatum veteris Romæ administrante Vigilio, movæ autem primum Mena, deinde Eutychio; Alexandriæ, Apollinari, Antiochiæ Domnino, Hierosolymorum autem Eustochio: cum eis etiam adesset Gregorius Agrigentinus, vir vitæ sanctitate, eloquentia, et veritatis doctrina omnibus prope C superior: imperator Justinianus sanctam quintam œcumenicam synodum, episcopis ecclesiarum omnium evocatis, coegit, ejusmodi ob causam. Eustochius Hierosolymorum episcopus, cum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, **775** florerent, potissimumque ibi ea secta in nova quæ dicebatur Laura, obtineret, magno studio ut eos inde abigeret, egit. Proinde ea ipsa quam dixi, nova mandra occupata, illos veluti communia et profana piacula ecclesia exegit. Illi autem undequaque dispersi, multos ad partes suas pertractos, ut auxilium eis ferrent rogarunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maxime vero eos defendit Theodorus cognomento Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus, idemque Justiniani imperatoris assessor, consiliarius gratus illi et fidus maxime visus: quippe qui ob res dextre ex sententia principis agendas ei placeret. Hic ubi, quantum potuit, aulam imperialem commovit, impietatemque quæ nefanda omnia flagitia excelleret, Eustochii rem in Palæstina actam, vocavit, in urbem imperantem cum Eustochio præcipue evocantur Rufus magni Theodosii, et Conon magni Sabbæ mansionis præfectus, eremi uterque dux, cum monasteriorum quibus præibant causa, tum propter virtutem suam maxime. Venere cum illis alii quoque, non multum eis gloria cedentes. Postquam Patres ibi in loco uno convenere, causam in primis Origenis, Didymi et Evagrii, in medium protulere:

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης πέμπτης οἰκουμενικῆς συνόδου.

Καὶ τοίνυν τῆς μὲν πρεσβυτέρας Ῥώμης τὸν θρόνον πρυτανεύοντος Βιγιλλίου τῆς δὲ νεωτέρας· τὰ μὲν πρῶτα Μηνᾶ, ἔπειτα δὲ Εὐτυχίου· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου Ἀπολλιναρίου· Δομνίνου δὲ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ τῆς Ἱεροσολύμων Εὐστοχίου· συνόντος τούτοις καὶ Γρηγορίου τοῦ Ἀκραγαντίνου, ἀνδρὸς βίῳ καὶ λόγῳ καὶ δόγμασιν ἀληθείας πάντας σχεδὸν ὑπερλάμποντος· ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὴν ἁγίαν πέμπτην οἰκουμενικὴν ἤθροισε σύνοδον, τοὺς ἁπανταχοῦ ἡγεμόνας μεταστειλάμενος τῶν ἐκκλησιῶν, τοιᾶσδε ἡγησαμένης αἰτίας. Ὁ Ἱεροσολύμων Εὐστόχιος, τῶν τὰ Ὠριγένους φρονούντων ἐν Παλαιστίνῃ πολλῶν ἀκμαζόντων, ἐπὶ μᾶλλον δὲ κατακρατούντων ἐν τῇ ἐκεῖσε νέᾳ καλουμένῃ Λαύρᾳ σπουδὴν ἐποιεῖτο ἀπελαύνειν τούτους ἐκεῖθεν· καὶ δὴ τὴν εἰρημένην νέαν καταλαβὼν μάνδραν, ἐξώθει ὥσπερ ἄγη τῆς ἐκκλησίας κοινά. Οἱ δ' ἁπανταχοῦ σποράδες γενόμενοι, πολλοὺς προσεταιριζόμενοι, ἀρήγειν σφίσιν ἐδέοντο· καὶ πολλοὶ μὲν οἱ συμμαχοῦντες ἦσαν ἐκείνοις· μάλιστα δὲ τούτων ὑπερήσπιζε Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην D Ἀσκιδᾶς, ἐπίσκοπος μὲν τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ προκαθημένης πόλεως Καισαρείας καθεστηκώς, Ἰουστινιανῷ δὲ βασιλεῖ πάρεδρος, φίλος τέ οἱ δοκῶν καὶ πιστότατος, καὶ ἐπιτηδείως ἔχων τὰ θυμήρη πράττειν ἐκείνῳ. Δονοῦντος οὖν ἐκείνου ὡς ἐνὸν τὰ ἀνάκτορα, ἀσέβειαν καὶ ἀθεμιτουργίας ἁπάσης ἐπέκεινα καλοῦντος τὰ Εὐστοχίῳ κατὰ τὴν Παλαιστίνην γενόμενα, ἀνὰ τὴν βασιλέως στέλλονται πόλιν Ῥοῦφος ἡγούμενος τῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου μονῆς, καὶ Κόνων τῆς τοῦ μεγάλου Σάββα προεστηκώς· ἀρχηγὼ καὶ ἄμφω τῆς ἐρήμου ἔκ τε τῶν φροντιστηρίων ὧν ἡγοῦντο, καὶ τῆς οἰκείας μάλιστα ἀρετῆς. Καὶ ἄλλοι δὲ σὺν αὐτοῖς ἦκον, οὐ παραπολὺ τῆς δόξης λειπόμενοι· οἳ δὴ κατὰ ταυτὸν γενόμενοι, τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην, Δίδυμόν τε καὶ

Digitized by Google

Εὐάγριον, ἐν πρώτοις ἐκίνουν· ὡς ἄρα εἶεν Ἑλλήνων δόξας τοῖς ὀρθοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασι παρασπείραντες, καὶ δέον ἐκ μέσου τούτους γενέσθαι. Ὁ δὲ Ἀσκιδᾶς μεθέλκων ἑτέρωθι, τὰ κατὰ τὸν Μοψουεστίας ἐπῆγε Θεόδωρον, τά τε κατὰ Θεοδώρητον καὶ Ἴβαν τὸν Ἐδέσσης ἐπίσκοπον· Θεοῦ τὰ πάντα πανσόφως οἰκονομοῦντος, ἵν' ἐκεῖθεν καὶ ἐντεῦθεν τὰ καινοφανῆ καὶ βέβηλα τῶν δογμάτων μακρὰν ἐλαθείη. Καὶ ἐπὶ πρώτης κινήσεως γενομένης, ἀνεζητεῖτο εἰ τέως δέοι τοὺς τετελευτηκότας ἀναθέματι περιβαλεῖν. Εὐτύχιος δὲ τηνικαῦτα πιρὼν, ἰδμων εἰς ἄκρον τῆς Θείας Γραφῆς, περιόντος ἔτι Μηνᾶ. οὐ τῶν ἐπισήμων τις ὤν, ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσιν, ὥς γε εἴρηται, τοῦ ἐπισκόπου Ἀμασείας διηκονεῖτο, διαῤῥήδην οὑτωσὶ ἀπεφήνατο, οὐκ ἐν φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν καταφρονήματι τοὺς ἁλισθέντας ἑωρακὼς, μηδὲ βουλῆς τοῦτο δεῖσθαι· ὅτι γε καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας οὐ τοὺς ζῶντας ἱερέας τῶν δαιμόνων πάλαι κατέσφαξεν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων τὰς θήκας ἀνώρυξεν· ὅπερ εἰρημένον καλῶς ἐδόκει πᾶσι λελέχθαι· ὡς ἐντεῦθεν καὶ Ἰουστινιανὸν ἀγάμενον τὸν ἄνδρα, ἐς τὸν τῆς βασιλίδος ἀναβιβάσαι θρόνον τηνικαῦτα Μηνᾶ τελευτήσαντος. Ὁ μὲν οὖν Βιγίλιος, καίπερ ἐγγράφως δοὺς, συνεδρεύειν οὐχ εἵλετο, ἀλλὰ μετὰ τὴν σύνοδον, ὥς μοι ῥηθήσεται, ἐξιὼν καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἰὼν, θανάτῳ ἐνοδίῳ τὴν πρὸς ἐκείνην ἄφιξιν διεκόπτετο. Ἧς συνόδου δὲ ἡρωρισμένης, Ἰουστινιανὸς ἐπύθετο, τί ἂν λέγοιεν περὶ ὧν εἰσάγει Θεόδωρος κατὰ τοῦ Μοψουεστίας Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου, καὶ τῶν λόγων οὓς κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συνέταξεν· ἔτι δὲ καὶ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς πρὸς Μάριν σταλείσης τὸν Πέρσην. Καὶ δὴ πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου ἀναγνωσθεισῶν, καὶ ἐμφανῶς ἀποδεδειγμένου ὡς οὐ νῦν, ἀλλὰ καὶ ἔκπαλαι Θεόδωρος ἐκκήρυκτος ἐγεγόνει, καὶ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφη δέλτων, καὶ ὡς χρεὼν εἴη καὶ μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, τὸν μὲν Θεόδωρον ἐξαυτῆς ἀναθέματι περιέβαλλον· ἔτι δὲ καὶ τὰ εἰρημένα Θεοδωρήτῳ κατὰ τῶν δυοκαίδεκα κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως· πρὸς δὲ καὶ τὴν Ἴβα ἐπιστολήν, ταῦτα πρὸς λέξιν ἀποφηνάμενοι· « Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολήν... » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Κατακρίνομεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν λεγόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν ιβ' κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας πρώτης συνόδου· καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ συγγέγραπται. Καὶ πρὸς τούτοις ἀναθεμα-

videlicet quod Græcorum opiniones rectis Ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent: easque opiniones tollendas esse censuere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, et Theodoriti, et Ibæ Edesseni opiniones produxit: Deo hoc sic quam sapientissime disponente, ut hinc et inde nova et profana dogmata longius rejicerentur. Prima conflictatione facta, quæsitum est: An tum demum jam olim defunctos anathemate ferire liceret. Ibi tum Eutychius, Mena adhuc superstite, vir sacrarum Litterarum summe peritus, minus tamen celebris, quod episcopo Amaseno, quemadmodum dictum est, a responsis esset, eos qui in conventu congregati erant, non recta, sed ridenda etiam atque contemnenda sapere videns, disertis verbis, neque consilio, neque deliberatione ulla eam rem egere dixit: propterea quod et Josias rex non tantum viventes dæmonum sacerdotes olim jugularit, sed et eorum qui longo ante tempore mortui fuerant, **776** sepulcra effoderit. Quod verbum bene ab eo dictum esse omnibus videbatur. Justinianus certe virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in imperialis urbis thronum extulit. Porro Vigilius, etiamsi ei scripto interveniente, cum Eutychio conveniret, assidere tamen illi noluit: sed is synodo finita, quemadmodum a me dicetur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere fatis concessit. Synodo (1), sicuti dixi, coacta, Justinianus, quidnam de rebus Theodori Mopsuestiensis, et Theodoriti, ejusdemque scriptis, quæ adversus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, et præterea de Ibæ ad Marim Persam missa epistola dicerent, interrogavit. Atque ubi multa Theodori et Theodoriti dicta lecta, et clare satis demonstratum est, non tum solum, verum antea etiam dudum Theodorum Mopsuestiensem ab Ecclesia proscriptum, et ex sacrarum tabularum albo ejectum esse, hæreticosque etiam post eorum mortem damnandos esse: nulla interposita mora, Theodorum ipsum, et præterea quæcunque Theodoritus contra duodecim divi Cyrilli capita et rectam fidem scripsisset, atque insuper Ibæ epistolam, anathemati subjecerunt, decreto in hæc verba composito: « Cum magnus Deus et Salvator noster Jesus Christus, juxta evangelicam parabolam... » Et deinceps: « Condemnamus vero, et anathemate confodimus, præter alios omnes hæreticos, a dictis sanctis quatuor conciliis, et a sancta catholica et apostolica Ecclesia condemnatos, atque anathemate jugulatos, Theodorum etiam, qui Mopsuestiæ episcopus dictus est, impiaque ejus scripta: et quæ impie quoque Theodoritus adversus rectam fidem, et duodecim capita ejus qui in sanctis est Cyrilli, et contra priorem sanctam synodum Ephesiam: denique, quæcunque idem Theodoro et Nestorio patrocinatus scripsit. Ad hæc anathemate ferimus impiam etiam episto-

(1) Adfuerunt huic synodo Patres 165.

Digitized by Google

lam, quæ ab Iba ad Marim Persam conscripta esse dicitur. » Et post verba pauca quatuordecim capitula de recta et irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidem sic acta. In secunda autem sessione, postquam **777** ab Eulogio, Cononе, Cyriaco, et Pancratio, monachis Hierosolymitanis, libelli contra impia Origenis, qui et Adamantius dictus est, dogmata, et contra impietatis et seductionis ejus sectatores oblati et lecti sunt : Justinianus rursum synodum de eis sententiam dicere jussit, libellis quoque qui Vigilio papæ de eis rebus scripti erant, in medium prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, ut Græcis nugamentis et Manichæis zizaniis, apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaque rem ad Justinianum, post exclamationes in Origenem, et qui itidem ut ille seducti essent, factas retulit. Quarum quædam in hæc concepta erant verba, sicuti ea ex commentariis synodi istius excerpsimus. « Qui animum obtines cœlestis participem generositatis, Christianissime imperator... » Et deinde : « Effugimus igitur, effugimus istam, quam ignoramus, externam vocem, et tanquam furem atque prædonem ejusmodi hominem anathematis laqueis arcte districtum atque suffocatum, extra sacra Ecclesiæ mœnia abjecimus. » Et post pauca : « Actorum vero nostrorum ex eorum lectione vim cognoscetis. » Hisce conjunxerunt capitula, quæcunque Origenis sectatores professi sunt : quæ capitula consensionem simul et dissensionem eorum, atque etiam multiplicem errorem ostendunt. Quintum ex jis capitulum est, blasphemiarum certarum quarumdam ejus quæ nova Laura dicta est, personarum hisce verbis scriptum : « Theodorus Ascidas Cappadox dixit : Quando nunc apostoli et martyres miracula edunt, et in tantum sunt honorem, si in restitutione et instauratione rerum Christo æquales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est? » Iidem monachi perquam diligenter etiam Didymi et Evagrii et Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperam scriptis libris collectas, ad synodum retulerunt : quas omnes anathemate conciderunt, ordineque omnes exposuerunt. Quibus capitula addiderunt, quæ Origenis studiosi ex scriptis ejus excerpta profitentur : in quibus et hæc furiosus ille docet : « Ante corpus ipsum anima est, quæ quidem in cœlis peccata commiserit. **778** Ad hæc : Cœlum, solem, lunam, stellas, aquas quæ supra cœlos sunt, animatas, et rationales quasdam virtutes esse. Præterea quod in resurrectione corpora hominum rotunda et orbiculari specie excitabuntur. Et quod omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam dæmonum tormenta, finem habebunt. Quodque impii et dæmones in priorem suum ordinem et statum restituentur. Insuper quod pro dæmonibus quoque Christum crucifigi, atque id ipsum sæpius sæculis futuris pati oportebit a spiritibus malignitatis,

τίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολήν, τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρκον τὸν Πέρσην. » Καὶ μετ' ὀλίγα ἐξέθεντο τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως. Ταῦτα μὲν οὕτω προέβη. Ἐν δευτέρᾳ δὲ συνελεύσει λιβέλλων ἐπιδεδομένων παρά τε Εὐλογίου, Κόνωνος, Κυριακοῦ καὶ Παγκρατίου τῶν μοναχῶν Ἱεροσολυμιτῶν, κατὰ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων Ὠριγένους τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου καὶ τῶν τῇ ἐκείνου δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ ἑπομένων, ὁ Ἰουστινιανὸς αὖθις τῆς συνόδου περὶ τούτων ἀπεπειρᾶτο· προθέμενος εἰς μέσον τὸν λίβελλον, καὶ ἃ Βιγιλλίῳ τῷ πάππᾳ περὶ τούτων ἐστάλη· ἐν οἷς δείκνυται ὡς διὰ σπουδῆς τῷ Ἀδαμαντίῳ ἐγένετο, Ἑλληνικῶν ὕθλων καὶ ζιζανίων Μανιχαϊκῶν ἐμπλῆσαι τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὸ ἀκραιφνές· καὶ τοίνυν ἀναφορὰ ἐς Ἰουστινιανὸν γέγονε παρὰ τῆς συνόδου μετὰ τὰς κατὰ Ὠριγένους ἐκδοθείσας, καὶ τῶν ἐπίσης ἐκείνῳ πλανηθέντων· ὧν ἕνια τούτοις συνέκειτο κατὰ ῥῆμα· « Τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν κεκτημένος τὴν ψυχήν, Χριστιανικώτατε βασιλεῦ! » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐφύγομεν τοίνυν, ἐφύγομεν ταύτην. Οὐ γὰρ ἐγνωρίσαμεν τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν· καὶ ὡς λῃστὴν τὸν τοιοῦτον τοῖς τοῦ ἀναθέματος βρόχοις ἀσφαλῶς περισφίγξαντες, τῶν ἱερῶν ἔξω περιβόλων ἀπεβαλόμεθα. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τῶν δὲ παρ' ἡμῶν πεπραγμένων διὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀναγνώσεως εἴσεσθε τὴν δύναμιν. » Τούτοις συνέζευξαν καὶ τὰ κεφάλαια τὰ ὅσα πρεσβεύειν οἱ τὰ Ὠριγένους δοξάζοντες ἐδιδάχθησαν δηλοῦντα τάς τε συμφωνίας αὐτῶν, ἅτερ καὶ τὰς διαφωνίας καὶ τὴν πολυσχιδῆ τούτων πλάνην. Πέμπτον ἐπὶ τούτοις ἐστὶ κεφάλαιον τῶν βλασφημηθέντων ἀπὸ ἰδικῶν προσώπων τῆς καλουμένης νέας Λαύρας, ταῦτα διεξιόν· « Θεόδωρος Ἀσκιδᾶς ὁ Καππαδόκης εἶπεν· Εἰ νῦν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες θαυματουργοῦσι, καὶ ἐν τῇ τοσαύτῃ τιμῇ ὑπάρχουσιν, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει εἰ μὴ ἴσοι γένοιντο τῷ Χριστῷ, ποία ἀποκατάστασις αὐτοῖς ἔστιν; » Οἱ δ' αὐτοὶ μοναχοὶ καὶ Διδύμου καὶ Εὐαγρίου καὶ Θεοδώρου ἄλλας πολλὰς βλασφημίας σπουδαίως μάλα παρὰ τῶν κακῶς συγγραφέντων ἐκείνοις ἀπολεξάμενοι, τῇ συνόδῳ ἀνήνεγκαν· ἃ δὴ πάντα τῷ ἀναθέματι περιέβαλον· ἐφεξῆς δὲ πάντα κατέστρωσαν· οἷς συνέζευξαν καὶ τὰ κεφάλαια ὅσα πρεσβεύειν οἱ τὰ Ὠριγένους δοξάζοντες, ἐκ τῶν ἐκείνῳ συγγραφέντων ἐξεδιδάχθησαν· ἐν οἷς καὶ τάδε ὁ μανιώδης φησί· « Πρὸ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, ἐν οὐρανοῖς αὐτῇ γεγενημένων ἁμαρτιῶν. Λέγει πρὸς τούτοις τόν τε οὐρανὸν καὶ τὸν ἥλιον, τήν σελήνην τε καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὰ ὕδατα τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν, ἔμψυχα, καὶ λογικάς τινας εἶναι δυνάμεις· ἔτι δὲ καὶ ὡς ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρονται σώματα· καὶ ὅτιπερ πάντων ἀσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ πρός γε δαιμόνων ἡ κόλασις πέρας ἕξει· καὶ ἀποκατασθήσονται ἀσεβεῖς τε καὶ δαίμονες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν τάξιν· καὶ ὅτι καὶ ὑπὲρ δαιμόνων δεῖ τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι· καὶ πολλάκις τοῦτο εἰ τοὺς ἑσομένους αἰῶνας παθεῖν ὑπὸ

Digitized by Google

τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας τῶν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Ἀλλὰ πάντα τὰ τῶν ἐκείνου βλασφημιῶν κατὰ μέρος ἐκτίθεσθαι μακρὸν ἂν εἴη· εἰδέναι μέντοι χρεών, ὡς οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Μάνεντι καὶ Σαβελλίῳ, Ἀρείῳ τε καὶ Εὐνομίῳ, ἔτι δὲ καὶ τῷ λοιπῷ τῶν κακοδόξων χορῷ, πρῶτος τοῖς συγγράμμασι τὰ ζιζάνια ἐπισπείρας· πεπερασμένην φάμενος ἔχειν δύναμιν τὸν Θεόν· καὶ ἐλάττονα τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα πάλιν ἧττον τοῦ Υἱοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς κτίσμα καὶ γέννημα τοῦ Πατρός· καὶ κατὰ πάντα μείων ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός· καὶ ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν· καὶ ὅτι τὰ κτίσματα συναΐδια τῷ Θεῷ· καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔκτοπα καὶ ἀλλόκοτα βλασφημεῖ, καὶ ἐκ τῶν Πλατωνικῶν μάλιστα δοξῶν τὸ λιτὸν τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συγχέων. Πλὴν ἐκ τῶν ἀναθεματισμῶν οὓς ἡ σύνοδος κατ' αὐτοῦ ἔξεβόησε, δῆλος γενήσεται ὁ ἀνήρ· ἔχουσι δὲ πρὸς λέξιν ὧδε·

A qui in cœlestibus sunt. » Verum omnes illius blasphemias sigillatim exponere longum fuerit. Illud porro scire oportet, hunc ipsum esse qui insano Maneti, et Sabellio, Ario et Eunomio, atque reliquo male sentientium choro, primus in scriptis eorum zizania aspergendi seminandique auctor fuerit, ut qui finibus certis terminatam vim Deum habere, Filium Patre minorem, et rursum Spiritum Filio inferiorem : Filium creaturam et germen Patris, atque per omnia Filium Patre minorem, eumdemque merum hominem, et creaturas coæternas esse Deo, dixerit. Alia denique hujus generis absurda prorsus et aliena, impie per blasphemiam effutiit, Platonicis opinionibus simplicem apostolicorum dogmatum sinceritatem miscens atque confundens. Sed ex ipsis anathematismis, quos in eum synodus contorsit, qualis is vir fuerit, manifesto patebit. Qui de verbo ad verbum sic habent :

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τῶν βλασφημιῶν Ὠριγένους, καὶ τῶν ἀναθεματισμῶν οὓς ἀναθεματίσθη παρὰ τῆς συνόδου· καὶ περί τινων ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν.

« Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει προϋπάρχειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, οἷα πρώην νόας οὔσας καὶ ἁγίας δυνάμεις· κόρον δὲ λαβούσας τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπείσας· καὶ διὰ τοῦτο ἀποψυγείσας μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης· ἐντεῦθεν δὲ ψυχὰς ὀνομασθείσας, καὶ τιμωρίας χάριν εἰς σώματα καταπεμφθείσας, ἀνάθεμα. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει τὴν τοῦ Κυρίου ψυχὴν προϋπάρχειν, καὶ ἡνωμένην γεγενῆσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ πρὸ τῆς ἐκ Παρθένου σαρκώσεώς τε καὶ γεννήσεως, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει πρῶτον πεπλάσθαι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ μετὰ ταῦτα ἑνωθῆναι αὐτῷ τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ τὴν ψυχὴν ὡς προϋπάρξασαν, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει πᾶσι τοῖς ἐπουρανίοις τάγμασιν ἐξομοιωθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, γενόμενον τοῖς Χερουβὶμ Χερουβεὶμ, καὶ τοῖς Σεραφὶμ Σεραφεὶμ, καὶ πάσαις ἁπλῶς ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐξομοιωθέντα, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρεσθαι σώματα, καὶ οὐχ ὁμολογεῖ ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει οὐρανὸν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας καὶ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἐμψύχους καὶ ὑλικὰς εἶναί τινας δυνάμεις, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει ὅτι ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι σταυρωθήσεται ὑπὲρ δαιμόνων καθὰ καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει πεπερασμένην εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τοσαῦτα αὐτὸν δημιουργῆσαι ὅσων περιὁράσασθαι, ἀνάθεμα ἔστω. Εἴ τις λέγει ἢ ἔχει πρόσκαιρον εἶναι τὴν τῶν δαιμόνων καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων κόλασιν, καὶ τέλος κατά τινα χρόνον αὐτὴν ἕξειν, ἤγουν ἀποκατάστασιν γενέσθαι δαιμόνων ἢ ἀσεβῶν ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ἔστω. Ἀνάθεμα Ὠρι-

CAPUT XXVIII.

De blasphemiis Origenis, et anathematismis, quibus est a synodo mactatus : et de quibusdam aliis rebus ecclesiasticis.

« Si quis dicit, aut sentit, hominum animas veluti prius exstantes, intellectuales mentes sive naturas et sanctas virtutes præexsistere, contemplatione vero divina exsatiatas, atque in deterius prolapsas, et quod in eis charitas Dei refrixerit, inde ψυχὰς, id est, animas quasi refrigescentes nominatas, et pœnæ gratia in corpora demissas esse, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, animam Domini præexstitisse, unitamque esse Deo Verbo **779** ante incarnationem et nativitatem ex Virgine, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, prius formatum esse corpus Domini nostri Jesu Christi in utero Virginis sanctæ, et deinceps unitum esse ei Deum Verbum, atque animam, ut quæ prius extiterit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, omnibus cœlestibus ordinibus assimilatum esse Dei Verbum, ita ut ipsi Cherubim factus sit Cherubim, et ipsi Seraphim factus Seraphim, omnibusque adeo supernis virtutibus prorsus esse exæquatum, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, in resurrectione rotunde et orbicularis figuræ hominum corpora exsuscitatum, neque confitetur erectos nos excitatum iri, anathema sit. Si quis dicit, cœlum et solem, et lunam et stellas, et aquas quæ supra cœlos sunt, animatas quasdam esse et materiales virtutes, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, Dominum Christum in sæculo futuro pro dæmonibus, quemadmodum et pro hominibus, crucifixum iri, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, virtutem Dei terminatam esse, eumque tantum in creatione condidisse, quantum complexus sit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, temporanea esse dæmonum et impiorum hominum tormenta, finemque

C

D

(1) *Rigidos* (Lactant.)

Digitized by Google

ea tempore aliquo habitura, sive restitutionem dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema sit. Anathema sit Origeni, qui et Adamantius dictus est, et hæc promulgavit, una cum detestandis ejus et exsecrandis dogmatibus, et homini omni qui hæc sentit aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore ea defendere audet : in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. » Post synodum imperator troparium, seu cantilenam, cujus initium est, *Unigenitus* (1) *Filius et Verbum Dei*, composuit, atque eam Ecclesiæ inter psallendum usurpandam tradidit. Ea porro ad hoc usque tempus veluti lege insolubili frequentatur. Idem imperator tum primum Servatoris exceptionem toto orbe terrarum festo (2) die honorare instituit, sicut Justinus de sancta Christi nativitate fecit. Atque non ita longo post tempore, Mauricius sacrosanctæ Dei Genitricis dormitionem quindecimo Augusti mensis die celebrari præcepit. Patriæ quoque suæ Achrido præcipuum honorem habens Justinianus, archiepiscopali dignitate eam decoravit : ecclesiamque ibi liberam, quæ ipsa sibi caput esset, cum plena potestate constituit, et primam Justinianam **780** mutato nomine vocavit. Quemadmodum et in insula Cypro postea secundam Justinianam, eandemque archiepiscopalem, parem ei cum Achrido honorem tribuens, fecit, in conjugis suæ Theodoræ Augustæ inde ortæ favorem. Porro Achrido urbs est in excelso tumulo constructa, prope lacum maximum, qui Lychnedus nominatur, antiquitus autem Dassarites (3) vocatus est. In eo maxima vis piscium capitur. Drinus (4) vero fluvius se inde quoque provolvit, septentrionem versus fluens. Ex cultioribus etenim quæ ad Deabolim sunt partibus manans, et quem diximus lacum secans, et quasi Alpheus quidam pelagus scindens, atque ad Arethusam fontem sensim marinis aquis innatando contendens, circa Boream latus inde profluit, et ad paludis finem, eis quæ ab incolis Strudæ dicuntur, inventis, eisque ipsis sibi conjunctis, maximus evadit fluvius. Deinde se ad Occidentem inclinans, in Orinum se effundit, circa castellum Hillissum (5) nomine, quod totius Bulgariæ antiquitus metropolis fuit. In eo etiam olim sedes regia Bulgarorum constituta fuerat. Verum hæc hactenus.

A

B

C

CAPUT XXIX.

Ut Justinianus recta fide excidens, impatibile ante Passionem Domini nostri corpus fuisse, professus est.

Præteriit interea temporis aliquid, et Eutychius, quod imperatori resisteret, nova quædam indu-

D

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

'Ως 'Ιουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς δόξης παρατρεπὴς, ἄφθαρτον πρὸ τοῦ πάθους τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐπρέσβευσεν.

Χρόνου δέ τινος μεταξὺ διαγενομένου, Εὐτύχιος μὲν, καινά τινα εἰσάγειν βασιλέως ἠρημένου, οἷά-

γένει τῷ καὶ 'Αδαμαντίῳ τῷ ταῦτα ἐκθεμένῳ μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ καὶ ἐπικαταράτων δογμάτων· καὶ παντὶ προσώπῳ φρονοῦντι ταῦτα, ἢ ἐκδικοῦντι, ἢ κατά τι παντελῶς ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ τούτων ἀντιποιεῖσθαι τολμῶντι· ἐν Χριστῷ 'Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 'Αμήν. » Μετὰ δὲ τὴν σύνοδον, ὁ βασιλεὺς τὸ τροπάριον τὸ, *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ*, συνθέμενος, τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ παραδέδωκε ψάλλειν· ὃ καὶ εἰς δεῦρο ὡς νόμον ἄλυτον αὐτὴ διατηρεῖ. Τάττει δὲ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως, ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι, ὥσπερ 'Ιουστῖνος τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν γέννησιν· καὶ Μαυρίκιος οὐ πολλῷ ὕστερον, τὴν τῆς πανάγνου καὶ Θεομήτορος κοίμησιν, κατὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνός. Γέρας δ' ἐξαίσιον καὶ 'Αχριδῷ τῇ πατρίδι νέμων ὁ 'Ιουστινιανὸς, εἰς ἀρχιεπισκοπὴν ταύτην ἐτίμα, καὶ αὐτοκέφαλον ἐκκλησίαν καθίστα, πρώτην 'Ιουστινιανὴν ὀνομάσας· ὥσπερ δευτέραν 'Ιουστινιανὴν καὶ ἀρχιεπισκοπὴν καὶ τὴν τῆς νήσου Κύπρου ἐκκλησίαν αὖθις ἐποίει, τὰ ἴσα γέρα τῇ 'Αχριδῷ χαριζόμενος, εἰς τιμὴν τῆς γαμετῆς Θεοδώρας τῆς Βασιλίδος· ἐκεῖθεν γὰρ ὥρμητο. 'Η δὲ 'Αχριδὼ πόλις ἐστὶν ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ ἐπηρμένη, ἔγγιστα λίμνης μεγίστης Λυχνηδοῦ καλουμένης. Δασσαρίτη δ' ἀρχαῖον ἦν αὐτῇ ὄνομα· ἐξ ἧς καὶ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται. Καὶ Δρῖνος δ' ὁ ποταμὸς ἐκεῖθεν τὰς σφετέρας ἐκβολὰς ποιεῖται πρὸς ἄρκτον ἰών. 'Απὸ γὰρ τῶν πρὸς Δεάβολιν ἠπιωτέρων ῥέων μερῶν, καὶ τὴν εἰρημένην διαιρῶν λίμνην, καθά τις 'Αλφειὸς τὸ πέλαγος σχίζων, καὶ πρὸς τὴν 'Αρέθουσαν πηγὴν ἠρέμα ὑπερνηχόμενος ἀπίων, κατὰ τὸ βόρειον μέρος ἐκεῖθεν τὸ ῥεῖθρον ἐξίησι· καὶ πρὸς τὸ τέρμα τῆς λίμνης, τὰς λεγομένας ἐγχωρίως εὐρηκὼς Στρούδας, καὶ ταύταις ἐνωθεὶς, μέγιστός τε γίνεται ποταμῶν· ἔπειτα καὶ πρὸς δύσιν νεύων, εἰσβάλλει κατὰ τὸν 'Ορῖνον περὶ φρούριον, Εἰλισσὸν ὄνομα ἔχον, ὁ πάσης Βουλγαρίας τὸ ἀνέκαθεν μητρόπολις ἦν· ἐν ᾧ καὶ τὰ Βουλγάρων ἔκπαλαι βασίλεια ἵδρυτο. 'Αλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

(1) Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε, Χριστὸς ὁ Θεὸς, θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς. Hoc est : *Unigenitus Filius et Verbum Dei, qui cum immortalis esses, dignatus es propter salutem nostram incarnari ex sancta Dei Genitrice et semper virgine Maria : et immutabili ratione homo factus, et crucifixus, Christe Deus, morte mortem proculcasti. Et qui unus es sanctæ Trinitatis, et conglorificaris cum Patre et sancto Spiritu, salva nos.*

(2) Festus dies τῆς 'Υπαπαντῆς est idem qui Purificationis dies.

(3) Dassaritæ Plinio Thraciæ, Stephano Illyrici populi.

(4) Drilus Illyrici fluvius.

(5) Quid si legas *Clissum* ?

Digitized by Google

περ ἀνθισταμενος, τοῦ θρόνου ἐκβάλλεται· ἀντεισάγεται δὲ Ἰωάννης ὁ ἐκ τοῦ Σιρίμιος ὡρμημένος. Κώμη δὲ αὕτη ἐν τῇ Κυνηγικῇ χώρᾳ διακειμένη ἐγγειτόνων Ἀντιοχείας κειμένη. Τίνα δὲ τὰ καινὰ ἅπερ εἰσάγειν ἤρητο βασιλεὺς, δι' ἃ καὶ Εὐτύχιος ἀπεώσθη τοῦ θρόνου, λέξων ἔρχομαι. Οὔπω συχνὸς, ὡς εἴρηται, μετὰ τὴν ε' σύνοδον παριππεύει καιρός· καὶ ὁ τῶν ζιζανίων πάλαι σπορεὺς, τὴν τῆς Ἐκκλησίας εὐστάθειαν μηδαμῶς ὁρᾷν ἀνεχόμενος, διασαλεύειν ταύτην, ὥσπερ τισὶ μηχανήμασι, σαθροῖς δόγμασιν αὖθις πεῖραν προσῆγε. Τῶν γὰρ Σευήρου δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας ἀπεληλαμένων, καὶ τῶν τἀκείνου φρονούντων, ἔτι δὲ Ὠριγένους καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἀλλοκότων δογμάτων παραδεδομένων τῷ ἀναθέματι· καὶ πρὸ τούτων Ἀνθίμου, Πέτρου τε καὶ Ζωόρα τῶν δυσσεβῶν, οἱ προειρημένοι ἀπὸ Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασέως καὶ Γαϊανοῦ Σευηρῖται, προσχήματι εὐσεβείας, τινὰς λίαν ἀνέπειθον στερρῶς ἀντιβαίνοντες, ὅτιπερ ἡ ἐκ Παρθένου τῷ Σωτῆρι Χριστῷ προσληφθεῖσα σὰρξ πρὸ τοῦ πάθους ἄφθαρτος ἦν, Ἡμεῖς γὰρ, ἔλεγον, ἀνάγκῃ φύσεως τὰ ταύτης περιφέρομεν πάθη, πεῖναν φημὶ καὶ δίψαν καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ Χριστὸς, ἅτε δὴ πάσχων ἑκὼν, οὐκ ἐπίσης ἡμῖν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις δουλεύων ἦν. Πρὸς ἅπερ οἱ εὐσεβοῦντες ἀντέφερον λέγοντες, ὅτιπερ Εἰ καὶ ἑκούσιον τὸ πάθος, ἀλλ' ἐπίσης ἡμῖν ἔπασχεν· ὥστε πῶς δυνάμεθα τὸ ὅπως δή ποτε πάσχον ἄφθαρτον κυρίως εἰπεῖν, καὶ μὴ φθαρτὸν, καθὰ δὴ καὶ τὸ ἡμέτερον; Πρὸς ὃ πάλιν ἐκεῖνοι, Ὅν τρόπον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄφθαρτον τὸ σῶμα λέγοντες τοῦ Χριστοῦ ὁμοούσιον καὶ ἡμῖν τοῦτο λέγετε, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἄφθαρτον λέγοντες, ὁμοούσιον αὐτὸ καὶ ἡμῖν εἶναι ὁμολογοῦμεν. Οἱ δ' αὖθις πρὸς αὐτοὺς ἀντεπῆγον, ὅτι Εἰ καὶ ἄφθαρτον τὸ Κυριακὸν σῶμα ὁμολογοῦμεν μετὰ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν, οὐ τῇ φύσει αὐτὸ ἄφθαρτον λέγομεν, τῇ χάριτι δέ. Ὡς δὲ αὖθις ἐκεῖνοι ἀντέλεγον, ὅτι Καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῇ θείᾳ χάριτι ἄφθαρτον ἦν· πάλιν ἐκεῖνοι, Ἀλλὰ τὰ περὶ Χριστοῦ λεγόμενα τοῦτο οὐ συγχωρεῖ, ἔφασκον. Πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως καὶ πεινῆσαι καὶ διψῆσαι καὶ τἄλλα παθεῖν λέγεται. Καὶ πῶς ἂν εἴη τὸ τοιαῦτα πεπονθὸς ἄφθαρτον; Μετά γε μὴν τὴν ἀνάστασιν, οὐδὲν τῶν τοιούτων παθεῖν ἱστορεῖται· ὥστε ὅῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι πρὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως φθαρτὸν ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν διέμεινεν ἄφθαρτον. Τό γε μὴν φαγεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ὡς πεινῶν, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι

cere volenti, e throno deturbatur. Joanni vero ex A viro cui Sirimis nomen est, in Cynegica regione, non longe ab Antiochia sita, ortum ducenti, sedes ea committitur. Quæ vero novæ istæ res fuerint quas imperator inducere constituerat, quamobrem etiam Eutychius episcopatu expulsus est dicere pergam. Nondum multum, sicuti dictum est, **781** a quinta synodo præterierat tempus, et vetus zizaniorum sator, quod nequaquam tranquillum Ecclesiæ statum cernere posset, ut eam perturbaret, depravata rursum dogmata quasi quasdam machinas ei admovit. Cum namque Severi doctrina ex Ecclesia rejecta, et qui illam secuti fuerant atque etiam Origenis et Didymi et Evagrii, aliorumque aliena atque absurda dogmata, nec B non ante hos Anthimi et Petri et Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confossæ essent: Severitæ, quos diximus, a Juliano Halicarnasseo et Gaiano progressi, sub pietatis prætextu cum quibusdam fortiter congressi, eis persuasere, quod ea quam ex Virgine Salvator Christus assumpsit caro ante passionem incorruptibilis fuerit (1): Quorum ista fuere verba: « Nos quidem per necessitatem naturæ, affectiones ejus, famem scilicet et sitim, et reliquas circumferimus: Christus vero, utpote qui sponte sua passus sit, non itidem atque nos, naturæ legibus subserviit. Adversus quæ verba pii homines retulerunt: Quamvis spontanea Christi passio fuerit, æqualem tamen C nostræ fuisse. Quomodo vero posset, quod qualicunque tandem modo pateretur, id incorruptibile proprie, et non corruptibile, perinde atque de nobis ipsis loquimur, dici? Ad quod illi rursum: Quomodo vos corpus Christi incorruptibile post resurrectionem, et nobis ὁμοούσιον, hoc est, consubstantiale dicitis: eodem modo et nos incorruptibile id ante resurrectionem dicentes, ὁμοούσιον consubstantiale nobis esse confitemur. Contra hæc nostri rursum intulerunt: Tametsi corpus Dominicum incorruptibile post vivificam resurrectionem confiteamur, non natura tamen id incorruptibile esse dicimus, sed gratia (2). Atque ubi illi contra dicerent, quod etiam ante resurrectionem per divinam gratiam incorruptibile fuerit; nostri D rursum: Ea quæ de Christo dicuntur, hoc minime admittere, responderunt. Ante resurrectionem namque et esuriisse et sitiisse, atque alia passum esse dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpessionibus subditum esset, incorruptibile esset?

(1) Aphthartodocitæ isti non satis perspexerunt sacramentum absumptionis hominis, quod sacramentum Dei vocat Hilarius: non item minorationem et exinanitionem Verbi Dei, formamque servi, non exaltationem et glorificationem hominis Christi, ejusdemque primogenituram ex mortuis. Pater minoravit Filium modico citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen et honore coronaturus illum, in cœlos resumendo. Tertull. *Adver. Praxeam.* — Et recedente infirmitate agnoscatur divinitas. (Ambr.) Primogenitus mortuorum Dominus, et in sinum suum recipiens pristinos patres, regeneravit eos in vitam Dei, ipse initium viventium factus, sicut Adam initium morientium factus est. Propter hoc et Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: significans quod non illi hunc, sed hic illos in evangelium vitæ regeneravit. (Iren. lib. III, cap. 33). — Et ideo primogenitus vocatur, quia in ipso primo deificati sumus. (Cyrill. in Thesaur. lib. X.)

(2) Imo natura etiam, cui gratia, quodammodo secundum Augustinum naturalis etiam juxta hominem fuerit. *Et in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* (*Col.* II.)

Digitized by Google

Post resurrectionem sane nihil quidquam talium perpessum esse legitur. Quapropter satis inde manifestum esset, ante resurrectionem corruptibile fuisse Domini corpus, **782** post resurrectionem vero exstitisse incorruptibile. Quod namque cibum post resurrectionem ceperit (1) non id famis gratia, sed per œconomiam sive dispensationem manifestæ ex mortuis resurrectionis, ab eo est factum : ut exhiberet se eum ipsum, qui ex mortuis resurrexit, esse. Quo nimirum modo clavorum etiam fixuras ostendit, ut revera se resurrexisse, neque spectrum esse probaret. Proinde Scripturam non dicere, quod post resurrectionem ex mortuis vel esuriens manducaverit, vel sitiens biberit : sed quod simpliciter tantum ederit et biberit, propterea quod incorruptibilis post resurrectionem factus fuerit. Quod si forte sanctorum etiam quorumdam sententias illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorsus non cadere, de alia corruptione quam quæ nunc proposita esset, illos verba facere, nostri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo significat. Ejus enim nomine naturales istæ et irreprehensibiles carnis affectiones sive perpessiones veniunt, sitis scilicet, fames, fatigatio, et angor et aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, utpote ὁμοούσιον consubstantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpessiones omnes voluntate sua Deus Verbum, propterea quod homo proprie et vere factus sit, suscepit. Atque hoc ipso modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Juliani Halicarnassei et Gaini sententia, summæ impietatis est. Et corruptio quidem una hæc est : est autem et alia, corporis scilicet in ea elementa ex quibus compositum est, solutio, et carnis ipsius inquinatio : juxta quam significationem et nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quod inquinamentum nullum invadere et pertingere potuerit. Post divinam quidem resurrectionem, etiam secundum priorem verbi corruptionis significationem, incorruptibilem carnis Domini assumptionem esse sentimus : sicuti et corpora nostra post resurrectionem Deo dante erunt, ante resurrectionem vero secus. Atque hæc ipsa est Aphthartodocitarum hæresis, qua multi mortales sunt correpti, non solum ex eis qui honores et magistratus gesserunt, sed etiam hierarchæ primarii, et monachi vita illustres, et ex sacerdotali ordine alii, atque adeo ipse etiam imperator Justinianus. Et is plurimum opinioni ei inhæsit : non ille altius dogma tale investigans, verum verbi ipsius significationi acrius insistens, **783** videlicet qui haudquaquam tale quiddam de Christo propter summum ipsius erga illum amorem et desiderium, audire constituerit. Princeps etenim iste tanto in Christum pietatis ardore flagrasse, ab eis qui res illius memoriæ posteritatis mandarunt, dicitur, quanto

A σαφῶς διεπράττετο· ἵνα δόξῃ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστάς. Ὃν τρόπον καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων ὑποδεικνύει, ὅτιπερ ἀληθῶς καὶ οὐ φαντασίᾳ ἀνέστη. Διά τοι τοῦτο οὐδὲ ἡ Γραφὴ λέγει μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν, ὅτι πεινῶν ἔφαγεν, ἢ διψῶν ἔπιεν· ἀλλ' ὅτι ἔφαγε καὶ ἔπιε μόνον ἁπλῶς, ὅτι ἄφθαρτος γέγονε μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Εἰ δ' ἴσως καί τινων ἁγίων χρήσεις παρῆγον, ὡς φθορᾶς παντάπασιν ἀνεπίδεκτον τὸ τοῦ Κυρίου ἦν σῶμα, περὶ ἄλλης φθορᾶς ὁ λόγος ἐκείνοις, οὐ τῆς νῦν προκειμένης ἐστὶν, ἔλεγον. Τὸ γὰρ τῆς φθορᾶς ὄνομα δύο σημαίνει· καὶ μία μὲν φθορὰ αὐτὰ τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα τῆς σαρκὸς πάθη, ἡ δίψα, ἡ πεῖνα, ὁ κόπος, ἡ ἀγωνία, καὶ τὰ ἑξῆς· καθ' ὃν τρόπον φθαρτὸν καὶ τὸ τοῦ Κυρίου λέγομεν σῶμα, ὡς καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον. Ἃ δὴ πάντα B ἐκουσίως ὁ Θεὸς Λόγος ἀνέλαβε διὰ τὸ ἄνθρωπος γεγονέναι κυρίως. Κατὰ γοῦν τοῦτον τὸν τρόπον ἄφθαρτον τὸ τοῦ Κυρίου λέγειν σῶμα κατὰ τὸν Ἁλικαρνασέα Ἰουλιανὸν καὶ Γαΐνὸν τῶν πάντη ἀσεβεστάτων ἐστί. Καὶ μία μὲν αὕτη φθορά· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη φθορὰ ἡ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη τὸ σῶμα στοιχεῖα διάλυσις, καὶ ὁ τῆς σαρκὸς μολυσμός· καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ ἡμεῖς ἄφθαρτον τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα πρεσβεύομεν· καὶ ὡς ἀνεπίδατον καὶ ἀπρόσβατον παντὶ μολυσμῷ· μετὰ μέντοι τὴν θείαν ἀνάστασιν, καὶ κατὰ τὸ πρῶτον τῆς φθορᾶς σημαινόμενον ὄνομα, ἄφθαρτον τὸ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς δοξάζομεν πρόσλημμα· ὥσπερ ἔσονται καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα μετὰ τὴν ἀνάστασιν δωρησαμένου Θεοῦ. Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν αἵρεσις· ἣ δὴ C πολλοὶ συναπῄχθησαν, οὐ μόνον τῶν ἐν τέλει, ἀλλὰ καὶ ἐν ἱεραρχίαις προεδρευόντων, καὶ μοναστικῇ διαπρεπόντων ζωῇ, καὶ ἄλλως ἱερωμένων· πρὸς δὲ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς Ἰουστινιανός· καὶ προσέσχεν ἐπιπλεῖστον τῇ δόξῃ ταύτῃ, μὴ ἐμβαθύνων τῷ δόγματι, τῇ δὲ σημασίᾳ τῆς λέξεως ὁριμυσσόμενος, οἷάπερ μηδαμῶς τοιοῦτόν τι ἀκούειν περὶ Χριστοῦ ἐνωτίζεσθαι ἠρημένος, τῷ πλεῖστον πόθον τρέφειν περὶ αὐτόν. Λέγεται καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς οὗτος παρὰ τῶν τὰ ἐκείνου ἱστορηκότων, τοσοῦτον θεοφιλῆ ἔρωτα εἰς Χριστὸν τρέφειν, ὅσοσπερ οὐδενὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων, μετά γε τὸν τρισμέγιστον Κωνσταντῖνον ἐπιμαρτύρεται· ὥστε καὶ πολλὰ τῶν βιαίων τῷ σφοδρῷ πόθῳ δι' αὐτὸν πρᾶξαι. Τούς τε D γὰρ Ἑβραίους τελεῖν οὐκ εἴα τὸ Πάσχα πρὸ τῶν Χριστιανῶν· καὶ Σαμαρείτας τῆς οἰκείας μὴ ἀφισταμένους δόξης ἐκάκου. Πλείστοις δὲ καὶ νεῷς ἁπάντων γῆς τὸ Θεῖον ἐτίμα, μεγαλοπρεπεῖς αὐτοὺς ἀνιστῶν, ἅτε δὴ Θεὸν γαριζόμενος θέλων ὑπερφυῶς. Καὶ ἄλλα τοιαῦτα παραπλήσια ἔχοντα διενήργει, τὸ περιὸν τῆς εἰς Θεὸν γνησίας καὶ ἐνδιαθέτου στοργῆς πᾶσιν ἀριδήλως φαίνειν πειρώμενος. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς οὗτος τῆς ὀρθῆς καὶ εὐθείας παρατραπεὶς λεωφόρου, καί τιν' ἀσυνήθη καὶ ἀτριβῆ τοῖς τε θείοις ἀποστόλοις καὶ Πατράσιν ὁδὸν πορεύεσθαι ἠρημένος, ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις περιεπάρη. Βουλόμενος δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πρὸς

(1) Factum id per συγκατάβασιν, hoc est condescensionem et accommodationem et propter discipulos.

Digitized by Google

τὸν οἰκεῖον μεταρρυθμίσαι σκοπὸν, διημάρτανε· τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν ἀσφαλῶς τοῦ Κυρίου θριγγοῖς ὀχυρωτέροις ἐξησφαλισαμένου, ὡς ἂν μὴ τῷ βουλομένῳ εὐεπιχείρητος εἴη λυμαίνεσθαι. Τότε δὲ καὶ Βιγίλλιος μὴ συνθέμενος τοῖς δοκοῦσιν Ἰουστινιανῷ, εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρων, ἐνόδιος ἔθνησκεν. Ἰωάννης δὲ ὁ καὶ Κατελῖνος τὴν τοῦ πρώτου τῶν ἀποστόλων ἐπισκοπὴν ἐκληροῦτο. Καὶ τοίνυν τοῦ μὲν Κατελίνου Ἰωάννου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκοποῦντος· τοῦ δ' ἐκ Σιρίμιος Ἰωάννου τὴν νεωτέραν διέποντος· Ἀπολλιναρίου δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔτι ὄντος· καὶ τῇ Θεουπολιτῶν μετὰ Δομνῖνον Ἀναστασίου τοῦ ἐκ Σιναίου χειροτονηθέντος· καὶ τῇ Ἱεροσολύμων Μακαρίου αὖθις τῷ θρόνῳ ἀποδοθέντος, μετὰ τὴν Εὐστοχίου καθαίρεσιν· καθεῖλε γὰρ τοῦτον μὴ τοῖς ἐκείνου δόγμασιν εἶκειν αἱρούμενον· μετ' ὀ Ὠριγένην καὶ Δίδυμον ἀνεθεμάτισε καὶ Εὐάγριον Ἰουστινιανὸς, τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον ἴδικτον γράφει· ἐν ᾧ ἄφθαρτον τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, καὶ τῶν ἀδιαβλήτων παθῶν ἀνεπίδεκτον κέκληκεν· οὕτω λέγων πρὸ τοῦ πάθους φαγεῖν, ὥσπερ ὕστερα καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· μή τινα τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν γαστρὶ τῆς Θεομήτορος διαπλάσεως, μηδὲ ἐν τοῖς ἑκουσίοις καὶ φυσικοῖς, πάθεσι, μηδὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ παναγίου αὐτοῦ σώματος δεξαμένου, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν οὐ μετὰ τὸ πάθος κτήσασθαι· ὃ δῆτα τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ πρεσβεύεται· ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ πάθους, ἐξ αὐτῆς δῆτα τῆς ἀσπόρου καὶ θείας συλλήψεως. Συμφωνεῖν δὲ καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν ἕω καὶ ἑσπέραν ἱερέας τῇ ἐκείνου διακένῳ δόξῃ βίαν προσάγων ἠνάγκαζεν. Πάντες δ' ἐς Ἀναστάσιον τὸν τῆς Ἀντιόχου ὁρῶντες, τὸ πειστέον ἐκεῖθεν μανθάνειν ἦσαν καραδοκοῦντες· ὅθεν καὶ τὴν πρώτην ἐκείνου προσβολὴν τῇ προφάσει ταύτῃ σοφῶς διεκρούσαντο.

A alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, termaximo illo Constantino semper excepto. Itaque propter vehementem in Christum amorem illius gratia multa etiam violenter fecit. Hebræos namque Pascha ante Christianos celebrare passus non est, et Samaritanos, quod a sententia sua discedere nollent, afflixit. Plurimis quoque templis ubique terrarum Numen divinum honoravit, quæ magnificentissime construxit, quippe qui Deum honoribus ejuscemodi præcipue colere voluerit. Alia insuper hisce consimilia peregit, ut omnibus certo abundantem et veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palam faceret. Tum vero is imperator a recta planaque et regia via dilapsus, atque insuetum divisque apostolis et Patribus intactum iter ingressus, in spinas et tribulos incidit. Et cum Ecclesiam in sententiam suam adducere vellet, consilio opinioneque sua falsus est : quod rectam publicamque viam sepio firmissimo Dominus ita communiisset, ut non facile quivis invadere eam et destruere posset. Tum autem et Vigilius minime pedibus in Justiniani sententiam ingressus, cum Italiam peteret, in itinere mortuus est. Joannes autem, qui et Catelinus dictus est, principis apostolorum episcopatum sortitus est. Cæterum Catelino Joanne in veteri Roma, Joanne autem cui patria Sirimis fuit, in nova Roma, Apollinari Alexandriæ episcopatum administrante, apud Theopolitanos vero post Domninum Anastasio, qui ex Sina monte progressus est, antistite lecto, et Hierosolymis Macario in thronum suum reducto (restituit namque hunc Justinianus, cum Origenem et Didymum et Evagrium anathemati subjecisset, post Eustochii exauctorationem), edictum (ita enim

B

C

Latine dicitur) idem imperator scripsit, in quo corpus Domini incorruptibile, **784** et in quod irreprehensibiles etiam perpessiones non caderent, vocavit : ita Dominum ante Passionem edisse dicens, sicuti et post resurrectionem ederit, quod non minus ab ipsa corporis in utero Dei Genitricis conformatione, id mutationis aut alterationis alicujus, in spontaneis istis et naturalibus perpessionibus, quam post resurrectionem, pro eo atque sanctissimum esset, capax non fuerit : et quod idem corpus incorruptibilitatem ipsam non post Passionem, tantum id quod catholica Ecclesia profitetur, verum etiam ante Passionem, ab ipsa usque divina seminisque experte conceptione obtinuerit. Ut vero in sententiam suam sacer ordo in Oriente simul et Occidente levem et futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At universi, oculis in Anastasium Antiochenum conjectis, ut ab eo quid facto opus esset discerent, cupide exspectabant. Per quam illi causam primam ejus conflictationem sapienter repulerunt.

D

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ Ἀναστασίου τοῦ Θεουπόλεως τοῦ Σιναΐτου.

Ἀναστάσιος δ' οὗτος ὅσον ἐς τὰ θεῖα μάλιστα λόγιος ἦν, ὀρθὸς δὲ τὸν τρόπον, καὶ τὰ ἐς δίαιταν ἀκριβέστατος· ὡς καὶ τοῖς ἄγαν λεπτοῖς ἐπάγειν ῥυθμὸν, καὶ τοῦ ἄγαν ἀσφαλοῦς μηδαμῶς παρεκτρέπεσθαι· μήτοι γε τῶν καιρίων καὶ εἰς αὐτὸ τὸ Θεῖον ἀναφερομένων. Ἄριστα δέ οἱ καὶ τὸ ἦθος ἐκέχρατο· οὐ γάρ τοι πάνυ εὐέντευκτος ἦν, ἵνα μὴ τοῖς καθήκουσιν εὐεπίβατος εἴη· οὔτε μὴν αὐστηρός τις καὶ ἀφειδὴς καὶ ὡς ἄν γε μὴ καὶ δυσπρόσ-

CAPUT XXX.

De Anastasio Theopolis episcopo Sinaita.

Anastasius iste divinarum rerum peritus maxime fuit, in morum autem et quotidianæ vitæ integritate tam accuratæ observantiæ, ut et leviculis quoque negotiis moderationem adhiberet, et non modo in rebus gravibus et ad divinum Numen pertinentibus, sed etiam in minimis a constanti certoque proposito haudquaquam transversim excideret. Mentis vero habitum quam optime temperavit. Non enim facile admodum adiri se passus

Digitized by Google

est, ne temere quos minime oporteret, ad se admitteret : neque austerus adeo et tetricus fuit, ut se difficilem aditu eis quibus deceret exhiberet; et cum tempus seriæ rei agendæ esset, in parato aures habebat, et lingua ejus fluminis instar scatebat, celeriterque quæ ei proponebantur solvebat. **785** Porro in negotiis otiosis, et ad rem minus pertinentibus, simul et aures prorsus obturabat, et linguam frenabat, ita ut cum orationem rationis tempestivo modulo metiretur, tum sermone quandoque silentium ejus præstabilius esset. In hunc perinde atque in propugnaculum quoddam Justinianus impegit, omni illum arte ingressus, recte hac secum, ut illi videbatur, ratione deliberata, eum si concussisset, non difficili opere se urbem omnem in potestatem suam redacturum, vera et germana dogmata eversurum, et Christi gregem in captivitatem abducturum. Anastasius vero fidei petra firmiter est nixus, et adeo adversus imperatoris impetum divina prorsus sublatus mente substitit, ut propalam disertis verbis, demonstrationes quoque arte maxima compositas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuisse ante Passionem Domini corpus, naturalibusque et irreprehensibilibus obnoxium perpessionibus, idque ita et sacros apostolos tradidisse, et divos Patres sensisse atque prædicasse. Quæ sane omnia etiam ad monachorum primæ et secundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis consuluerant, manifeste et libere rescripsit, omnes ut ita sentirent confirmans, et quasi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans, dictumque illud quod vas electionis protulit, omnibus subjiciens atque proponens : *Si quis vobis, præterquam accepistis, evangelizaverit, anathema sit* [1]. Illi porro omnes in eadem sententiæ æmulatione perstiterunt. Quam ob causam, ut sibi ita resistentem in exsilium ageret, Justinianus consilium cepit. Id vero ut Anastasius audivit, compositam statim orationem, in qua argumentis cum adversariis congrederetur, Antiochenis, ut ea se defenderent, si opus esset, obtulit. Ea autem verborum elegantia et enthymematum densitate est confecta, nec non dictorum ex sacris Litteris depromptorum ubertate, ad rem ipsam ita accommodata, ut maximam auctor libri ejus consecutus sit admirationem. Sed scriptum id, quod Deus meliori quadam ratione Ecclesiæ suæ consultum voluerit, editum non est.

A ιτον ἑαυτὸν οἷς δέοι παραδεικνύοι· καὶ ἡνίκα μὲν καιρὸς σπουδῆς ἦν, ἐν ἑτοίμῳ ἦσαν τὰ ὦτα, καὶ ἡ γλῶττα ἴσα ῥεύματι νάουσα· θᾶττον τὰ προσπίπτοντα διαλύων. Ἐν δὲ τοῖς παρέργοις τά τε ὦτα τέλεον ἀπεκλείετο, καὶ τῇ γλώττῃ χαλινὸς ἐπέκειτο· ὡς συμβαίνειν τὸν μὲν λόγον τῷ καιρῷ τοῦ εὐλόγου ῥυθμίζεσθαι, καὶ κρείττονα εἶναι λόγου τὴν σιωπήν. Καὶ δή τινι προβόλῳ Ἰουστινιανὸς τούτῳ προσβάλλει, πᾶσαν μηχανὴν περιστήσας αὐτῷ· καλῶς, ὥς γ' ἐκείνῳ ἐδόκει, διανοούμενος, ὡς εἰ τοῦτον κατασείσειεν, οὐδενὶ πόνῳ καὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν περιγένοιτο· τά τε τῶν δογμάτων γνήσια ἀνδραποδίσασθαι, καὶ ὑπὸ αἰχμαλωσίαν τὴν Χριστοῦ καταστῆσαι πολίμνην. Ὁ δὲ τοιοῦτον ἐστήρικτο τῇ τῆς πίστεως πέτρᾳ, καὶ ἀδόνητος ταῖς προσβολαῖς B καθειστήκει, τῷ θείῳ μετηρμένος φρονήματι, ὡς ἀναφανδὸν διαῤῥήδην εἰπεῖν βασιλεῖ διαμηνυσάμενον δι' ἀποδείξεων ἐντέχνων μάλιστα, ὡς φθαρτὸν πρὸ τοῦ πάθους εἴη τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, καὶ τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις ὑποκείμενον πάθεσι· καὶ οὕτω παραδοῦναι τούς τε ἱεροὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς θείους Πατέρας οὕτως εἰδέναι τε καὶ κηρύττειν. Ἃ δὴ πάντα καὶ πρὸς τὸ μοναδικὸν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας Συρίας ἐρωτῆσαν, μετὰ παῤῥησίας ἀνεῖπε, στηρίζων πάντας οὕτω φρονεῖν· καὶ οἷά τις ἀλείπτης πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα διερεθίζων, ἐκεῖνο τὸ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς πᾶσι λέγων καὶ προτιθείς· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Οἱ δὴ πάντες C τὰ παραπλήσια ζηλοῦντες διαγεγόνασι. Διά τοι ταῦτα Ἰουστινιανὸς οὕτως ἀνθιστάμενον, ὑπερόριον ἄγειν σπουδὴν ἐποιεῖτο. Ὅπερ πυθόμενος Ἀναστάσιος, συντακτήριον λόγον σχεδιάσας, Ἀντιοχεῦσι προβάλλειν ἐτίθετο· τοσοῦτον καλλιεπείᾳ καὶ τῷ πυκνῷ τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ τῷ εὐπορίστῳ τῶν γραφικῶν ῥήσεων πρὸς τὸ τῆς ἱστορίας πρόσφορον ἡρμοσμένον, ὡς ἐπὶ μᾶλλον ἄγασθαι τὸν πατέρα τοῦ λόγου, καὶ ἐπιπλεῖστον αἱρεῖσθαι θαυμάζειν. Ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας προβλεψαμένου, ὁ λόγος οὐκ ἐξεδόθη.

786 CAPUT XXXI.

Ut Justinianus mortuus sit, et de opinione et fide ejus.

Justinianus namque, cum Anastasii sacerdotumque ejus, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exsilii libellum dictaret, invisibili ictus plaga, ex vita hac excessit, triginta et octo annis mensibusque octo in imperio transactis : cum quidem Aphthartodocetarum opinionem non abolevisset, quippe qui sententiam ejusmodi ad honorem Dominici corporis magis facere existimaverit. Nonnulli certe quidem veniam illi concedunt, neque eum ob talem opinionem itidem ut hæreses alias, ab

[1] Galat. I, 9.

D ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ὡς ἐτελεύτησεν Ἰουστινιανός· καὶ περὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης.

Ὁ γὰρ Ἰουστινιανὸς τὴν ἐκείνου ἐξορίαν καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων καὶ τῶν τοῦ ἴσου ζήλου ὑπαγορεύων, ἀοράτῳ πληγεὶς μάστιγι, τὸν τῇδε βίον κατέστρεψεν· ἔτη τὰ πάντα διαγενόμενος τῇ ἀρχῇ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα σὺν μησὶν ὀκτώ· τὴν τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν μὴ ἀποτριψάμενος δόξαν, ἡγούμενος πρὸς τιμὴν μᾶλλον εἶναι τὴν δόξαν τοῦ Κυριακοῦ σώματος. Καί γε συγγνώμην τινὲς τούτῳ παρέχουσι, μὴ δεῖν εἶναί λέγοντες τὸν οὕτως ὑπειληφότα, ἐπίσης ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν, ἔξω βάλλε-

Digitized by Google

οθαι. Καὶ ζῆλον, ἐξ ὧν καὶ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν τοῖς προοιμίοις, τῆς μακαρίας λήξεως τοῦτον καταξιοῖ, οὕτω κατὰ ῥῆμα διεξιοῦσα· « Ἐπειδὴ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ δύο σύνοδοι αἱ κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον πόλιν συναθροισθεῖσαι· ἡ μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως· ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου βασιλέως ἡμῶν Κωνσταντίνου πατρὸς τῆς σῆς ἡμερότητος. » Ἀλλὰ καὶ τὰ πρακτικὰ τῆς αὐτῆς συνόδου, ἡνίκα μνείαν ἐκείνου δέοι ποιῆσαι, ἀεὶ τὸν ἐν ἁγίοις Ἰουστινιανὸν λέγουσιν· ἐν οἷς καὶ σχόλιον εὗρον, ὅτι παρ καὶ Ἰωάννης ὁ τοῦ Χαλκηδόνος ἐπικληθεὶς τὸν τῆς βασιλίδος θρόνον διέπων, ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ τεμένει τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας, κατέτος μεγαλοπρεπῆ ἐποίει ταύτῳ μνημόσυνα, πανδήμου τελουμένης τούτῳ τῆς πανηγύρεως· μνήμης δ' ἠξιοῦτο, καὶ κατὰ τὸ τῆς Ἐφέσου τέμενος, τῷ ἐπιστηθίῳ καὶ μαθητῇ ὃ ἐκεῖνος ἱδρύσατο. Πλὴν ὡς ἂν δόξῃς ἔχοι παρά τε Θεῷ καὶ ἡμῖν, τέως διὰ τοῦτό φασι καὶ τὸν ἱερὸν Εὐτύχιον διαῤῥῖψαι τοῦ θρόνου καὶ ἄλλους πολλούς. Μέλλων δ' ἐκλείπειν ὥσπερ ὁ θεῖος Κωνσταντῖνος τὴν Ἀθανασίου ἐπάνοδον, οὕτω καὶ οὗτος τὴν Εὐτυχίου ἐνδιαθήκως Ἰουστίνῳ τῷ μετ' αὐτὸν ἐνετείλατο. Ἡγοῦμαι τοίνυν, οὐκ ἀποφαίνομαι, διά τε τὰ ἄλλα αὐτοῦ κατορθώματα, καὶ τὸν πρὸς τὸ Θεῖον ἐκείνου ζῆλον, καὶ τὸ ἐν πᾶσι θεοφιλές· μεσιτεύοντος καὶ τοῦ ὑπερφυοῦς ἔργου τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας νεὼ, εἴ τί περ τέως προσῆν ἐκείνῳ ἐλάττωμα ἐπικαλυφθήσεσθαι τῇ ἀπείρῳ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ.

Ecclesia proscribendum esse dicunt. Id ex præfatione sextæ synodi magis liquet, quæ Justinianum beata quiete dignatur verbis ejuscemodi : « Quandoquidem sanctæ et œcumenicæ duæ synodi, quæ in imperante hac et religiosa urbe coactæ sunt, altera quidem Justiniani divinæ memoriæ temporibus, altera vero sub piæ recordationis imperatoris nostri Constantini clementiæ tuæ parentis, etc. » Sedenim acta quoque ejus concilii, cum mentio ejus facienda est, semper eum qui in sanctis est Justinianum dicunt. In quibus et scholium sive brevem adnotationem inveni, quod Joannes Chalcedonis filius, cum Constantinopolitanæ præesset Ecclesiæ, Alexii Comneni ætate, in ipso Dei Verbi Sapientiæ templo quotannis magnifice memoriam ejus celebrarit, populi universi concione ad rem divinam coacta. Memoria ejus Ephesi quoque, in delubro discipuli ejus qui supra pectus Salvatoris recubuit, culta, quod delubrum ipse Justinianus construxerat. In quacunque vero ille demum apud Deum et homines est existimatione, tum quidem hanc etiam ob causam illum sacrum Eutychium atque alios plures throno expulisse aiunt. Cæterum moriturus, sicuti divus Constantinus Athanasii, ita et hic Eutychii restitutionem in testamento Justino successori suo mandavit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipsius egregie et recte facta, et præstantem in divinum Numen æmulationem, piamque in omnibus religionem, interveniente quoque mirifico Dei Verbi Sapientiæ templi opere, **787** si quid tum in eo est desideratum, id infinita Dei misericordia resarctum et contectum iri.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τῶν Αὐξουμιτῶν, ὡς τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἠσπάσαντο· καὶ περὶ ἄλλων τινῶν.

Τούτου δ' ἔτι τῇ βασιλείᾳ ἐμπρέποντος, ὁ τῶν Αὐξουμιτῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Ἑλληνίζων, μάχην συνεκρότει μετὰ τῶν Ὁμηριτῶν Ἰνδῶν αἱρουμένων Ἰουδαΐζειν, πρόφασιν δεδωκότων τῆς διαμάχης Ῥωμαίων. Διὰ γὰρ τοῦ Ὁμηρίτου τῇ Αἰγύπτῳ προσεγγίζοντος, πρὸς Αὐξουμίτας εἰσήγοντο, τὰ παρ' ἀλλήλων διδόντες τε καὶ λαμβάνοντες. Καὶ δὴ ὑπὸ Δάμνου τοῦ τῶν Ὁμηριτῶν κατάρχοντος ἐπιβουλευομένων Ῥωμαίων, συνέβαινε τὴν πρὸς Αὐξουμίτας πάροδον ἐμποδίζεσθαι. Καὶ ἀνιώμενος ἐπὶ τούτοις, εἰς μάχην τοῖς Ὁμηρίταις καθίστατο, Θεῷ τῷ τῶν Χριστιανῶν ἐπευχόμενος ὡς εἰ περιγένοιτο τῶν Ὁμηριτῶν, τὰ Χριστιανῶν ἑλέσθαι. Καὶ συῤῥαγεὶς μάχῃ κατακράτος νικᾷ, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον Δάμνον ζωγρίαν χειροῦται· καὶ τὴν ὑπόσχεσιν διδοὺς τῷ Θεῷ Δαυὶδ ὁ Αὐξουμίτης, ἐς Ἰουστινιανὸν ἔστελλε πρέσβεις, ὅσα νόμιμα Χριστιανοῖς πράττειν αὐτοῖς. Ὁ δὲ λίαν ἡσθεὶς, ἄνδρα ἅγιον χειροτονήσας ἐκείνοις ἐπίσκοπον ἔπεμπεν· ὃς πολλοῖς τῶν ἀγαθῶν ἔργοις σύμπαν τὸ ἔθνος ὑπηγάγετο καὶ ἐβάπτισεν. Ἐκ ταύτης δὴ τῆς προφάσεως καὶ τὰ ἐνδότερα τῶν Ἰνδῶν ἔθνη τὸν Χριστιανισμὸν ἐπεσπάσαντο. Ἤλθη δ' ἐκεῖθεν πρώτως εἰς τὴν Κων-

CAPUT XXXII.

De Auxumitis, ut Christianum cultum susceperint : et de aliis quibusdam.

Eo vero adhuc imperium gubernante Auxumitarum Indorum rex, Græcorum sacrorum consectator, prælium cum Homeritis Indis, Judaicam religionem colentibus, commisit, belli ejus causam Romanis præbentibus. Per Homeritas enim, qui Ægypto appropinquant, mercedes ultro citroque datæ et acceptæ, ad Auxumitas inferebantur. Porro cum ab Homeritarum principe Damno Romani insidiis expetiti essent, ut profectio ad Auxumitas impediretur, accidit. Quare ad animi acerbitatem commotus Auxumita, bellum contra Homeritas movit, voto Christianorum Deo nuncupato, illorum se sacra suscepturum esse, si victoriam ab Homeritis reportaret. Itaque conflictu facto, victor fortiter evadit, ipsumque illum Damnum vivum capit : et votum Deo David Auxumita persolvens, ad Justinianum legatos mittit, ut quæ solemnia Christianis essent, ipsis præstaret. Justinianus autem valde ea re delectatus, delectum virum sanctum, episcopum eis misit, qui plurimis bonis operibus gentem eam omnem subegit et baptizavit. Atque ex hujusmodi sane causa interiores etiam Indorum populi Christianismum sunt com-

Digitized by Google

plexi. Et tum primum inde sericum (1) Constantinopolim est allatum. Prodigia quoque quamplurima Justiniano imperante exstitere. Ingentes terræmotus, concussiones et hiatus, stellarum faces admirandæ, atque exundationes maris, quod prope ad quatuor milliaria in Thraciam excurrit. Et catellus cæcus novas quasdam res peragebat, atque cuilibet suum tribuebat, et arcaniora quædam signis commonstrabat (1). In pontifices etiam, quos admodum de Sodomorum hæresi insanire compererat, acerbe, seu potius fœde, Justinianus animadvertit. Et cum fames Byzantii increbuisset, rerum necessariarum inopia, imperator secunda statim jejunii hebdomade, carnes in foro venales proponendas promulgavit. Et hoc quidem sic per vim actum. Populus autem, **788** qui pietatem sibi consectandam statuisset, neque eas emebat, neque edebat, mortem sibi potius adeundam esse censens, quam ut quidquam de patriis moribus et traditionibus mutaret. Hæc de Justiniano dicta sint. Faciendum autem mihi esse statui, ut Justini etiam imperium libro huic intexerem : ut prochive esset lectori trium principum Justini, Justiniani et Justini junioris ecclesiasticas actiones cognoscere.

CAPUT XXXIII.

De Justini junioris imperio, moribusque ejusdem.

Verum enimvero ejuscemodi opinioni addictus, eam ob causam turba et tumultu plena omnia reliquens, ad alterum illum rerum statum Justinianus transiit; et in magnifico monumento, ab ipso lapide Sardio in Apostolorum templo constructo, sepultus est ad dextram eam ædem ingredienti partem. Filius vero sororis ejus Justinus junior, cui imperialis aulæ administratio credita fuerat (curatorem palatii Romanorum lingua vocat), purpuream vestem et reliqua imperii insignia sumpsit, cum nondum quisquam præter familiares ejus, vel Justiniani mortem, vel ipsius successionem nosset; quoadusque derepente in Hippodromo apparuit, quæ imperatorum essent, more solito acturus simul et passurus. Atque ubi res, ita ut ei videbatur, prospere succederet, neque quisquam per res novas rebus ejus resisteret, in aulam revertitur, et primam scripto jussionem promulgat, qua omnibus ubique episcopis et sacerdotibus exsilium, in quod propterea acti fuerant, quod periculum pro recta religione adiissent, remisit; eosque sedes suas recipere, et religionem more solito colere, neque quidquam postea de fide novare præcepit. Hoc ille, sic ut dignum erat et

(1) Metaxa sericum villosum dici videtur, quod velutum vulgo vocant. Quadam ex parte hanc dictionem retulerunt Bohemi, qui sericum tale *Axamit* appellant. Metaxæ mentio fit l. *latas*. C. De murileg. et gynæciar. lib. *n*. Et metaxariorum negotiatorum, l. fin. C. De pignor. Serici usus e Persis ad Græcos hoc tempore transiit, jampridem

σταντίνου ἡ μέταξα· καὶ σημεῖα δὲ πάμπλειστα Ἰουστινιανοῦ τὴν ἀρχὴν διιθύνοντος ἐγεγόνει· ἐξαίσιοί τε γὰρ σεισμοὶ, καὶ βρασμοὶ γῆς καὶ χάσματα καὶ ἀστέρων φαύσεις παράδοξοι· ἐκτροπαί τε θαλάσσης ὡσεὶ μίλια τέσσαρα ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἐπεξιούσης· κυνίδιόν τε φωτὸς ἄμοιρον καινά τινα διαπραττόμενον, καὶ ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον ἀπονέμον, καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἀπορρητοτέρων διασημαῖνον· πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων περὶ τὴν Σοδόμων αἵρεσιν μεμηνότας εὑρὼν, πικρῶς, μᾶλλον δὲ αἰσχρῶς ἐκολάσατο. Ἐπιγεγονότος δὲ καὶ λιμοῦ ἐν Βυζαντίῳ, τῶν ἀναγκαίων ἐπιλελοιπότων, ὁ βασιλεὺς τῇ δευτέρᾳ τῶν νηστειῶν ἑβδομάδι, κρέα προθεῖναι τῇ ἀγορᾷ διηγόρευε. Καὶ τοῦτο μὲν τῇ βίᾳ ἐγίνετο. Ὁ δὲ λαὸς εὐσεβεῖν αἱρούμενος, οὔτ' ὠνεῖτο οὔτ' ἤσθιε· θανεῖν μᾶλλον ἡγούμενος αἱρετώτερον, ἢ τι τῶν πατρίων μετακινεῖν ἐθῶν τε καὶ παραδόσεων. Καὶ περὶ μὲν Ἰουστινιανοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· δεῖν δέ μοι λελόγισται καὶ τὴν Ἰουστίνου ἀρχὴν τῷ παρόντι τόμῳ μάλα ἐντάξαι· ἵνα ἐκ τοῦ προχείρου εἴη τῶν τριῶν τούτων, Ἰουστίνου, Ἰουστινιανοῦ καὶ Ἰουστίνου τὰς ἐκκλησιαστικὰς πράξεις ἀναλεγομένῳ ῥᾷστα μανθάνειν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ νεωτέρου βασιλείας, καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ.

Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς τῇ τοιαύτῃ δόξῃ προσκείμενος, κἀντεῦθεν ταράχου πλήρη καὶ θορύβου τὰ πάντα λιπὼν, πρὸς τὴν ἐκεῖσε μετεχώρει κατάστασιν· ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ ἀνεγερθέντι ἡρῴῳ πρὸς τῷ νεῷ τῶν ἀποστόλων λίθῳ Σαρδίῳ τεθεὶς, ἐς δεξιὰ εἰσιόντι τὸν δόμον. Ὁ δ' ἐκείνου ἀδελφιδοῦς Ἰουστῖνος ὁ νέος, τὴν τῶν ἀνακτόρων πεπιστευμένος διοίκησιν, ὃν κουροπαλάτον ἡ Ῥωμαίων εἶποι φωνὴ, τὴν ἀλουργὸν ἐσθῆτα καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας περιτίθεται σύμβολα· μή πώ τινος πλὴν τῶν ἀμφ' αὐτὸν, μήτε τὴν Ἰουστινιανοῦ ἀποδίωσιν, μήτε μὴν τὴν ἐκείνου ἐγνωκότος ἀνάῤῥησιν· ἕως οὗ κατὰ τὴν Ἱπποδρομίαν αἴφνης ἐφάνη τὰ συνήθη τῇ βασιλείᾳ δράσων τε καὶ πεισόμενος. Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκείνῳ ἐδόκει συνέβαινε μή τινος νεωτερισθέντος τῷ πράγματι, ἐπανῆκεν αὖθις εἰς τὰ βασίλεια. Καὶ πρώτη αὐτῷ ἔγγραφος ἐγίνετο κέλευσις λύουσα τοῖς ἑκασταχοῦ ἱερεῦσι τὰς ὑπερορίους φυγὰς, ἃς πεπόνθασιν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς θρησκείας προκινδυνεύοντες· καὶ τοὺς οἰκείους θρόνους ἀπολαμβάνοντας, κατὰ τὸ εἰωθὸς θρησκεύειν, καὶ μηδέν τι τοῦ λοιποῦ περὶ τὴν πίστιν ἐπικαινουργεῖν. Τοῦτο μὲν ἄξιον καὶ ὡς χρεών γε ὂν τῷ βασιλεῖ διεπράχθη, τὰ δ' ἄλλα οὐ κατὰ μόναρχον ἦν· τὸν γὰρ βίον μά-

desitus. (Egnat.)

(2) Designabat is mulieres uterum gestantes, scortatores, adulteros, avaros, magnanimos. Quapropter spiritum Pythonis habere creditus est. Andreas quidam Italicus circulator eum habuit et circumduxit. (Diac.)

Digitized by Google

λιστα ἐκδεδιητημένος ὢν, τρυφαῖς καὶ ἡδοναῖς ἀτόποις ἐσχόλαζεν· ἐκτόπως τε καὶ οὗτος ἐπίσης τῷ θείῳ, ἥττων αἰσχρῶν λημμάτων καθεστηκὼς, τῶν ἀλλοτρίων ὑπερφυῶς ἦρα. Καὶ μήτοι γε τὰ κοινὰ κέρδους ἀθέσμου ἀπεμπολῶν ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς ἱερωσύναις τὰ παραπλήσια δρᾷν, οὐδαμῶς εὐλαβούμενος· ὠνίους γὰρ καὶ ταύτας προτιθέμενος, τοῖς προστυχοῦσιν εὐώνως ἐπίπρασκε. A

imperatorem decebat, peregit. In rebus cæteris nihil quod monarchæ esset, habebat. Nam intemperanter maxime et dissolute vivens, deliciis et voluptatibus vacabat. Supra modum vero et iste, perinde atque avunculus, turpi lucro victus, aliena appetebat. **789** Et non modo publica commoda illicita mercede venalia habebat, verum etiam de sacerdotiis idem facere haudquaquam verebatur. Nam et hæc venum exposita quibusvis pretio vili vendebat.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Ὡς ἀνεῖλεν Ἰουστῖνος τὸν συγγενῆ Ἰουστῖνον· ἔτι καὶ Αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον τοὺς ἀλιτηρίους.

CAPUT XXXIV.

Ut is Justinum cognatum suum, item Ætherium et Addæum, homines impios et perniciosos, occiderit.

Δειλὸς δὲ ὢν φύσει, θράσει μᾶλλον συνείχετο· καὶ ἄμφω κακίστω παθῶν. Καὶ δὴ τὸν συγγενῆ Ἰουστῖνον διὰ φήμης ὄντα τῷ πλήθει, καὶ ταῖς κατὰ πόλεμον ἐμπειρίαις περιφανῆ, καὶ ταῖς ἄλλαις τῶν τιμῶν ἀναβάσεσι, μετεστέλλετο, ἀμφὶ τὸν Ἴστρον ποιούμενον τὰς διατριβὰς καὶ τὰς ἐκείσε τῶν Ἀβάρων ἐκδρομὰς εἴργοντα· ἀμαξόβιοι δὲ Σκυθαι οἱ Ἄβαρες· νέμονται δὲ ἄρα ὅσα πεδία ὑπὲρ τὸν Καύκασον. Ἀνάστατοι δὲ ἀθρόον ἐγένοντο πρὸς τῶν Ὑπερβορέων Περσῶν· κακῶς γὰρ πρὸς αὐτῶν πάσχοντες, φυγῇ χρώμενοι, ἀμφὶ τὸν Βόσπορον ἦκον, καταλιπόντες τὰς τοῦ Εὐξείνου πόντου ἠϊόνας. Ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βάρβαρα καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων δ' ἔνια ἐξῳκίσθησαν, καὶ πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, καί τινες προσορμίσεις, ἢ στρατιωτῶν ἀπομάχων γινομένων, ἢ καὶ ἀποικιῶν πρὸς τῶν βασιλέων στελλομένων, τὴν πόρευσιν ἐποιοῦντο, πρὸς τοὺς ἐν ποσὶ βαρβάρους ἀνθαμιλλώμενοι· ἄχρις οὗ πρὸς τὰς παριστρίους ἠϊόνας ἰόντες, πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν αὐτοκράτορα διεπρεσβεύσαντο. Ἐκεῖθεν τοίνυν ὁ ῥηθεὶς Ἰουστῖνος μεταπεμφθεὶς, οἷα δὴ τῷ νέῳ βασιλεῖ συμμεθέξων τῶν συγκειμένων, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπολαύσων. Παραπλησίως γὰρ ὄντες τῷ τε γένει καὶ τῇ κατὰ κόσμον κενότητι, πρὸς ἀμφοτέρους καὶ τὴν βασιλείαν ταλαντευομένην εἶχον. Σύμφωνοι δὲ μόλις ἦσαν πολλῶν ἀμφιλόγων γεγενημένων· ὥσθ' ὁπωτέρῳ γένοιτο παριέναι ἐς τὴν ἀρχὴν, θατέρῳ τὴν μετ' ἐκεῖνον δοῦναι καθέδραν, ὡς συμβαίνειν ἐκ τῶν δευτερείων τῆς βασιλείας τὰ πρωτεῖα τῶν ἄλλων φέρεσθαι. Ἥκοντα τοίνυν, πολλῇ τῇ ἔξωθεν πρὸς αὐτὸν ἐχρῆτο φιλοφροσύνῃ· καὶ οἷα στρατηγόν τε περίδοξον καὶ προσήκοντα γένει, ποικίλως ἐδεξιοῦτο. Ἔπειτα αἰτίας δή τινας ἐπιπλάττων, ῥῆμα παρῃρεῖτο, ὅσοι δῆτ' ἐκείνῳ ὑπασπισταὶ καὶ δορυφόροι καὶ σωματοφύλακες ἦσαν· καὶ τὰς αὐτοῦ πρόοδους ἀνεῖργε· καὶ τέλος εἶχοι περικλείσας αὐτὸν, ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου περιφανῆ πόλιν ἐπὶ πόρρω νυκτῶν κλινοπετῆ καθεστῶτα, δειλαίῳ μόρῳ ἀνῄρει. Ταύτην ἀμοιβὴν ὁ γεννάδας ἐκεῖνος τῆς περὶ τὸ ὁμόφυλον εὐνοϊκῆς διαθέσεως καὶ ταῖς κατὰ τῶν πολεμίων ἀπείροις νίκαις ἀπενεγκάμενος. Οὐ πρότερον δὲ τῆς κατ' B C D

Et cum natura timidus esset, ferocem se magis exhibebat, perturbationi utrique turpissime obnoxius. Itaque cognatum suum Justinum, cujus præclara vulgo fama erat, virum bellicis artibus aliorumque honorum gradibus illustrem, accivit, qui ad Istrum excubabat, et excursionibus Abarum (1) ibi obviam ibat. Abares autem Scythæ sunt, ἀμαξόβιοι, hoc est, in plaustris degentes, et campos qui ultra Caucasum sunt, incolentes. Inde autem confertim universi ab Hyperboreis Persis, a quibus male accipiebantur, pulsi, fuga sibi consuluere : et ad Bosporum, Euxini Ponti littoribus relictis, ubi multæ barbaræ gentes consederant, pleræque a Romanis sedibus suis exactæ, urbes quoque, castella et navalia, cum vel milites veterani vacationem militiæ obtinuissent, et loca ea recepissent, vel imperatores colonias eo deduxissent, constructa erant, venere : et inde expeditionem contra eos qui illis obvii fierent, barbaros suscepere, donec ad Istri ripas venientes, ad Justinianum imperatorem legationem misere. Ex eis locis Justinus, quem dixi, evocatus est, perinde atque particeps fieri cum novo imperatore pactorum conventorum imperioque frui deberet. Quod namque et genere et mundana ista vanitate pares essent, ex æquo etiam ad utrumque imperium pertinebat. Post multas namque disceptationes tandem illis convenerat, ut qui imperii administrationem consequeretur, alteri proximum honorem concederet, ita ut is ex secundis imperii partibus primas præ aliis ferret. Adveniente igitur eo, multa benignitate, sicuti præ se tulit, erga hominem imperator est usus, eumdemque ut ducem insignem, et genere sibi propinquum, varia humanitate tractavit. Deinceps autem causas quasdam commentus, paulatim quos ille milites, satellites et corporis custodes habebat, illi detraxit, progredique eum in publicum vetuit : et postremo in celeberrima **790** Alexandriæ urbe domi clausum, ita ut in lecto jacebat, in multa nocte miseranda cæde sustulit. Hanc generosus ille vir benevolæ propter cognationem affectionis, plurimarumque

(1) Abarum nomen adhuc in Hungaria retinet *Sabaria*, divi Martini patria. Ilis quoque Bavaros nomen suum acceptum ferre debere verisimile est.

Digitized by Google

ab hostibus victoriarum mercedem tulit (1). Neque vero prius et ipse Justinus et conjux ejus Sophia conceptam adversus illum iram remiserunt, aut exspectatione gravium malorum liberati sunt, quam caput ipsius allatum inspexerunt : cui etiam pedibus proculcato per risum illuserunt. Non multum intercessit temporis, cum et Ætherium simul et Addæum, principes senatus, qui res magnas sub Justiniano administraverant, læsæ majestatis legibus interrogat. Atque Ætherius quidem in quæstione graviter tortus, voluisse se veneno imperatorem tollere, consiliique ejus conscium atque in rebus omnibus socium sibi fuisse Addæum, confessus est. Hic autem gravi jurejurando se nihil earum rerum scire confirmavit. Verum utrique caput amputatum. Addæus cum jugulari deberet, per meram calumniam crimen id sibi objectum esse, de quo accusatus esset dixit. Vindicta autem divina, quæ omnia perspiciat, se merito supplicium pati, propterea quod incantationibus quibusdam Theodotum aulæ præfectum sustulerit. Sedenim quomodo hæc ultione cœlesti acta sint, non est mihi dicere promptum. Ambo tamen nefarii perniciosique fuere : Addæus quidem puerorum masculorum corruptor; Ætherius autem sycophanta magnus, qui per calumniam vivorum et mortuorum bona impudenter atque crudeliter devorare, rapereque sub imperatoriæ domus prætextu, cui sub Justiniano præfuit, solitus esset, ea re illi perquam utilis. Atque hæc quidem ad hunc modum sese habuere.

A ἐκείνου μήνιδος ἔλῃγεν αὐτός τε καὶ ἡ ἐκείνου γαμετὴ Σοφία, καὶ τῆς προσδοκίας ἀπήλλακτο τῶν δεινῶν, ἄχρις οὗ τὴν ἐκείνου κεφαλὴν κομισθεῖσαν τεθέαντο· ἦν τοῖς ποσὶν ἐκλακτίζοντες, διετώθαζον ἐγγελῶντες. Οὐ πολλοῦ δὲ διαγενομένου χρόνου, καὶ Αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον, τὰ πρῶτα τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τὰς μεγάλας τῶν διοικήσεων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ διοικήσαντας, καθοσιώσεως ὑπῆγεν ἐγκλήματι. Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθέριος δεινῶς ἐταζόμενος, ὡμολόγει βουλόμενος φαρμάκοις ἀνελεῖν τὸν κρατοῦντα· εἶναι δέ οἱ τῆς τοιαύτης βουλῆς κοινωνὸν ἐφ' ἅπασι τὸν Ἀδδαῖον. Ὁ δὲ ὄρκοις δεινοῖς ἑαυτὸν ἠσφαλίζετο, μηδὲν εἰδέναι τῶν εἰρημένων. Οἱ μὲν οὖν καὶ ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· Ἀδδαίου ἐν τῷ μέλλειν κτείνεσθαι φήσαντος συκοφαντίαν μὲν κενὴν ὑποσχεῖν οἷς κατηγόρηται· πρὸς δὲ τῆς ἐφόρου δίκης πάσχειν ἐνδίκως, οἷς ἀνέλοι τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον Θεόδοτον γοητείαις τισίν. Ἀλλ' ὅπως μὲν ταῦτα τῇ θείᾳ δίκῃ πέπρακται, ἐμοὶ μὲν λέγειν οὐκ εὐχερές. Πλὴν καὶ ἄμφω ἀλιτηρίω μάλιστα ἦστην, Ἀδδαῖος μὲν παῖδας ἄῤῥενας διαφθείρων, Αἰθέριος δὲ συκοφαντίαις χαίρων· καὶ τῶν τε ζώντων καὶ τεθνεώτων τὰς περιουσίας τῷ τρόπῳ τούτῳ ἀπηνῶς κατεσθίων καὶ ληΐζόμενος, πρόσχημα περιβεβλημένος τὴν βασιλέως οἰκίαν, ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προειστήκει, μάλα ἐκείνῳ χρειώδης γεγενημένος. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

B

791 CAPUT XXXV.

De edicto litteris de fide publicato, quod Justinus ad omnes ubique misit ecclesias, ne quid in professione fidei novaretur.

Justinus autem edictum derepente compositum ad Christianos ditionis suæ omnes misit, ut nihil in ecclesiis novarent, sed antiquis Patrum decretis insistentes, recte divinum Numen colerent atque adorarent. Scriptum de fide hisce fuit verbis conceptum : « In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei nostri, imperator Cæsar Flavius Justinus, fidelis in Christo, clemens, maximus, beneficus, Alanicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Herculicus, Gepidicus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper colendus Augustus. *Pacem meam do vobis*, inquit Dominus Christus, verus Deus noster : *pacem meam relinquo vobis*, idem promulgat hominibus omnibus. Id vero aliud non est, quam ut in eum credentes, in unam et eamdem Ecclesiam conveniant, consentientes quidem animis in recta Christianorum sententia, aversantes autem eos qui contraria dicunt aut opinantur. Primaria namque salus hominibus omnibus constituta est ipsa rectæ fidei confessio. Quam-

C

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ τοῦ προγράμματος τῆς πίστεως, ὃ Ἰουστῖνος ταῖς ἁπανταχοῦ ἔπεμπεν ἐκκλησίαις, ὥστε μηδέν τι περὶ τὴν πίστιν νεωτερίζεσθαι.

Ὁ δὲ Ἰουστῖνος γράμμα σχεδιάσας τοῖς ἀνὰ τὸ ὑπήκοον πᾶσι Χριστιανοῖς διεπέμπετο, ὥστε μηδέν τι περὶ τὰς ἐκκλησίας νεωτερίζεσθαι· τοῖς ἐκ παλαιοῦ δὲ τῶν Πατέρων ὅροις ἐμμένοντας, θρησκεύειν ὀρθῶς τὸ θεῖον γεραίροντας. Τὸ δὲ ὑπὲρ τῆς πίστεως πρόγραμμα τούτοις συγκείμενον τοῖς ῥήμασιν ἦν· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος Ἰουστῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, ἥμερος, μέγιστος, εὐεργέτης, Ἀλαμανικός, Γοτθικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Φραγκικός, Ἐρκουλικός, Γηπεδικός, εὐσεβής, εὐτυχής, ἔνδοξος, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος. *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*, φησὶν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν· *εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν*, ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. Οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν, ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν, ἀποστρεφομένους δὲ τοὺς τἀναντία λέγοντας

D

(1) Sub Justino Narses eunuchus, apud eum Sophia Augusta criminante delatus, et ad pensa ancillarum vocatus est. Quam ille indignitatem non ferens, Langobardos in Italiam allexit. Qui deinde Romæ mortuus est. Langobardi Pannonia Hunnis Attilæ reliquiis, a quibus Hungaria denominata est, relicta, in Italiam venerunt, rege Alboino ducente : et Veronam, Vicentiam, Mediolanum, etc., per deditionem receperunt. (Blond). Et ab Alboino rege usque ad Desiderium per ducentos et quatuor annos tenuerunt. (Egnat.)

Digitized by Google

ἢ δοξάζοντας· πρώτη γὰρ σωτηρία καθέστηκε πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς κατακολουθοῦντες παραγγέλμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ἥτοι μαθήματι τῶν ἁγίων Πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην προτρεπόμεθα πάντας συνελθεῖν, πιστεύοντες εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν λόγῳ καὶ πράγματι, καὶ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις δοξάζοντες· εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα· μονάδα γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι προσκυνοῦμεν, παράδοξον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν. Μονάδα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἤγουν θεότητα, Τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις ἤτοι πρόσωπα. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. Ἐν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἓν τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης· Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱόν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅταν ἕκαστον πρόσωπον καθ' ἑαυτὸ θεωρῆται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· Θεὸν τὰ τρία μετ' ἀλλήλων νοούμενα τῷ ταυτῷ τῆς κινήσεως καὶ τῆς φύσεως. Ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, ἤγουν ἰδιότητας, κηρύττειν. Ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα, ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς· ὃς ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἴσος· οὐδὲ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐδέξατο ἡ ἁγία Τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Θεοῦ Λόγου· ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς σαρκί, καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον σαρκωθέντα καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντα· καὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος· τό τε ἑκούσιον πάθος καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ κατεδέξατο. Καὶ Θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀθετοῦμεν τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀρνούμεθα τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ Θεόν. Ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, θεότητος

propter et nos evangelica præcepta, et sanctorum Patrum sacrum Symbolum sive doctrinam consectantes, ut ad unam eamdemque Ecclesiam et sententiam simul accedant, omnes cohortamur, credentes in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Trinitatem ὁμοούσιον, consubstantialem, Deitatem sive naturam et essentiam verbo et reipsa unam. Unam etiam virtutem et potestatem et ἐνέργειαν, hoc est, efficaciam in tribus subsistentiis seu personis profitentes, in quas baptizati sumus, in quas credimus, et quibus professione addicti sumus. Unitatem siquidem in Trinitate, et Trinitatem in unitate adoramus, distinctionem simul et unionem, præter opinionem omnem, habentem. Unitatem quidem secundum essentiam sive Deitatem : Trinitatem vero secundum proprietates sive subsistentias seu personas. Distinguitur namque indistincte, ut ita dicamus et conjungitur distincte, siquidem unum est in tribus ipsa Deitas : et tria, in quibus Deitas est, seu, quod certius dicitur, quæ Deitas sunt, unum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, **792** cum persona quæque per seipsam spectatur, mentis ipsius sensu, quæ insegregabilia sunt, segregante : Deum unum tria hæc simul mentis acumine intellecta, propter eumdem motum et naturam eamdem. Quandoquidem peropus est, et unum Deum profiteri, et tres subsistentias sive proprietates prædicare. Confitemur vero ipsum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum (1), ante sæcula quidem et absque tempore ex Patre genitum, non factum. In extremis autem diebus, propter nos, et propter nostram salutem, descendisse de cœlis : et incarnatum ex Spiritu sancto, et Domina nostra sancta gloriosa Dei Genitrice et semper Virgine Maria, et ex ipsa natum esse. Qui est Patri et Spiritui sancto æqualis. Non enim quartæ, per incarnationem unius, ex sancta Trinitate Dei Verbi, personæ accessionem suscepit Trinitas sancta, sed est unus et idem Dominus noster Jesus Christus, consubstantialis Patri et Deo juxta divinitatem, et idem consubstantialis nobis secundum humanitatem : passioni obnoxius carne, et passionis idem expers divinitate. Namque non alium Deum Verbum, quod miracula edidit, et aliud quod passum est, novimus : verum unum et eumdem confitemur Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum incarnatum, et perfecte hominem factum : nec non unius et ejusdem miracula simul et passiones, quas voluntarie carne sustinuit, propter nostram salutem. Non enim homo aliquis seipsum pro nobis tradidit : sed ipse Deus Verbum immutabili modo homo factus est, spontaneam simul passionem et mortem pro nobis carne subiit. Atque dum Deum ipsum esse confitemur, non inficiamur eum etiam hominem esse. Et hominem ipsum

(1) In Verbo intelligo verum Dei Filium. In carne agnosco verum hominis Filium, et utrumque simul in una persona Dei et hominis ineffabili gratiæ largitate conjunctum. (Aug. *De Trin.* lib. XIII, cap. 19.)

Digitized by Google

confitentes, Deum ipsum quoque esse non negamus. Proinde unum et eumdem ex utraque divinitatis scilicet et humanitatis natura compositum, profitentes Dominum nostrum Jesum Christum, unione confusionem non inducimus. Non enim quod secundum nos homo factus est, propterea Deus esse desinet. Neque sane quod Deus natura est, et in eum similitudo nostræ naturæ non cadit, propterea homo esse negabitur. Verum quemadmodum in humanitate Deus, ita nihilominus in sublimitate Deitatis homo permanet : utrumque vero in eodem est, et unus Deus simul, et homo, ipse Emmanuel (2). **793** Porro eumdem confitentes in divinitate perfectum atque etiam in humanitate perfectum, ex quibus etiam compositus est, divisionem aut sectionem in partes, una ejus composita subsistentia, non inducimus. Differentiam vero naturarum, quam unio non tollit, indicamus. Nam neque natura divina in humanam est versa, neque humana natura in divinam mutata. Intelligentiæ autem acie utramque considerante, et potius utraque in propriæ naturæ fine et ratione exsistente, factam quidem unionem dicimus, secundum subsistentiam : ipsa vero secundum subsistentiam unio ostendit Deum Verbum, hoc est, ex tribus Deitatis subsistentiis subsistentiam unam, non præexsistenti homini unitam esse, sed eam in utero Dominæ nostræ sanctæ et gloriosæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria subsistentia carnem nobis ὁμοούσιον, consubstantialem, et eisdem perpessionibus per omnia obnoxiam, absque peccato, anima rationali et intellectuali animatam. In ipsa namque subsistentiam habuit, et homo factus est. Et est unus atque idem Dominus noster Jesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto conglorificatur. Cæterum ineffabilem ejus unionem considerantes, recte naturam unam Dei Verbi incarnatam carne, quæ anima rationali et intellectuali est animata, profitemur. Rursum differentiam naturarum contemplantes, eas duas (3) esse dicimus, divisionem nullam introducentes. Utraque enim natura in eo est. Unde unum et eumdem profitemur Christum : unum Filium, unam personam, unam subsistentiam, Deum simul et hominem. Omnes vero qui aliter vel senserunt, vel sentiunt, anathemati subjicimus, alienos eos esse a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia judicantes. Itaque cum recta et a sanctis Patribus nobis prodita dogmata sic prædicentur, universos vos ut in unam et eamdem catholicam et apostolicam Ecclesiam conveniatis,

καὶ ἀνθρωπότητος, σύνθετον ὁμολογοῦντες, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. Οὐ γὰρ ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι Θεὸς ἀπολέσει· οὔτε μὴν ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαράδεκτον ἔχει, καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. Μεμένηκε δὲ ὥσπερ ἐν ἀνθρωπότητι Θεὸς, οὕτω καὶ ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ἄνθρωπος ὤν, οὐδὲν ἧττον· ἄμφω δὲ ὢν ἐν ταυτῷ, καὶ εἷς Θεὸς ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος ὁ Ἐμμανουήλ. Τὸν αὐτὸν δὲ ὁμολογοῦντες ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, διαίρεσιν μὲν τὴν ἀναμέρος ἢ τομὴν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑποστάσει· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν. Οὔτε γὰρ ἡ θεία φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπείαν μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰς τὴν θείαν ἐτράπη. Νοουμένης δὲ καὶ ὑπαρχούσης μᾶλλον ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ τε καὶ λόγῳ, πεπρᾶχθαι μὲν τὴν ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, τουτέστιν ἡ μία ὑπόστασις τῶν τριῶν τῆς Θεότητος ὑποστάσεων, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐδημιούργησεν ἑαυτῇ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθῆ κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἔσχε τὴν ὑπόστασιν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἐννοοῦντες δὲ αὐτοῦ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην σαρκὶ ἐψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. Καὶ πάλιν ἐν θεωρίᾳ λαμβάνοντες τὴν τῶν φύσεων διαφοράν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν οὐδεμίαν εἰσάγοντες· ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ· ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν, Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον. Πάντας δὲ τοὺς παρὰ ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν, ἀλλοτρίους κρίνοντες τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Τῶν ὁρθῶν τοίνυν δογμάτων τῶν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδεδομένων ἡμῖν κηρυττομένων, προτρέπομεν ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν. Μᾶλλον δὲ παρακαλοῦμεν· οὐ γὰρ ὀκνήσαιμεν κἂν ἐν ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμὲν, τοιούτοις χρήσασθαι ῥήμασιν, ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης τε καὶ ἑνώσεως, ἐκ τοῦ μίαν ἁπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ

(2) Salus credentium mysterium Trinitatis est. (Hieron.) — Deum esse multis notum est. Sed quod Pater sit et Filium habeat, paucis (Aug.). — *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus*, etc. (*Joan.* xvii.) — Et creditur a nobis sine confusione conjuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. (Aug.) — Εἷς Θεὸς ἐν τρισὶ, καὶ τὰ τρία ἕν· Unus Deus in tribus, et tria hæc unum. Unus Deus Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia : et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. Eo, *ex quo* et *per quem* et *in quo*, non naturas dissecantibus, verum unius et inconfusæ naturæ proprietates designantibus. Atque id ex eo clare patet, quod in unum rursus colliguntur. Ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia : ipsi gloria in sæcula, Amen. (Greg. Nazianz.)

(3) Duæ naturæ Christi in unam coeuntes dominationem et deita em. (Theologus.)

Digitized by Google

μεγάλῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. Τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδένα προφασιζόμενον περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν· ὅτι πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὀρθὴν πίστιν τε καὶ ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι τοῦ μέχρι νῦν κρατοῦντος ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ πάντων βεβαίου τε καὶ ἀκαινοτομήτου καὶ εἰς τὸν ἐξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. » Τῷ μὲν οὖν ἰδίκτῳ τούτῳ πάντες οἱ ἑκαστοχοῦ συγκατετίθεντο ἱερεῖς, ὀρθῶς ἐκφωνηθῆναι λέγοντες· οἱ δ' ἀποδιῃρημένοι ἐπὶ τοῦ σχίσματος ἔμενον, ἤκισθ' ἑνοῦσθαι θέλοντες, οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλ' ὅτιπερ ῥητῶς οὕτω πρὸς τῷ τέλει τοῦ γράμματος εἴρηκε, τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον πεφυλάχθαι ταῖς ἐκκλησίαις καὶ κατὰ τὸν ἐξῆς ἐσόμενον χρόνον.

A hortamur, seu potius rogamus. Non enim grave nobis est, quamvis in fastigio imperii collocati simus, Christianorum omnium consensionis atque unionis gratia, ejusmodi verbis uti : ut una ab omnibus laus et glorificatio tribuatur Deo magno et Servatori nostro Jesu Christo. **794** De cætero autem, ne quis causam aut occasionem illam de personis aut syllabis (sive fidei formulis) per intestina dissidia contendendi captet, quoniam ad unam et eamdem rectam fidem et sententiam syllabæ (seu formulæ) producunt consuetudinis et status ejus, qui hucusque in sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia obtinuit, et per omnia citra innovationem aliquam firmus stabilisque deinceps in tempus omne permanebit. » Edictum hoc omnes ubique episcopi et sacerdotes catholici comprobarunt, recte promulgatum esse dicentes. Qui vero se ab Ecclesia segregaverant, in schismate et dissidio persistentes, haudquaquam cum ea uniri voluerunt : non aliam quidem ob causam, quam quod ad finem scripti disertis verbis appositum esset, etiam temporibus futuris professionem fidei talem absque rebus novis stabilem conservatum iri.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ τῶν προέδρων τῶν μεγάλων πόλεων, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως.

Ἰουστῖνος δὲ Ἰωάννου τοῦ ἐκ τοῦ Σιρίμιος τόν τε βίον ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλίδος θανάτῳ ἀπεβαλομένου, Εὐτύχιον ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀγαγὼν, καθὼς Ἰουστινιανὸς ἐν διαθήκαις ἐνεκελεύετο, τῷ θρόνῳ αὖθις ἐγκαθιδρύει· ὃν ἐπὶ δύ' ἔτη διαγενόμενον Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς διεδέχετο. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννου τοῦ Κατελίνου τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνον λιπόντος, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖσε χωρήσαντος; δίαιταν, Βόνοσσος τοὺς οἴακας τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρίζεται· ὃν Ἰωάννης ἕτερος διεδέχετο, τὸν δ' αὖθις Πελάγιος· μετὰ δὲ Ἀπολλινάριον Ἰωάννης τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἄνεισι θρόνον, ὃν Εὐλόγιος διεδέξατο. Ἀνὰ δὲ τὴν Ἱεροσολύμων τὴν ἱερωσύνην οἰακίζων ἦν αὖθις μετ' Εὐστόχιον ὁ Μακάριος· ἔπειτα Ἰωάννης τὴν ἱεραρχικὴν ἐκληροῦτο καθέδραν, τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ τὸν λιτὸν καὶ ἄσκευον βίον ἄριστα μετελθών. Κατὰ δὲ τὴν Θεούπολιν τὸν μετὰ Δομνῖνον Ἀναστάσιον ἐλάσας ὁ Ἰουστῖνος, Γρηγόριον κατεστήσατο, μηδενὸς τηνικαῦτα περὶ τὴν Ἐκκλησίαν νεωτερισθέντος· αἰτίαν δὲ βασιλεῖ ἔσχεν ὁ Ἀναστάσιος, ὅτιπερ τὰ ἱερὰ χρήματα δαπανῶν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον ἀρχιερεῖ, καὶ ὅτι εἰς βασιλέα προσέκοψε βλασφημήσας. Ἐρομένου γάρ τινος Ἀναστάσιον τί δή ποτε οὕτω χύδην τὰ ἱερὰ χρήματα διαῤῥίπτει, καὶ μὴ ὡς χρεὼν διασκορπίζει εἰς τὸ δέον καταναλίσκων, διαῤῥήδην εἰπεῖν σκώψαντα, Ἵνα μὴ, φησὶ, παρὰ τῆς κοινῆς λύμης τοῦ Ἰουστίνου ἀφαιρεθείεν. Ψεφίμιστο δὲ μηνίσαι τὸν Ἰουστῖνον ἐκείνῳ, ὅτιπερ ζητοῦντι χρήματα οὐ προῄρητο δοῦναι. Καί τινα δ' ἕτερα ἐκείνῳ προσῆπτοντο τὸν βασιλικὸν σκοπὸν θεραπεύειν βουλομένων ἐνίων. Τούτου δ' ὑπεξελθόντος, Γρηγόριος, ὡς εἴρηται, τὸν θρόνον ἐλάμβανεν· οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ ποίησιν· ἐκ γὰρ πρώτης τριχὸς, τοῖς μοναδικοῖς

CAPUT XXXVI.

De magnarum urbium episcopis, et Gregorio Theopolis antistite.

Justinus, postquam Joannes cui Sirimis patria fuit, vitam simul et thronum imperantis urbis morte abjecisset, Eutychium ab exsilio, sicuti Justinianus testamento jusserat, revocatum in ecclesiam suam restituit. Qui duobus exactis annis, Joannem Nηστευτήν, hoc est jejunatorem, successorem habuit. Ubi vero Joannes etiam Catelinus in veteri Roma sedem vacuam reliquit, et ad vitam illam migravit, Bonoso (1) episcopatus gubernacula mandata sunt : cui Joannes alius, atque huic rursus Pelagius successit. Post Apollinarem autem Joannes Alexandriæ in pastoralem conscendit thronum, et huic deinceps subrogatus est Eulogius. Hierosolymis episcopatum denuo post Eustochium gubernavit Macarius. Post eum hierarchicam cathedram sortitus est Joannes, **795** qui puram et inopem vitam in Insomnium monasterio optime egerat. Apud Theopolim autem Justinus Anastasio Domnini successore pulso, Gregorium substituit, nullis tum in Ecclesia novis rebus motis. Imperator vero crimen illud Anastasio objecit, quod sacram pecuniam in alios, quam episcopum decuret, conferret sumptus, et quod convicio et maledicto imperatorem ipsum petiisset. Cum namque interrogatus a quodam Anastasius esset, cur ita profuse pecuniam sacram dilapidaret, et non potius in usus decentes eam impendens, ita uti opus esset, dispergeret, diserte per cavillationem dixisse fertur, ne a communi pernicie Justino auferretur. Fama autem vulgatum est, propterea illi Justinum infensum fuisse, quod pecunias ei petenti ille dare noluerit. Affinguntur præterea vire ei alia quædam a nonnullis, qui imperatoris cœptum tegere aut excusare voluerunt. Postquam Anasta-

(1) Pro Bonoso legendum puto *Benedicto*.

Digitized by Google

sius episcopatu abiit, Gregorius, sicuti dictum est, sedem eam accepit : cujus lata est gloria, ut poetæ verbis utar. A primis enim capillis, in monasticis exercitatus studiis, strenue ad summos gradus, cum nuper admodum se in eo lanugo prima exhibuisset, contendit. Primum vero Byzantii monasterio præfuit, ubi etiam ab initio vitam rerum omnium expertem degere cœpit. Postea Justino jubente, pastorale munus in monte Sinæo suscepit : in quo a Scenitis barbaris obsessus, non minimis circumventus est periculis. Quibus etiam, ut pacificationem inirent, suasor auctorque fuit. Apud hos cum res magnas peregisset, in sacram deinde provectus est cathedram. Animo et consilio in rebus omnibus optimo fuit : et ad quodcunque negotium se converteret, id quam facillime conficiebat. Metu minime perturbabatur. Potestatibus autem, ut facile illis territus cederet, flectendum se haudquaquam præbuit. Liberalis quoque, et admodum munificus, magnifice pecunias largiebatur : usque adeo, ut quocunque, pro eo atque opus esset, progrederetur, quam plurimi homines eum stiparent atque sequerentur, eorum etiam quibus nihil cum eo intercederet consuetudinis, et qui nihil ad eum pertinerent. Alii insuper qui eum prodlisse audiissent, vel vidissent, ad eum confluebant, et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri ejus observantia, secundo loco habebant, **796** avide sua sponte et videre et audire eum cupientes, etiam de rebus non magni momenti plerumque verba facientem. Erat siquidem ad arcanum desiderium eorum animis, qui illum quomodocunque conveniebant, inserendum quam maxime idoneus, aspectu admodum admirandus, in colloquiis valde jucundus, et si quis alius, et ipse ad id quod deceret cognoscendum acutissimus, et ad faciendum quam facillimus. Ad consilium aliis dandum, atque ad res domesticas et externas dijudicandas, promptissimus. Quapropter multas res optime gessit, negotia in crastinum differre non solitus. Terrori vero erat non tantum Romanis imperatoribus, cum publica tractaret negotia, quantum necessitas postularet et tempus flagitaret, verum etiam Persarum ducibus, sicuti suo loco a me dicetur. Varius etiam fuit. Aliquando namque multa utebatur vehementia : nonnunquam iratum se esse præ se ferebat. In primis autem, cum opus esset, maxime in eo eminebat lenitas et mansuetudo, adeo ut quam commodissime in eum dictum illud prudens Gregorii Theologi conveniret, severitas reverentia temperata sic fuit (2), ut altera ab altera non læderetur, sed utraque per alterum illustraretur.

A ἀποδυσάμενος σχάμμασι, γεννικῶς τοῖς ἀνωτάτω βαθμοῖς ἤλαυνεν, ἄρτι τοῦ ἰούλου αὐτῷ καταῤῥέοντος. Τῆς δὲ τῶν Βυζαντίων πρῶτον μονῆς καθηγήσατο· ἔνθα τὸ καταρχὰς καὶ τὸν ἄσκευον βίον μετῆλθε. Μετέπειτα δὲ Ἰουστίνου κελεύοντος, τὴν ποιμαντικὴν τοῦ Σινᾶ ἐγχειρίζεται ὄρους· ἐν ᾧ πολιορκούμενος ὑπὸ τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων, οὐκ ἐλαχίστοις περιεπάρη κινδύνοις, ὡς καὶ εἰρήνης ἐκείνοις γενέσθαι πρύτανιν· ἐν οἷς καὶ μεγάλ' ἄττα καταπραξάμενος, ἐκεῖθεν πρὸς τὴν ἱερὰν ἀνήχθη καθέδραν. Ψυχῆς δὲ καὶ γνώμης τυχὼν κρατίστης ἐφ' ἅπασι, πρὸς ὅπερ ἂν ῥέψειεν, ἐξεργαστικώτατος ἦν· ἥκιστα μὲν δέει κατεπτηχώς, δυναστείαις δ' εὐγείρωτος εἶναι ὥστ' εἶκειν, ἄληπτον ἑαυτὸν παρεῖχεν. Ἐλευθέριος δέ τις μάλα καὶ ἀφειδὴς ἦν, B μεγαλοπρεπῶς τὰς διαδόσεις τῶν χρημάτων ποιούμενος· καὶ ἐς τόσον, ὡς καὶ δεῆσαν ὅποι ποτὲ πρ ἴέναι παμπληθεῖς περιείποντο, καὶ τῶν μηδαμῶς αὐτῷ προσηκόντων, καὶ μηδ' εἰωθότων. Καὶ ἄλλοι δ' ἐπισυνέῤῥεον πυνθανόμενοι διιόντα ἢ καὶ ὁρῶντες· καὶ τὰ ἐς τὴν κοσμικὴν ἀρχὴν ἐν δευτέρῳ ἐτάττοντο τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς· ἐθελουσίως προθυμουμένων καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ τὰ τυχόντα ὡς πολλὰ διομιλουμένου. Καὶ γὰρ ἦν ἱκανώτατος ταῖς ἀληθείαις ἀόρατον ἐνσπεῖραι πόθον τοῖς ὅπως δήποτε ἐντυγχάνουσι. Τήν τε θέαν ἀξιάγαστός τις, ἡδιστός τε λίαν προσφθέγξασθαι· καὶ εἴπερ τις νοῆσαί τε τὸ δέον ὀξύτατος, πρᾶξαί τε ἐς τὰ μάλιστα προχειρότατος· βουλεῦσαι δὲ βουλὴν καὶ ἄλλου πράξαντος διαγνῶναι ἔν τε τοῖς οἰκείοις καὶ θύραθεν ἐπιτήδειος. Διά τοι τοῦτο καὶ πολλὰ καὶ ἄριστα διεπράξατο, ἀφεὶς τὸ ἐσαύριον ἀναβάλλεσθαι. Κατέπληξε δὲ οὐ μόνον τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς τοῖς κοινοῖς χρώμενος πράγμασιν, εἰς ὅπερ ἂν ἡ χρεία καλοίη καὶ ὁ καιρὸς ἀπαιτῇ· ἀλλὰ καὶ τοὺς Περσῶν ἡγεμόνας, ὡς ἐν καιρῷ μοι λελέξεται. Ποικίλος δέ τις ἐτύγχανε· πῇ μὲν πολλῇ χρώμενος τῇ σφοδρότητι· ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ θυμῶδες ἐσχηματίζετο· ἐκ περιουσίας δ' ἦν αὐτῷ ἠνίκα δέοι τὸ πρᾶον κεκραμένον τῇ ἡμερότητι· ὡς ἐπ' αὐτῷ συνδραμεῖν προτφόρως μάλα ἃ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ πεφιλοσόφηται, τὸ αὐστηρὸν αἰδοῖ σύγκρατον, ὡς μηδ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καταβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν.

CAPUT XXXVII.

Ut pacta conventa inter Persas et Romanos soluta sint.

Verum enimvero primo Gregorii episcopatus anno Persarmenii, qui prius magnæ Armeniæ incolæ nominati fuerant, et Romanis paruerant, a Philippo autem, qui post Gordianum apud Romanos imperium obtinuit, Sapori Persarum regi ita proditi fuerant, ut Armenia quidem quæ minor dicitur,

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

Ὡς αἱ μεταξὺ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων σπονδαὶ διελύοντο.

Ἔτος δὲ Γρηγορίου τούτου πρῶτον ἄγοντος τῇ ἱεραρχίᾳ, Περσαρμένιοι, οἱ πρότερον τῆς μεγάλης Ἀρμενίας οἰκήτορες ὠνομάζοντο, καὶ Ῥωμαίοις ἦσαν κατήκοοι, πρὸς Φιλίππου δὲ ὃς μετὰ Γορδιανὸν Ῥωμαίων ἦρξε, Σαπώρῃ τῷ Περσῶν κατεπροδόθησαν βασιλεῖ· καὶ ἡ μὲν Ῥωμαίοις ἐκρατήθη

(2) Evagr. lib. v, cap. 6.

Digitized by Google

μικρὰ Ἀρμενία ὀνομασθεῖσα· ἡ δὲ Πέρσαις κεχειρωτο τὰ Χριστιανῶν ὡς ἔθος πρεσβεύουσα· οὗτοι τοίνυν οἱ Περσαρμένιοι κακῶς πρὸς Περσῶν πάσχοντες, καὶ μᾶλλον παρανομεῖν περὶ τὴν οἰκείαν ἐκβιαζόμενοι νόμισιν, κρύφα Ἰουστίνῳ διεπρεσβεύοντο, αὖθις κατήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι δεόμενοι, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας εἴη δρᾶν πραγμάτων ἄνευ τὰ εἰς θεὸν ἐκ τῆς θρησκείας νομιζόμενα γέρα· προσηκαμένου δ' Ἰουστίνου τὴν δέησιν ἐπί τισι συνθήκαις πρὸς τοῦ βασιλέως ἐγγυηθεῖσι, καὶ ὅρκοις ταύτας σφοδρῶς ἐμπεδώσαντος, οἱ μὲν Περσαρμένιοι τοὺς σφῶν ἄρχοντας διαχειρισάμενοι, τὸ δὴ λεγόμενον, πασσυδεὶ τῇ Ῥωμαίων προσχωροῦσιν ἐπικρατείᾳ· καὶ τοὺς περικύκλῳ ὁμοεθνεῖς τε καὶ ἀλλοφύλους ἑταιρισάμενοι, Οὐαρδαμάνου προὔχοντος τούτοις καὶ ἄγοντος, ἀνδρὸς γένει καὶ ἀξιώματι καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια ἐμπειρικῇ στρατηγίᾳ ὑπερτεροῦντος. Καὶ τοίνυν διὰ ταῦτα ἐπεγκαλῶν βασιλεῖ Χοσρόης, ἀπόπεμπτος ἦν, πεπεράνθαι λέγων τὰ τῆς εἰρήνης· ἄλλως τε καὶ μὴ οἷός τε εἶναι Χριστιανῶν ἀνθρώπων ὑπερορᾶν, καιρῷ περανθείσης εἰρήνης τοῖς ὁμοφύλοις προσιόντων. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα παραπλήσια ἀπεκρίνατο· ὅμως καίπερ τοιαῦτα λέγων, οὐ πρὸς μάχην παρεσκευάζετο· τῇ συνήθει δὲ σχολάζων τρυφῇ περιεῖλκετο, δεύτερα πάντα τῶν σφετέρων λογισμῶν τε καὶ ἡδονῶν τιθέμενος. Ἄνδρα δέ τινα συγγενῆ αὐτῷ οἱ καθεστῶτα, Μαρκιανὸν ὄνομα, στρατηγὸν τῶν ἑῴων χειροτονήσας ταγμάτων ἐξέπεμπε, μήτε στρατὸν ἀνήκοντα, μήτε παρασκευὴν ἀξιόλογον ἐγχειρίσας αὐτῷ· ὃς ἐς προφανῆ κίνδυνον, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ἐπὶ καταστροφῇ τῆς ἕω, πρῶτον ἐπὶ τὴν Μέσην ἐγεγόνει τῶν Ποταμῶν, βραχεῖς κομιδῇ στρατιώτας καὶ τούτους ὅπλων ἄνευ προσεπαγόμενος· πρὸς δὲ σκαπανεῖς καὶ ῥαφεῖς τε καὶ βοηλάτας οὓς ὅθεν δήποτε ἠνάγκασατο. Καὶ δὴ συμβαλὼν Πέρσαις περὶ τὴν Νίσιβιν, τὸ πλέον δῆθεν ἐσχηκὼς μήπω παρεσκευασμένων Περσῶν, τὴν πόλιν περιεκάθητο. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐν καταφρονήματι τῆς δῆθεν περιφανοῦς στρατηγίας οὐδ' ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας ἠνέσχοντο· αἰσχρότητι δὲ μάλα καθύβριζον τὸ Ῥωμαίων στρατήγημα. Τεράστια δὲ πλεῖστα τὰ ἐσόμενα δυσερῆ Ῥωμαίοις τηνικαῦτα τεθέατο προμηνύοντα· καὶ βοῦς δ' ἀρτιγέννητος ὤφθη τῇ προσβολῇ τοῦ πολέμου, ᾧ δύο κεφαλαὶ τοῦ τραχήλου ἠώρηνται.

Romanis subdita maneret, major autem Christianorum sacra moribus colens Persis sit tradita: Persarmenii, inquam, isti, quod graviter a Persis affligerentur, legesque suas transgredi vi compellerentur, clam ad Justinum oratores miserunt, ut sub ditionem Romanorum reciperentur precantes, quo libere absque molestia sacros ritus, pro religionis consuetudine, Deo peragere possent. Justinus preces eorum comprobavit, pactis conventis quibusdam ab ipso interpositis, **797** quæ etiam jurejurando confirmavit. Itaque Persarmenii magistratibus suis interfectis, omnino, quod dicitur, universi sese Romanorum imperio commiserunt, in societatem suam finitimis ejusdem gentis populis, atque itidem alienis pertractis. Apud quos Ardaamanes principem locum habuit, vir genere et dignitate, nec non bellicis et imperatoriis artibus præstans. Hac vero de causa cum Chosroes imperatorem incusaret, talo ab eo responsum tulit: finem suum pacis pacta conventa habere: insuper autem fieri haudquaquam posse, ut Christianos, pacis finitæ tempore, ad populares suos confugientes ipse non reciperet. Hæc quidem ille, atque his similia alia respondit: et quamvis talia diceret, minime tamen se ad bellum instruxit, sed otio solito deditus, deliciis diffluxit, post rationes et voluptates suas omnia habens. Virum autem quemdam genere sibi propinquum, Marianum nomine, Orientalium copiarum ducem designatum, adversus Persas misit, neque exercitu justo, neque apparatu belli alio satis instructum. Hic cum manifesto periculo, et quod dicitur, cum ipsius Orientis eversione, in Mesopotamiam primum est profectus, paucos admodum milites eosque inermes secum ducens: ad quos accedebant fossores et sarctores, et boum actores undequaque coacti. Et cum Persis apud Nisibim levi certamine congressus, cum meliore loco res ejus essent, Persis nondum satis paratis, urbem eam obsidere quam hostes persequi maluit. Oppidani porro propter tam splendidi scilicet belli apparatus contemptum portas non clauserunt, sed fœdissima etiam in Romanum exercitum convicia jecerunt. Plurima vero prodigia, Romanorum futuras clades portendentia, tum visa sunt: et bos recens genitus in initio belli conspectus est, ex cujus cervice duo capita eminebant.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὅπως Χοσρόης, τὴν Ἑῴαν ἐπιδρομὴν, φρούριά τε εἷλε, καὶ πολλὴν λείαν περιεβάλλετο.

Ἐπεὶ δ' ὁ Χοσρόης καλῶς τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπηρτίσατο, τὸν Οὐαρδαμάνην μέχρι τινὸς διελάσας, καὶ τὸν Εὐφράτην ἀνὰ τὴν σφετέραν διαβιβάσας γῆν, διὰ τοῦ καλουμένου Κιρκησίου ἐς τὴν Ῥωμαίων ἤφιει γῆν. Ἔστι δὲ τὸ Κιρκήσιον τοῦτο πολίχνιόν τι λίαν ἐπικαιρότατον, πρὸς τῷ τέρματι τῆς Ῥωμαίων κειμένου γῆς· ὀχυρὸν δὲ τὰ μάλιστά ἐστι, τεῖχη στερρότατα περιβεβλημένον, καὶ ἐς πολύ τι ὕψος αἰρόμενα. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ποταμὸς Εὐφρά-

798 CAPUT XXXVIII.

Ut Chosroes, incursione in Orientale imperium facta, et castella ceperit, et prædam multam abduxerit.

Posteaquam autem Chosroes se ad bellum probe instruxit, Ardaamanem aliquatenus productum, Euphratem in regno suo transmittere, et per Circesium (quod dicitur) in Romanorum ditionem excurrere jussit. Est autem Circesium oppidum commodissimum et munitissimum, ad fines Romanorum imperii situm. Muro namque firmissimo atque altissimo circumdatum est. Quin et Euphrates et Aboras fluvii id circumfluentes, et in insulæ formam

Digitized by Google

redigentes, inexpugnabile efficiunt. Ipse autem cum copiis suis, Tigri amne trajecto, magnis itineribus celeriter ad Nisibim venit : quæ, sicuti dictum est, a Marciano obsidebatur. Hæc ita a Persis agi Romani ignorabant : usque adeo, ut Justinus multorum sermonibus deceptus, qui Chosroem jam mortuum esse, aut non longe a morte abesse nuntiabant, Marciano valde succenseret, quod Nisibis expugnationem protraheret : ad quem etiam quosdam misit, qui illum ad claves portarum quam celerrime afferendas excitarent. Ut autem res minus ex sententia successit, et Justinus risu et probro se dignum exhibuit, qui apud talem et tantam urbem, quæ efficere nequiret, conaretur, ad quam scilicet tam exiguus exercitus assidebat : res ea primum Gregorio Theopolis antistiti ab episcopo Nisibeno renuntiata est. Erat enim is Gregorio, a quo pecuniam ingentem acceperat, amicus quam maxime. Et dabat præterea operam, ut urbs ea propter ærumnas, quas a Persis patiebatur, in potestatem Romanorum rediret. Itaque is Gregorio quæ in Perside gererentur, suo quæque tempore insinuando, significabat. Ea porro ad Justinum Gregorius scribebat, de subita etiam Chosroæ expeditione certiorem eum faciens. Atque ille more suo deliciis et luxuriæ deditus, fidem habere episcopi scriptis supersedit, ea quæ cupiebat geri etiam ratus. In hominibus namque molliter et dissolute viventibus, ad ignaviam et socordiam gloriosa audacia accedere solet. Neque illi eventis rerum fidem habent, si alium, quam ipsi volunt, exitum consequantur. **799** Justinus ergo Gregorio rescribens, ea quæ is renuntiasset, tanquam falsa omnino essent, rejiciebat. Atque ut etiam vera essent, Persas tamen urbis expugnationem non præventuros esse. Quin etiamsi prævenirent, eos tamen inde fœde atque turpiter repulsum iri dicebat. Et Acacium quemdam delectum, virum protervum, confusionem plane dicas, ad Marcianum misit, cum ejusmodi mandato, ut etiamsi Marcianus urbem cepisset, et pedem alterum in ea posuisset, dignitatem statim deponeret, eamque ipse Acacius sumeret. Quod sane is fecit, imperatoris jussa non ex illius commodo exsecutus. Postquam enim eo venit, Marcianum illico in hostili terra dignitate privavit, re ea militibus non renuntiata. Sedenim qui in exercitu ordines ducebant, ubi ducem magistratum deposuisse cognoverunt, ulterius perseverare in castris nequaquam voluere : sed paulatim hinc et inde palantes diffugere, ridicula illa obsidione soluta. At Vadaarmanes copias secum martem spirantes, non solum ex Persis, sed etiam barbaris qui Scenitæ dicuntur, delectas ducens, Circesio præterito, quam plurimum Romanorum rebus intulit detrimenti. Ferro namque et igne pleraque loca vastans, neque moderatum quidquam, propter defensorum solitudinem, vel cogitans vel faciens, non pauca castella cepit. Et quod ibi nemo cum imperio esset, tum autem quod

A της καὶ Ἀδόρας περικύκλῳ ῥέοντες, καὶ ὥσπερ τοῦτο ἀπονήσοῦντες, ἄμαχον ἀπεργάζονται. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τὸν Τίγρητα διαβὰς ποταμὸν, ὅσον τάχος ἐλαύνων ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ἦκεν, ὑπὸ Μαρκιανῷ πολιορκουμένην, ὡς εἴρηται. Ἐλάνθανε ταῦτα Ῥωμαίους Πέρσαις πραττόμενα, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, τῇ τῶν πολλῶν ἀπατώμενον φήμῃ ὡς ἤδη θάνοι Χοσρόης, ἢ ἐγγὺς εἶναι ἀποθανεῖν, ἀσχάλλειν σφόδρα κατὰ Μαρκιανοῦ, οἷς ἐβράδυνε μὴ ἐκπολιορκήσας τὴν Νίσιβιν· πέμψαι δέ τινας ἐκεῖνον διερεθίσοντας, ὥστε καὶ τὰς τῶν πυλῶν κλεῖς ὡς τάχιστα ἀγαγεῖν. Ὡς δὲ οὐ κατὰ σκοπὸν τὰ πράγματα προὔβαινε, πολλὴν δὲ καὶ αἰσχύνην ὤφλεν, ὥσπερ ἀμήχανα ζητῶν ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει, καὶ ταῦτα στρατῷ πάμπαν ἐξουθενημένῳ

B παρακαθημένῳ, ἀγγέλλεται τὰ πραττόμενα πρῶτα μὲν Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Νισιβηνῶν· ἦν γὰρ οἱ φίλος μάλιστα, Γρηγορίῳ μεγάλοις χρήμασι δεξιωθείς· ἄλλως τε καὶ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι σπεύδοντος τὴν οἰκείαν πόλιν· οἷς κακῶς πρὸς Περσῶν ἔπασχε, τὴν τῶν πραττομένων τῇ ὑπεροπῇ δήλωσιν τῷ Γρηγορίῳ παρεῖχετο, ἐγκαίρως παριστὰς ἕκαστα· ἃ δὴ πάντα Ἰουστίνῳ ἐδήλου, μηνύων καὶ τὴν ἐξάπινα Χοσρόου ἔφοδον. Ὁ δὲ τῇ ἐξ ἔθους τρυφῇ καὶ ἡδυπαθείᾳ σχολάζων, ἥκιστα πιστεύειν ἤρείτο τοῖς γεγραμμένοις τῷ ἱερεῖ, ἐκεῖνο οἰόμενος, ὅπερ ἠβούλετο. Τοῖς γὰρ σφόδρα ἐκδεδιῃτημένοις τῶν ἀνθρώπων πρὸς τῷ ἀγεννεῖ καὶ τὸ θράσος φιλεῖ ἕπεσθαι· καὶ τὰς τῶν

C πραγμάτων ἐκβάσεις πάμπαν διαπιστεῖν, εἴ γε τύχοιεν κατέναντι τῶν θελήσεων φέρεσθαι. Καὶ ἀντιγράφων Γρηγορίῳ ὡς οὐκ ἀληθῆ παντάπασιν εἶεν τὰ εἰρημένα, ἀπεωθεῖτο· εἰ δέ γε καὶ ἀληθῆ, ἀλλ' οὐ φθαῖεν Πέρσαι τὴν πολιορκίαν· εἰ δέ γε καὶ φθαῖεν, ἀλλὰ κακῶς καὶ αἰσχρῶς ἐκεῖθεν ἀπαλλαγεῖεν. Καὶ δή τινα ἐκλεξάμενος Ἀκάκιον ὄνομα, ἄνδρα ὑβριστὴν καὶ ἀντικρυς σύγχυσιν, καὶ παρὰ Μαρκιανὸν πέμψας, ἐνεκελεύετο ὡς καὶ εἴπερ καὶ τὸ ἄστυ εἶλε, καὶ θάτερον τοῖν ποδοῖν ἐκείνῳ ἐνέβαλλεν, αὐτίκα τε τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλῦσαι, καὶ ταύτην αὐτῷ περιθεῖναι. Ὁ δὴ καὶ πέπραχεν, οὐκ ἐπὶ τὸ συνοῖσον τὰ τῷ βασιλεῖ κεκελευσμένα τελέσας. Ἐπεὶ γὰρ ἦκε, Μαρκιανὸν εὐθὺς ὑπερόριον

D ἐποιεῖτο, μή τι τῷ στρατῷ διαγγείλας. Οἱ δὲ τοῦ στρατοῦ τὰ πρῶτα φερόμενοι, ἐπεὶ μάθοιεν τὸν στρατηγὸν τῆς ἀρχῆς πεπαυμένον, πρόσω μὲν ἰέναι οὐδαμῶς ἤθελον· κατολίγον δὲ σποράδες φεύγοντες ἀνεχώρουν, τὴν καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. Οὐαδαρμάνης δὲ ἄρην πνέοντα στρατὸν ἐπαγόμενος, οὐ Περσῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων οἳ Σκηνῆται καλοῦνται, τὸ Κιρκήσιον παραμείβων ὡς πλεῖστον, τοῖς Ῥωμαίων διελυμήνατο πράγμασι. Καὶ τὸ μὲν καίων, τὸ δὲ καὶ κτιννὺς, καὶ μηδὲν μέτριον διανοούμενος ἢ πράττων κατὰ πολλὴν ἤδη τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν, οὐκ ἐλάχιστα φρούρια εἶλε· καὶ τὸ μὲν ὅτι οὐδεὶς ἦρχεν· ἔπειτα καὶ τῶν ὀφειλόντων μάχεσθαι κατὰ τὸ Δάρας φρούριον ἀποκεκλεισμένων, ἐπ' ἀδείας ποιεῖν ὃ βούλεται προὔκειτο. Ἐκεῖθεν δ' ἀπάρας, τῇ Θεουπόλει προσέβαλε, πέμψας

Digitized by Google

πλείστου τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐ παραγενόμενος· οἱ καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀπώσθησαν, οὐδενὸς ἔνδον ἐναπολειφθέντος, πλὴν ὀλίγων τινῶν κομιδῇ καὶ εὐαρίθμων. Ἀπέδρα δὲ καὶ ὁ ἱερεὺς, τὰ προσόντα ἱερὰ ὑπεξαγαγών, ὅτιπερ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ τείχους διερρωγὸς ἦν. Ὑπανίστατο δὲ καὶ ὁ δῆμος νεωτερίζειν ἐπιχειρῶν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς τοιούτοις καιροῖς γίγνεσθαι. Πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ αὐτοὶ φυγὴν μελετήσαντες, ἐρήμην τὴν πόλιν καταλελοίπασιν, οὐδενὸς ὅλως ἀντιστῆναι ἢ ἐπιτεχνήσασθαί τι ἐπιχειρήσαντος. Ὡς δ' οὖν Οὐαδααρμάνης ἀπεκρούσθη πεῖραν προσαγαγὼν, πῦρ ἐμβαλὼν τῇ πάλαι μὲν Ἡρακλείᾳ, ὕστερον δὲ ὄνομα σχούσῃ Γαγαλικῇ, Σελευκείᾳ προσέρχεται, ἣν Νικάνωρ ὁ Σέλευκος συνεστήσατο, εὐδαίμονα μὲν τὰ πρῶτα καὶ πολυάνθρωπον οὖσαν, χρόνῳ δὲ διαῤῥυεῖσαν, καὶ ἐς ὀλίγον συσπειραθεῖσαν. Καὶ ἐπεὶ ἀντικαθίστασθαι οὐχ οἷά τε ἦν, συμβάσει τινὶ ταύτης ἔνδον ἐγένετο παρὰ τὰ συγκείμενα διαπεπραγμένος· καὶ πᾶσαν ἄρδην τὴν πόλιν ἐξανδραποδισάμενος ᾤχετο, καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ληϊσάμενος· ἐν οἷς καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ καθεστῶτα ζωγρίας ἑλὼν κατεῖχε. Πάνδεινα δὲ καὶ τῇ ἀποστροφῇ διειργάσατο, οὐδενὸς ἀντιπράττοντος, πλὴν ὀλίγων κομιδῇ στρατιωτῶν πρὸς τοῦ βασιλέως σταλέντων, οὓς Μάγνος ἦγε, πρότερον μὲν ἀργυρᾶς τραπέζης προσηκῶς κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πόλιν, ἐς ὕστερον δὲ καὶ μιᾶς τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν τὴν ἐπιτροπὴν εἰληφώς· οἱ προτροπάδην ἔφευγον, μικροῦ δορυάλωτοι γεγονότες. Καὶ ταῦτα διαπραξάμενος Οὐαδααρμάνης, τὸν Χοσρόην κατειλήφει μήπω τὴν πόλιν ἑλόντα· ῥοπὴ δ' ἐκείνῳ μεγάλη ἐγένετο προσιών. Τό τε γὰρ οἰκεῖον ἅπαν ἀνεθάῤῥησε, τό τε ἀντίπαλον κατεπλάγη. Καὶ τὴν μὲν πόλιν ἀποτειχισθεῖσαν εὑρίσκει, καὶ χοῦν ἄγχιστα ταύτης ἠθροισμένον πολύν· αἱ δ' ἑλεπόλεις καθίσταντο, καὶ μάλιστα καταπέλτσι, ἃς μηχανὰς λιθοβόλους τῷ πλήθει καλεῖν σύνηθες· δι' ὧν καὶ ἡ πόλις ὥρᾳ χειμῶνος Χοσρόῃ ἑάλω, Ἰωάννου τοῦ παιδὸς Τιμοστράτου αὐτῆς ἄρχοντος, οὐδαμῶς ἐν φροντίδι τὴν πολιορκίαν ποιησαμένου, μᾶλλον δὲ καὶ καταπροδόντος. Καὶ τοῦτο γὰρ τηνικαῦτα διατεθρύλληται. Πέμπτον δὲ μῆνα καὶ μικρόν τι πρὸς προσεδρεύσας τῷ ἄστει, εἶλε μηδενὸς ἀμύνοντος. Καὶ τοίνυν πάντας ἐξαγαγών, πλῆθος ἀστάθμητον, καὶ τοὺς μὲν μαχαίρας ἔργον πεποιηκὼς, τοὺς δὲ ζωγρίας φυλάξας, τὴν μὲν πόλιν οἷα ἐπίκαιρόν γε οὖσαν, φρουρὰν ἐμβαλὼν κατέσχεν· αὐτὸς δὲ γαυριῶν τῷ τροπαίῳ, ἀνεχώρει ἐπ' οἴκου.

A Romani propugnatores in castello Daras a Chosroe clausi forent, faciendum sibi libere quod vellet statuit. Castris autem inde motis, Theopoli animum adjecit: et partem copiarum maximam, ipse non profectus, eo misit, quæ spe sua falsæ, et ab urbe ea sunt rejectæ, propterea quod nulli in ea, aut sane quam pauci cives mansissent. Profugerat vero etiam episcopus ipse, et sacra secum vasa et donaria extulerat. Nam et magna muri pars corruerat: et plebs novarum rerum studio, sicuti ejusceemodi temporibus accidere solet, tumultum moverat: et tandem desertam relinquens urbem, inde excesserat, nemine prorsus hostibus resistere aut obviam ire conante. Vadaarmanes postquam voto suo et Theopolis direptione excidit, ignem olim quidem Heracleæ, **800** postea autem Gagalicæ dictæ urbi injecit, et ad Seleuciam (1), quam Nicanor Seleucus condidit, locupletem quidem illam primum et populosam, postea vero tempore collapsam, et ad paucitatem redactam, prggressus est. Hæc cum resistere illi non posset, pacto quodam interveniente, in eam est receptus. Ubi sane præter conventa multa egit, et civitate direpta, vicinis quoque locis circumcirca dispoliatis, inde abiit. In præda reliqua et episcopum et magistratum urbis summum cepit. Nec pauciores in reditu ille clades Romanæ ditioni intulit, nemine videlicet prohibente, præter paucos admodum milites, qui ab imperatore missi fuerant. Horum ductor Magnus erat, qui antea argentariæ mensæ in urbe imperante præfuerat, postea autem unius ex imperialibus ædibus curam susceperat. Ii cum terga vertentes fugerent, parum abfuit quin ab hostibus sint excepti. Hisce rebus confectis, Vadaarmanes Chosroem nondum urbem quam obsidebat cepisse reperit. Magnum autem adveniens illi attulit momentum, quod cum suis animum addidit, tum hostes plurimum exterruit. Invenit urbem muro nudatam, et aggerem ingentem prope illam factum. Helepoles exstructæ stabant, et catapultæ, quas vulgus machinas seu tormenta, saxa ex edito loco jacientia, vocare consuevit, quibus urbem hiemis tempore Chosroes in potestatem suam redegit. Cui Joannes Timostrati filius præfuit. Hic ejus obsidionem non admodum curavit, seu urbem potius ipsam prodidit. Nam et hoc tum sermonibus ita jactatum est. Obsedit eam Chosroes mensibus quinque et aliquot insuper diebus, cepitque, nemine prope propugnante. Et civibus ex urbe multitudine varia ductis, partim eos ferro concidit, partim vivos in captivitate servavit. Urbem ipsam, utpote opportunam et commodam, præsidio imposito retinuit: ipse vero tropæo eo superbus, domum est reversus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὡς ἀμέτρῳ λύπῃ σχεθεὶς Ἰουστῖνος, φρενῖτιδι περιέπιπτε νόσῳ· ὑπὸ Τιβερίῳ δὲ τὰ πράγματα ἦγετο· καὶ ὡς τέχνῃ τὸν Χοσρόην μετελθών, εἰρήνην ἔπραττεν ὁ Τιβέριος.

Τοῦτο μαθὼν Ἰουστῖνος, καὶ μηδὲν ὑγιὲς ἢ φρενῆρες διανοησάμενος, οὐδὲ ἀνθρωπίνως τὸ συμβὰν

801 CAPUT XXXIX.

Ut Justinus, immenso dolore correptus, in morbum phrenitidem inciderit, et Tiberius rempublicam administraverit. Et ut arte quadam Chosroem aggressus Tiberius, pacem cum eo fecerit.

Ea re Justinus cognita, nihil prorsus recte aut prudenter mente agitans, neque casum talem

(1) Evagr. *Apameam* habet, et *Nicanoris Seleucum*.

Digitized by Google

humaniter ferens, in phrenitidis morbum et insaniam incidit, ita ut nihil quidquam earum rerum quæ fierent, intelligeret. Imperium autem a Tiberio administrari cœptum, qui honorem præcipuum Justino acceptum ferebat, ex Thracia oriundus. Hunc pridem Justinus cum plurimis militarium copiarum millibus adversus Abares miserat: et captus ille statim in prima congressione ab eis fuisset, militibus ejus nequaquam barbarorum conspectum sustinentibus, nisi eum divina providentia inde ereptum, Romanorum imperio manifesto conservasset. Quod sane imperium ad id discrimen pervenerat, metuendum ut esset, ne Justini præter rationem omnem susceptis actionibus, una cum republica corrueret, et in barbarorum potestatem perveniret. Cum igitur Justinus tam graviter morbo affectus esset, neque quidquam earum quæ agerentur rerum animadverteret, Tiberius consilium commodum, rebusque præsentibus opportunum admodum cepit, quo casum ei errorem omnem correxit. Trajanum enim, virum præclarum ex senatu, canitie et prudentia multos antecellentem, ad Chosroem mittit: et legationem non imperii aut reipublicæ, sed solius Sophiæ Augustæ Justini conjugis nomine, ad Chosroem instituit. Cujus etiam litteræ ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa ærumnam casumque mariti et reipublicam principe carentem deplorabat: nequaquam decorum esse addens, illum viduæ mulieri, et principi jacenti reipublicæque perturbatæ insultare. Nam et ipsum aliquando ægrotantem non solum in persimilem casum incidisse, verum etiam præclarissimos quosque medicos ex ditione Romana ad eum missos venisse, qui arte sua et cura debita ægritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chosroes flexus est: et cum in animo habuisset, primo quoque tempore expeditionem in Romanorum terram suscipere, triennales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita ut nihilominus Armeniam, quæ bellum adversus eum parasset, nemine res Orientales turbante, aggrederetur. Porro rebus Orientis in eum statum adductis, Sirmium a barbaris captum est, quod Gepides dudum tenuerant et Justino donaverant, sua sponte inde decedentes.

A ἀνατλὰς, ἐς φρενίτιδα νόσον καὶ μανίαν ἐμπίπτει· καὶ τῶν γενομένων οὐδέν τι τὸ παράπαν συνίει· τὰ δὲ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Τιβερίῳ διῳκεῖτο· ὃς τὰ πρῶτα Ἰουστίνῳ φερόμενος, ἐκ Θρᾴκης μὲν ὥρμητο· πολλαῖς δὲ στρατοῦ μυριάσι κατὰ τῶν Ἀβάρων πρώην ἐπέμπετο. Καὶ ἦλω ἂν ἐκείνοις εὐθὺς προσβαλὼν, τῶν περὶ αὐτὸν μηδαμῶς πρὸς τὴν θέαν ὑπενεγκόντων, εἰ μὴ Θεοῦ πρόνοια ἐκεῖθεν ἁρπάσασα, τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τοῦτον σαφῶς διετήρησε, κινδυνευούσῃ τὰ ἔσχατα τοῖς Ἰουστίνου παραλόγοις ἔργοις διαῤῥυῆναι, σύναμα τῷ πολιτεύματι, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς τοσαύτης ἀρχῆς ἐκστῆναι. Καὶ τοίνυν Τιβέριος οὕτως ἀθλίως Ἰουστίνῳ διακειμένῳ, καὶ μηδὲν τῶν πραττομένων ἐπαισθανομένῳ, βουλὴν πρόσφορον τοῖς πράγμασιν ἐπικαιροτάτην βουλεύεται, ἣ τὸ πᾶν ἐπηνώρθωσε πταῖσμα. Τραϊανὸν γάρ τινα λόγιον ἄνδρα τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐς τὰ μάλιστα ὄντα, πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμπε, πολιᾷ καὶ συνέσει τῶν πολλῶν διαφέροντα. Ἀνῆγε δὲ τὴν πρεσβείαν οὐκ ἐκ τῆς βασιλείας ἢ καὶ τοῦ πολιτεύματος τῷ Χοσρόῃ, ὑπὲρ δὲ Σοφίας μόνης τῆς βασιλίδος, τῆς γαμετῆς Ἰουστίνου· ἧς καὶ γράμματα ἐπεφέρετο πρὸς Χοσρόην, τὰς συμφορὰς ὀλοφυρομένης καὶ τὸ τοῦ πολιτεύματος ἄναρχον· καὶ μὴ δέον ὂν χήρᾳ γυναικὶ βασιλεῖ τε κειμένῳ καὶ πολιτείᾳ συγχεχυμένῃ ἐπεμβαίνειν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν νοσήσαντα, ἐπίσης ἡμᾶς ἐκείνῳ πάλαι γενέσθαι· καὶ τοὺς ἐπισήμους τῶν ἰατρῶν καὶ τῆς πολιτείας παρ' ἐκεῖνον ἐλθεῖν, οἳ δὴ τέχνῃ καὶ τῇ προσηκούσῃ ἐπιμελείᾳ τὴν ἐκείνου νόσον ἀπήλασαν. Ταῦτ' ἀκούσας Χοσρόης, πειθήνιος ἦν· καὶ δὴ πρὸς νοῦν ἔχων τοῖς Ῥωμαίων ἐπιθήσεσθαι πράγμασιν, ἀναβολὴν ἐς τριετίαν ἀπεχαρίζετο τοῖς ἐῴοις μέρεσι· δόξαν Ἀρμενίαν ἐπελθεῖν, ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμῴη, μηδενὸς τὰ ἑῷα παρενοχλοῦντος. Τῶν δ' ἑῴων οὕτω Ῥωμαίοις ἐχόντων, τὸ Σέρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἑάλω· ὃ Γήπεδες μὲν πρώην ἐκράτουν, Ἰουστίνῳ δ' ἀπεχαρίζοντο, ἐκόντες ἐκεῖθεν ἀναχωροῦντες.

802 CAPUT XL.

Ut Justinus Tiberium in imperio sibi substituerit: et quæ ad eum moriens de imperii administratione verba fecerit.

Interea Tiberius Sophiæ instinctu Cæsar a Justino, qui meliuscule morbo remittente habebat, declaratur. Cæterum coronam imperatoriam ei impositurus, ea verba diserte ad eum est prolocutus, quæ historiam omnem veterem et novam longe excellunt. Cum namque Justinus commode per diducidum intervallum scilicet compos mentis esset, idque divina providentia, ut simul et peccata erataque ipse sua proferret, et in rempublicam ordinem meliorem inferret: cumque omnes, atque ipse etiam Joannes sacrorum antistes, cujus antea meminimus, cum sacerdotibus suis in hypæthro, sive subdiali imperialis aulæ palatio, congregati

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Ὡς Ἰουστῖνος Τιβέριον εἰς τὴν ἀρχὴν προεβάλλετο· καὶ ὅσα ἐνευθέτει αὐτῷ τελευτῶν.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Τιβέριος Σοφίας ταῖς εἰσηγήσεσι Καῖσαρ πρὸς Ἰουστίνου ἀναγορεύεται, μικρὸν τῆς νόσου ῥαΐσαντος. Μέλλων δὲ αὐτῷ τὸν βασιλικὸν στέφανον περιτίθεσθαι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν διαῤῥήδην ἀνεῖπεν, ἃ πᾶσαν ἱστορίαν παλαιάν τε καὶ νέαν ὑπερηκόντιζεν, ἐν εὐθέτῳ γενομένου τοῦ Ἰουστίνου Θεοῦ προνοίᾳ, ὥστε καὶ τὰς ἐκείνου ἐξειπεῖν ἁμαρτάδας, καὶ τῷ πολιτεύματι εἰσηγήσασθαι τὰ χρηστότερα. Πάντων γὰρ καὶ τοῦ τὴν ἱεραρχικὴν καθέδραν διέποντος Ἰωάννου, οὗ καὶ πρόσθεν μνείαν ἐποιησάμην, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐν τῇ ὑπαίθρῳ τῶν ἀνακτόρων συνελισθέντων, ἔνθα θέμις τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι, τὸν βασιλικὸν ἁράμενος στέφανον, καὶ

Digitized by Google

τὴν πορφυρᾶν χλαῖναν· καὶ μέλλων ταῦτα περιτιθέναι τῷ Τιβερίῳ, κόμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων τὸ πρότερον, τοιάδε παῤῥησίᾳ ἐξεῖπε· « Μή σε, ὦ βέλτιστε, τῆς φαντασίας ἡ σκηνὴ καὶ ἡ ἀμπεχόνη πλανάτω· οἷς καὶ αὐτὸς οὐκ εἰς δέον παρασυρεὶς, ἔλαθον ἐμαυτὸν ταῖς ἐσχάταις ποιναῖς ὑπεύθυνον καταστήσας. Σοὶ δὲ μελήσει καὶ τὰς ἐμὰς ἁμαρτάδας ἐπανορθοῦν. Ἐπανορθώσεις δὲ, καλῶς τε ἅμα καὶ εὐπειθῶ, διεξάγων τὴν πολιτείαν. Μὴ παντάπασι δὲ τούτοις αἱροῦ πείθεσθαι (τοὺς ἄρχοντας ὑποδεικνύς)· καὶ γὰρ αὐτοί με οἷς ὁρᾷς δεινοῖς περιέβαλον. » Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα ἐπῆγεν, ἃ δὴ πρὸς κατάπληξιν καὶ δακρύων κρουνοὺς παρεκίνησεν. Ὕστερον δὲ πάντων ἐπῆγαγε· « Τίμησον τὸν Θεὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν πάλαι μὲν σὴν κυρίαν καὶ δέσποιναν, νῦν δέ σου μητέρα. Οἱ ἔχοντες οὐσίαν ἐχέτωσαν· οἷς μὴ πρόσεστι, δώρησαι. Ὥσπερ δὲ σαυτῷ, οὕτω καὶ πᾶσι πρόσεχε. Γνῶθι δὲ τίς ἦσθα, καὶ τίς νῦν σήμερον εἶ. Εἰ δ' ἁμαρτάνειν οὐ βούλει, μὴ ὑπερηφάνως διάκεισο. Σὺ γὰρ ὁρᾷς τίς ἐγὼ πρὸ μικροῦ καὶ τί νῦν εἰμι σήμερον. Ἀγάπα πρὸ πάντων τοὺς πένητας· καὶ ἐλεημοσύναι μὴ ἐκλειπέτωσαν ἀπὸ σοῦ. » Γεγενημένης δ' εὐχῆς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ὁ Τιβέριος ὑπὸ τοὺς πόδας τῷ βασιλεῖ ἔῤῥιπτο. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· « Ἐὰν θέλῃς, εἰμί· ἐὰν θέλῃς, οὐκ εἰμι· ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πάντα ὅσα ἐπελαθόμην εἰπεῖν σοι, αὐτὸς εἰς τὴν σὴν καρδίαν ἐπεμβαλεῖ, στηρίζων καὶ στοιχειῶν σε τῷ ἀγνοτάτῳ φόβῳ αὐτοῦ, δι' οὗ σύμπαν σοι κατορθωθείη τῶν ἀγαθῶν. » Ἐπ' ἔτη δὲ τέσσαρα συνδιαγαγὼν Τιβερίῳ Ἰουστῖνος ὁ νέος ἐκλείπει τὸ ζῆν, ιβ' μὲν καθ' ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν διοικήσας· σὺν μησὶ δέκα πρὸς τῷ ἡμίσει, καὶ ἕτερα τέσσαρα μετὰ Τιβερίου, μηνὸς δέοντος· ὡς εἶναι τὰ πάντα ἔτη ις' πρὸς μησὶν ἐννέα καὶ ἥμισυ. Οὗτος ὁ Ἰουστῖνος, ὅσα ὁ Ἰουστιανὸς ᾠκοδόμησε φιλοτίμως διατεθείς, προσθήκαις καὶ ἀναθήμασι κατεκάλλυνε, καὶ κειμηλίοις πολλοῖς· πεσόντα δὲ καὶ τὸν δρομον τοῦ μεγάλου νεὼ, ἐπὶ ιε' πήχεις ἀνυψώσας, πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον μετεσκεύασεν, ἐς οἷον ὁρᾶται τὴν σήμερον. Εὐσεβέστατος δὲ ὢν, λίαν τὸν βίον ἐκδεδιητημένως ἐτύγχανεν. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ἑπταικαιδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τεττάρων πρὸς τοῖς ἑξήκοντα σὺν μησὶν ὀκτὼ· ὁπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ς' ἐνενηκοστὸν ὄγδοον, ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως φ' τρίτον καὶ ἐνενηκοστὸν ἐπεραίνετο.

A essent, quo loco hæc agi celebrarique fas est, imperatoriam coronam sustollens, purpureamque vestem, ut ea Tiberio imponeret, qui comes antea excubitorum fuerat, ita propalam verba fecit: « Ne te, vir optime, umbra ista phantasiæ seu apparatus hujus et vestis hæc decipiat: quibus et ipse, præterquam deceret, transversim raptus, non sensi meipsum supremis pœnis obnoxium reddere. Tibi vero curæ erit, ut peccata quoque mea corrigas. Corriges autem, si recte et benigne rempublicam administrabis: nec omnino istis tibi parendum erit (principes demonstrans), nam et ipsi me in eas quas cernis ærumnas conjecerunt. » Alia insuper ejus generis adduxit, quæ ad consternationem et lacrymas prolixas auditores commoverunt. B Postremo vero omnium intulit: « Honora Deum et Ecclesiam ejus, et olim quidem heram et dominam, nunc vero matrem tuam. Qui facultates et possessiones habent, habeant; quibus eæ desunt, eis tribue. Perinde atque in teipsum, ita in omnes animum intende. Nosce vero et quis antea fueris, et quis hodie factus sis. Si peccare non vis, ne arrogans et superbus fueris. Ipse namque vides, quis ego paulo ante fuerim, et quid nunc sim. Pauperes in primis dilige, et eleemosynæ apud te non deficiant. » Et cum precatio ab episcopo facta esset, Tiberius ad pedes imperatoris se abjecit. Atque ille subinferens, « Si, inquit, volueris, sum; si nolueris, non sum. Deus qui fecit cœlum C et terram, omnia quæcunque tibi dicere oblitus sum, ipse in animum tuum subjiciet, confirmans, atque ab ipso **803** nunc initio instituens te sanctissimo timore suo; per quem omnia tibi recte atque feliciter evenient bona. » Justinus junior ubi in imperio cum Tiberio annos quatuor exegisset, vita excessit. Ipse solus annis duodecim et mensibus decem cum dimidio imperium gubernavit: cum Tiberio annis quatuor, mense uno minus, ita ut imperii ejus anni omnes sedecim sint, et menses novem cum dimidio. Justinus, quæcunque templa Justinianus magna usus liberalitate magnifice construxit, ea accessionibus, donariis et sacris vasis pluribus ipse exornavit. Et summam Magni templi testudinem collapsam, et quindecim cubitos sustulit, et decentissime, ita ut hodie cernitur, restituit. Et cum pietatis esset studiosissimus, in vita quotidiana tamen perquam dissolutus fuit.

Liber hic historiarum decimus septimus tempus complectitur sexaginta et quatuor annorum (1), cum ab orbe condito sexies millesimus nonagesimus octavus, a divina autem Domini nativitate quingentesimus nonagesimus tertius agerctur annus.

(1) Computatio annorum istorum cum aliis chronicis scriptoribus non concordat. Secundum quosdam enim obitus Justini in annum Domini 582, secundum alios in 570 incidit.

Digitized by Google

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΗ'.

—

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XVIII.

—

808 CAPUT I. A

De imperatoris Tiberii imperio, qua imperiali dignitate et magnificentia fuerit.

Suscepta imperii administratione Tiberius ad partes omnes reipublicæ se convertit, ut eum disciplinam rectissime civilem restitueret, tum bellicis expeditionibus commodissime omnem Romani imperii ditionem recuperaret et constitueret. Fuit autem Tiberius procera corporis statura et vultu non solum inter principes viros, verum etiam omnes prope homines decentissimo. Ita ut forma quidem imperio dignus, animo autem placidus esset, et qui humanitate et misericordia quam maxime gauderet, ipso solum aspectu, ut ita dicam, omnes ad se invitans atque alliciens. Eas autem divitias et copias amplas sibi esse B putabat, si prolixe non solum ad necessitatem, sed etiam ad abundantiam aliis largiretur. Nec ille respiciebat quid recipere petentem oporteret, sed quid imperatorem Romanorum dare deceret. Quod si auri quidquam ad eum perveniebat, violenter cum subditorum lacrymis collectum, adulterinum id et rubigine obductum esse existimabat. Proinde civibus ditionis suæ omnibus annuum etiam tributum remisit : **809** et quocunque agros Vadaarmanes expeditione sua vastaverat, immunitate et libertate summa donavit, ultra modum etiam et detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoque et dignitates gerentibus largitiones illegitimas condonavit, quibus priores imperatores subditos ipsi suos vendere soliti fuerant : quas ob res et constitutiones edidit ne quid ejusmodi in posterum committeretur.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος Τιβερίου ἀρχῆς· καὶ ὡς βασιλικός τις καὶ μεγαλοπρεπὴς ἦν.

Ὑποζωσάμενος δὲ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ὁ Τιβέριος, παντοίως ἐγίνετο, τά τε τῆς πολιτείας μάλιστα ἀνορθοῦν, καὶ στρατηγίαις ἀρίσταις τὴν ὑπήκοον πᾶσαν ῥῶσαι καὶ ἀνακτήσασθαι. Ἦν δὲ ὁ Τιβέριος μέγιστός τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ὄψιν μάλα διαπρεπέστατος οὐ μόνον τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων σχεδόν. Ὡς εἶναι τὸ μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, τὴν δέ γε ψυχὴν ἥπιος, καὶ φιλανθρωπίᾳ μάλιστα χαίρων εἴπερ τις, κἀκ μόνης θέας πάντας ὡς εἰπεῖν δεξιούμενος. Ἠγεῖτο δὲ πλοῦτον μᾶλλον καὶ περιουσίαν λαμπρὰν ἑαυτῷ τὸ πλουσίως ἐπαρκεῖν οὐ τὸ πρὸς χρείαν μόνην, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ περιούσιον. Οὐ γάρ τοι διεσκοπεῖτο, τί χρεὼν εἴη λαβεῖν τὸν αἰτοῦντα, ἀλλ' ὃ βασιλεῖ Ῥωμαίων δοῦναι προσήκει. Εἰ δέ που καὶ χρυσὸς αὐτῷ ἦκε δάκρυσι καὶ βίαις ἀρανισθείς, τοῦτον δὲ ἄρα κίβδηλον καὶ ἰοῦ ἔμπλεων ᾤετο. Ἔνθεν τοι καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ ἐπέτειον ἀνῆκε δεσμολογίαν· καὶ ὅσα τῶν κτημάτων Οὐαδααρμάνης ἐπιὼν ἐλυμήνατο, ἐς ὑπερβολὴν ἠλευθέρου, οὐ πρός τι μέτρον τῆς βλάβης. Αἵ τε παρὰ νόμον δόσεις τοῖς ἄρχουσιν εἰάθησαν, αἷς οἱ πρώην βασιλεῖς τὸ ὑπήκοον διεπίπρασκον· ὧν χάριν καὶ ἐγγράφους ἐτίθετο διατάξεις, ὥστε μὴ πράττεσθαι ἀσφαλείᾳ τοῦ μέλλοντος.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὡς Τιβέριος στρατὸν ἀξιόμαχον ἀθροίσας, διὰ Ἰουστίνου τῇ Περσῶν χώρᾳ προσβάλλει, καὶ πολλὰ τῶν φρουρίων ἐλευθεροῖ· καὶ ὡς ἐτελεύτα Χοσρόης.

Καὶ τοίνυν τοῖς οὐ καλῶς συλλεγεῖσι τῶν χρημάτων χρησάμενος ἐς δέον, πρὸς τὴν τῶν ὑπεναντίων μάχην περιφανῶς καθωπλίζετο· καὶ δὴ στρατὸν ἀθροίσας ἡρωϊκὸν ἔκ τε τῶν περὶ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον κατῳκημένων, ἔτι δὲ Μασσαγέτας Παίονάς τε καὶ Μυσοὺς σύναμα Ἰλλυριοῖς καὶ Ἰσαύροις, καὶ ἐκ τοῦ Σκυθῶν γένους ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενος, ὡς ἑκατὸν χιλιάδας καὶ πεντήκοντα ἴλας ἱππέων ἀρίστων ἐκλέξασθαι, κατὰ Χοσρόου ἐξῆει, ἐκείνου εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ Δάρας ἅλωσιν ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἰλθόντος, καὶ τὸ θέρος διαβιβάζοντος· κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν Καισαρος ὁρμᾷν σκοπὸν ἔχοντος, ἣ τοῦ τῶν Καππαδοκῶν ἔθνους προκαθημένη, τῶν περὶ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐκληρώσατο. Ἐς τοσοῦτον δὲ τὰ Ῥωμαίων ἦκε περιφρονεῖν, ὡς καὶ πρέσβεων ὡς αὐτὸν ἥκόντων, μηδὲ θέας ἀξιῶσαι· ἔπεσθαι δ' ἐπιτάξαι ἄχρι τῆς Καίσαρος· κἀκεῖσε γὰρ ἀκοῦσαί τε ὧν δέοιντο, καὶ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας διασκεψάμενον, ἀπόκρισιν δοῦναι. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖσε ἐγένετο, καὶ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα προλαβὸν ἐθεάσατο (στρατηγοῦντος Ἰουστινιανοῦ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Ἰουστίνου τοῦ δειλαίως πρὸς Ἰουστίνου ἀνῃρημένου τοῦ αὐτοκράτορος· ἀκριβῆς δὲ καὶ οὗτος τὰ πολέμια ἦν, πρὸς μάχην τε τὸ στράτευμα παρετάσσετο· αἱ σάλπιγγές τε ἦχουν τὸ ἐνυάλιον, καὶ ὅσα δὴ σημεῖα μάχης ἠώρητο), τόν τε στρατηγὸν καὶ θυμοῦ μετὰ τῆς ἐσάγαν εὐκοσμίας πνέοντα, καὶ ἀντικρυς φωνοῦντα, καὶ τοσαύτην ἵππον ἣν οὐδεὶς βασιλέων πώποτε ἐφαντάσθη, καταπλαγεὶς τοῖς πεπραγμένοις, πρὸς τὸ αἰφνίδιόν τε καὶ προσδοκίας πέρα, ἐκ βάθους στενάξας, βύθιον ἀνωλόλυξε, καὶ μάχης οὐκ ἤθελεν ἄρχειν. Τρίβοντι δὲ τὸν καιρὸν καὶ σοφιζομένῳ τὴν ἀναβολὴν, ὁ τοῦ δεξιοῦ κέρως τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος Κοῦρς ὁ Σκύθης εἰσβάλλει. Καὶ μὴ οἷόν τε Περσῶν τὴν ἄθροαν αὐτοῦ προσβολὴν, τὴν δὲ κατ' αὐτοὺς τάξιν ἀπολιπόντων, πολὺς ἐγένετο φόνος τῶν ἐναντίων. Ἔπειτα τοῖς οὐραγοῖς ἐμπίπτει, ὅπου δὴ καὶ ἡ ἀποσκευὴ τοῦ τε Χοσρόου, καὶ τοῦ λοιποῦ ἀμφ' αὐτὸν στρατεύματος ἦν. Καὶ δὴ λαμβάνει τὰ ἐκείνου κειμήλια σύμπαντα, καὶ τὴν λοιπὴν ἐκείνου ἀποσκευὴν, ὁρῶντος μὲν Χοσρόου, ἀνεκτοτέραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιστροφὴν τοῦ Κοῦρς ἡγουμένου. Ἀλλ' οὗτος ἐξάπινα μεγάλων χρημάτων κύριος γεγονὼς, καὶ τὰ σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν τοῖς φορτίοις ἐπήγετο· ἐν οἷς καὶ τὸ παρ' ἐκείνοις σεβόμενον πῦρ, ὅ ἴσα Θεῷ λατρεύουσιν. Ἄδων δὲ παιᾶνα, τὸ Περσικὸν περιελαύνει στρατόπεδον, καταλαμβάνει δὲ τὴν σφετέραν παράταξιν περὶ λύχνων ἀφὰς, μήτε τῆς σφῶν τάξεως ὑπεκστάντων, μήτε Χοσρόου ἐπιόντος αὐτοῖς, μήτ' αὖ ἐκείνων μάχης ἠργμένων· ὀλίγων δέ τινων ἀκροβολισμῶν γεγενημένων, ἢ ἑνός που καὶ δύο ἐξ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν συμπλακέντων, ὥσπερ εἰωθὸς γίνεσθαι.

CAPUT II.

Ut Tiberius magno et forti exercitu coacto, et per Justinum in Persidem irruptione atque impetu facto, multa castella munitaque loca recuperaverit. Utque Chosroes sit mortuus.

Itaque pecunias non recte exactas in usum decentem convertens, ad bellum hostibus inferendum splendide se armavit : et exercitu heroico ex subalpinis populis, et Rhenum accolentibus gentibus, præterea ex Massagetis, Pæonibus, Mysis, una cum Illyricis et Isauris, atque etiam ex Scythis, optimis strenuissimisque quibusque viris delectis, ita ut centum millia et quinquaginta turmas fortissimorum equitum haberet (1), conscripto, expeditionem adversus Chosroen suscepit, cum ille statim, post Daras castelluio captum, Armeniam ingressus esset, atque inde circa messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet : quæ principem locum apud Cappadocum gentem sortita, primas inter urbes reliquas ferebat. Usque adeo vero jam res Romanorum contemnebat, ut etiam oratores qui ad eum venerant, in conspectum suum non admitteret, sed ad Cæsaream urbem eos se sequi juberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsumque eis re deliberata daturus. Eo autem ubi pervenit, et exercitum Romanorum, qui eum prævenerat (quem Justinianus ducebat, frater Justini illius, a Justino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bellicæ et ipse egregie peritus) conspexit, et jam tubæ classicum canebant, signaque militaria sublimia ferebantur, ac dux ipse una cum tam splendido apparatu animum magnum spirabat, atque ex adverso vociferabatur, equitatusque tantus aderat, quantum nemo unquam imperatorum in animo saltem est imaginatus : apparatu tanto et re tam subita atque inopinata consternatus, ex intimo pectore ductis suspiriis, altius indoluit atque ejulavit, neque pugnæ initium facere voluit. At ipso tempus prælii extrahente, atque arte et fraude dilationem texente, Curs Scytha, cujus curæ dextrum cornu commissum fuerat, impetum in eum facit. 810 Hujus vim confertam cum Persæ sufferre nequirent, ordinesque suos relinquerent, multi ex eis cæduntur. Deinde extremum hostium agmen Curs aggreditur, ubi instrumentum aulicum Chosroæ et exercitus ejus apparatus erat. Hic pretiosissimas quasque res ejus et instrumentum omne, ipso inspiciente et tolerante Chosroe, quod facilius is impressionem suam quam ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepente ingentis pecuniæ dominus factus, jumenta quoque una cum impedimentis abducit : in quibus etiam, qui ab eis perinde atque Deus colitur, ignis erat. Et Curs Pæana canens, Persarum aciem circuit, et tandem circiter primam facem ad suos redit : qui adhuc ordines suos, sicuti acies structa fuerat, servabant, quod neque Chosroes aggressus eos es

(1) Evagr. lib. v, cap. 14.

Digitized by Google

set, nec ipsi initium pugnæ fecissent. Paucis vero velitaribus præliis, unis tantum aut binis ab utraque acie congressis, sicuti fieri assolet, commissis, Chosroes frequentes per noctem ignes accendit, nocturnum prælium experturus. Et cum Romanorum exercitus in duas partes divisus esset, nocte intempesta, vigiles eorum copiarum quæ Borealem plagam versus excubabant, invadit : eisque repentina impressione dissipatis, exercitu universo Melitinem, quæ in propinquo erat, contendit : quam ab incolis et custodibus vacuam Persæ incendunt, seque ad Euphratem trajiciendum instruunt. Porro cum eos Romanorum copiæ a tergo consequerentur, saluti suæ timens Chosroes, elephante conscenso, fluvium tranat, et multos ex militibus suis in amne eo, qui illis pro sepulcro fuit, amittit. Hos suffocatos cum secum accepisset mature decessit. Hujusmodi ille summam pœnam postquam pro injuriis Romano imperio illatis persolvit, ulterius in partes Orientales est progressus, ubi ejuscemodi inducias, ut eum nemo aggrederetur, habuit. Justinianus autem cum exercitu omni Persidem est ingressus, ibique hieme transacta, qui ei resisteret, invenit neminem : atque exercitu non diminuto, circiter æstivum solstitium inde reversus, cum magna et præclara gloria, circa confinium, æstatis reliquum consumpsit. **811** Exinde Chosroes rebus desperatis, doloreque ingenti confectus, et fortunæ vicissitudine exanimatus, cum dedecore vitam amisit : et perinde atque sempiternam columnam atque monumentum fugæ suæ, legem illam, ne quis postea Persarum rex adversus Romanos exercitum duceret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormisdam filium pervenit, de quo postea dicemus.

A Χοαρόης δὲ πυρὰ κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἀνάψας πολλὰ, νυκτομαχεῖν ἐπειρᾶτο. Εἰς δύο δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ διῃρημένου στρατεύματος, ἐν τῷ βαθεῖ τῆς νυκτὸς ἔπεισι τοῖς ἀμφὶ τὸ βόρειον μέρος νυκτοφυλακοῦσιν· ὧν διασκορπισθέντων τῷ ἀδοκήτῳ τῆς εἰσβολῆς, γειτονούσῃ τῇ Μελιτηνῇ ἀθρόον ἐμπίπτει· ἦν δὲ ἡμος οἰκητόρων καὶ ἀφύλακτος καθεστῶσα, πίμπρατο Πέρσαις, οἳ καὶ πρὸς τὴν τοῦ Εὐφράτου διάβασιν παρεσκευάζοντο. Ὡς δὲ τὸ Ῥωμαίων ἄλισθὲν στράτευμα κατόπιν ἐφείπετο, δείσας Χοσρόης περὶ τῷ σώζεσθαι, αὐτὸς μὲν ἐπιβὰς ἐλέφαντι, τὸν ποταμὸν διεπεραιώσατο. Πολὺ δέ τι τοῦ περὶ αὐτὸν στρατεύματος τάφῳ τῷ ποταμῷ ἐχρήσατο· πολλοὺς δὲ καὶ τοῖς ὕδασιν ἐμπνιγέντας λαβὼν ᾤχετο. Καὶ τοιαύτην ὑστάτην Χοσρόης ποινὴν ἀνθ' ὧν εἰς Ῥωμαίους ὑβρίσεις καταθέμενος, ἐπὶ τὰ πρόσω ἐχώρει τῆς ἓω· ἔνθα τὴν ἐκεχειρίαν εἶχεν, ὡς ἂν μή τις αὐτῷ ἐπίοι. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς σύναμα παντὶ τῷ στρατῷ εἰς τὴν Περσίδα εἰσβάλλει· καὶ τὸν καιρὸν τοῦ χειμῶνος ἐκεῖσε διάγων, οὐδεμίαν ποθὲν ἀντίστασιν εὗρισκεν· καὶ μηδέν τι τοῦ στρατεύματος ἀποβαλὼν, ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς ἐκεῖθεν ἐξῄει. Σὺν πολλῇ δ' εὐθείᾳ καὶ περιφανεῖ τῇ δόξῃ περὶ τὰ μεθόρια διετέλει θερίζων. Ἐντεῦθεν Χοσρόης τῷ πολλῷ τῆς καταχυθείσης λύπης ἐν ἀμηχάνῳ γενόμενος, καὶ τῇ παλιῤῥοίᾳ τῶν πραγμάτων ἀποπνιγείς, μετ' αἰσχύνης ἀπολείπει τὸ ζῆν· ὥσπερ τινὰ στήλην ἀθάνατον τῆς αὐτοῦ φυγῆς τὸν νόμον ἐκεῖνον θέμενος, μήποτε τοῦ λοιποῦ βασιλέα Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων στρατεύεσθαι. Μετὰ δ' ἐκεῖνον ἐς Ὑρμίσδαν τὸν παῖδα διέβαινεν ἡ ἀρχὴ, περὶ οὗ ἐν τοῖς καθεξῆς μοι λελέξεται.

B

C

CAPUT III.

De terræmotu, qui Antiochiæ et in vico qui Daphne dicitur, fuit.

Tertius jam imperii Tiberii agebatur annus : et Antiochiæ rursum maximus terræ motus circa meridiem coortus, publicas et privatas ædes ad ipsa usque fundamenta disrupta concussit, minime tamen in terram prostravit. Ipsa vero universa Daphne, quasi succisivum ejus opus facta, corruit. Evenere tum alia quoque non solum Theopoli, verum etiam in urbe ipsa imperante, memoratu digna, quæ civitates eas maximis motibus concitatis conturbarunt atque perterruerunt. Quæ cum initium a zelo et æmulatione divina sumpsissent, convenientem etiam finem sunt consecuta.

D

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ ἐν Δάφνῃ γεγονότος σεισμοῦ.

Ἤδη δὲ τρίτον ἄγοντος τῇ ἀρχῇ Τιβερίου, ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου πάλιν σεισμὸς ἐξαίσιος γεγονὼς κατὰ τὸ τῆς ἡμέρας μεσημβρινὸν, τά τε δημόσια καὶ ἰδιωτικὰ τῶν οἰκημάτων μέχρι τῶν θεμελίων διαῤῥαγέντα, ἥκιστα μὲν εἰς γῆν ἔκλινε· σύμπασα δὲ ἡ Δάφνη πάρεργον αὐτῷ ἐγεγόνει. Καὶ ἄλλα οὐ κατὰ τὴν Θεουπολιτῶν μόνον γέγονεν, ἀλλά γε δὴ καὶ κατ' αὐτήν τε τὴν βασιλεύουσαν, ἄξια λόγου καὶ διηγήσεως. Ἃ δὴ ταύτας ἀνετάραξέ τε καὶ ἐξεβάκχευσε μεγίστους θορύβους ἀνακινήσαντα, τὴν ἀρχὴν θεῖον ζῆλον ἐσχηκότα συμπράττοντα· διὸ προσῆκον καὶ τὸ πέρας ἐδέξαντο.

CAPUT IV.

De Anatolio mago, et ejus adversus Gregorium Theopolis episcopum fraudulentis insidiis.

Erat Theopoli Anatolius quidam (1), ex plebeiis ille quidem et ignavis unus, sed qui postea multis se et variis negotiis ingesserit, et Theopolitanorum res potissimum administrarit : qua ex causa in Gregorii, urbis ejus sacrorum antistitis, amicitiam

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ Ἀνατολίου τοῦ γόητος, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Θεουπόλεως Γρηγορίου συσκευῆς.

Ἦν γάρ τις ἐν τῇ Θεουπολιτῶν Ἀνατόλιος, εἷς μὲν τῶν πολλῶν τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιδιφρίων καθεστηκὼς, πολλοῖς δ' ἐς ὕστερον καὶ διαφόροις πράγμασιν ἑαυτὸν ἐπεισφρήσας, καὶ μάλιστα τῇ Θεουπολιτῶν αὐτὰ διῳκεῖτο· δι' ὧν καὶ φίλος Γρηγορίῳ τῷ τῆς

(1) Anatolius Antiochiæ diis sacrificavit. Evagr. c. 1.

Digitized by Google

Θεουπόλεως τῶν ἱερῶν ἡγουμένῳ ἐγένετο· πυκνῶς τε παρ' αὐτὸν φοιτῶν, μείζω δύναμιν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐμνᾶτο σχολῆς. Οὗτος τοίνυν ὁ Ἀνατόλιος εἰδώλων θυσίαις προσανέχειν διελεγχθείς, ἐξάγιστός τις σὺν ἄλλοις δεινῶν ἀτοπήμασι φωρᾶται συνισχημένος. Δώροις δὲ τὸν τῆς ἕω ἡγούμενον μετελθών, παραβραχὺ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διέδρα. Πολλοὶ γὰρ σὺν αὐτῷ ἑάλωταν τῷ μιάσματι, εἰ μὴ τὸ πλῆθος διαταραχθὲν, τὸ σκέμμα διέλυσεν. Ἐπετώθαζον δὲ καὶ τὸν ἱερέα, ὡς ἄρα εἴη καὶ αὐτὸς τοῖς ἁλιτηρίοις κεχοινωνηκώς. Καί τις δαίμων ταραξίας καὶ ἁλιτήριος ἐνίους; ἀνέπειθεν, ὡς εἴη καὶ θυσίαις σὺν Ἀνατολίῳ χρησάμενος. Καὶ μικροῦ ἂν διεφθάρη Γρηγόριος μεγάλα κατ' αὐτοῦ ὀργῶντος τοῦ δήμου· καὶ ἐπὶ τόσον τὰ τῆς φήμης διέδραμεν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα Τιβέριον, μὴ δι' ἄλλου, ἀλλὰ δι' αὐτῆς Ἀνατολίου φωνῆς τάληθὲς θηράσαι θελῆσαι τῆς μέμψεως· καὶ δῆτα κελεύει τόν τε Ἀνατόλιον καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἥλωσαν, ἀνὰ τὴν βασιλέως ἐλθεῖν. Ἃ δὴ μεμαθηκὼς Ἀνατόλιος, τῇ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι ἐκεῖσέ που ἐν τῇ εἱρκτῇ καλωδίῳ ἠωρημένῃ ἐκτρέχει ὀπίσω στρέψας τὼ χεῖρε, ὡς δῆθεν ἱκετεύων τε καὶ δεόμενος. Ἡ δὲ ἅμα μὲν τὸν ἐναγῆ καὶ ἐξάγιστον ἐκεῖνον μυσαττομένη, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἁλιτήριον ἐξελέγχουσα, εἰς τοὔπισθεν παντάπασιν ἀπεστράφη. Θαῦμα φρίκης μεστὸν καὶ ἐσαεὶ μνημονεύεσθαι ἄξιον· ὃ δὴ πάντες οἵ τ' ἔμφρουροι καὶ οἱ τὴν φυλακὴν ἐπιτετραμμένοι κατεῖδόν τε καὶ τοῖς πᾶσιν ἀνήγγειλαν. Ἡ δ' εἰκὼν καί τισι τῶν πιστῶν ἐωράθη πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐκδίκησιν αὐτοὺς ἐρεθίζουσα, φάσκουσα ὡς ἄρα εἴη ἐνυβρίσας σφόδρα τῷ ταύτης υἱῷ Ἀνατόλιος. Ὡς δὲ κατὰ τὴν Βύζαντος ἐγεγόνει μαστίγων τε ταῖς ὑπερβολαῖς αἰκισθεὶς, οὐδέν τε κατὰ τοῦ ἱερέως ἐξεῖπεν. Ἐπίσης δὲ κἀκεῖσε μειζόνων κακῶν καὶ στάσεως; αἴτιος τῷ δήμῳ ἐγένετο. Καὶ γὰρ ψήφων δοθέντων ἐνίους ἐξοστρακίζεσθαι καὶ μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὁ δῆμος τῷ θείῳ ζήλῳ ἀναφλεγείς, τὸ πᾶν συνέχεεν ἐκταράσσων· ἀγριαίνων τε καὶ χαλεπαίνων τοὺς ἐξοστρακισθέντας ἁνσρπάστους ποιήσας καὶ ἀκατίοις ἐνθέμενος, ζῶντας πυρὶ κατηκόντιζε. Τοιαύτην τοῦ δήμου ψῆφον ἐξενεγκόντος, διελοιδοροῦντό τε ἅμα βασιλεῖ, καὶ πολλὰ τοῦ σφῶν ἱερέως Εὐτυχίου κατεβοῶντο, ὡς τὴν πίστιν καταπροϊεμένων, εἴ καὶ τὸν Εὐτύχιον διαχρήσασθαι ἔμελλον· καὶ τοὺς τὴν ζήτησιν ἐπιτετραμμένους πάντη περιιόντες καὶ τούτους ἀνερευνώμενοι· εἰ μὴ ἡ τὸ πᾶν διέπουσα θεία πρόνοια ἐκείνους μὲν ἐκ μέσου τούτων ἀνήρπασε, τὸ δὲ ζέον τοῦ τοσούτου πλήθους καταβραχὺ ἔσβεσε, μηδενὸς ἀτοπήματος γενομένου. Ὁ δ' Ἀνατόλιος θηρίοις τὰ πρῶτα κατὰ τὸ ἀμφιθέατρον ἐκδοθεὶς καὶ ἱκανῶς ἐκείνοις διασπαραχθεὶς, ἔπειτα ἀνεσκολοπίζετο, μηδ' οὕτω τῶν ἀνοσίων ἔργων λύσιν εὑράμενος· τὸ γὰρ ἐξάγιστον ἐκείνου σῶμα [οἱ λύκοι] τὸ μή ποτε ἱστορίᾳ δοθὲν καταγαγόντες; ἐκεῖθεν, θοίνην ἑαυτοῖς διενείμαντο. Καί τις δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὼν, προεφοίβαζε τὰ ἐπ' αὐτῷ γενησόμενα. Καὶ γάρ πως ἔλεγε καθ' ὕπνους; ἰδεῖν ὡς ἡ κατὰ Ἀνατολίου ψῆφος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῷ δήμῳ διακριθήσεται· καί τις δὲ μέγας τῶν

pervenit.. Et cum eo nomine frequentius ad eum iret, potestatem majorem ex ejus consuetudine est consecutus. Anatolius iste crimine sacrificiorum diis oblatorum accusatus, una cum aliis, ut sacer et exsecrabilis, res graves et absurdas admisisse compertus est. Cæterum cum Orientis præfectum donis expugnasset, parum abfuit quin una cum popularibus suis (multi namque cum eo piaculi ejus participes capti fuerant) evaserit. Multitudo autem, motu concitato, consilio tali obviam iit. Illusit ea antistiti quoque, quasi et ipse detestandorum illorum hominum socius esset. **812** Et dæmon quidam seditiosus et pestilens nonnullis persuaserat, quod Gregorius etiam cum Anatolio sacrificasset. Atque is prope a plebe vehementer infesta et irata interfectus est. Et in tantum fama ejus rei increbuit, ut Tiberius quoque imperator non aliter atque per ipsius Anatolii vocem, criminis ejus veritatem investigare voluerit. Itaque Anatolium, et qui cum eo capti erant, Constantinopolim venire jubet. Quod ubi Anatolius cognovit, ad Dei Genitricis imaginem in carcere alicubi ex funiculo dependentem, versis in tergum manibus, procurrit, supplicantis scilicet et deprecantis in morem. At illa impurum et exsecrandum illum detestans, simul et criminis tanti arguens, totam se ab eo avertit: miraculo medius fidius horrendo, et memoria sempiterna digno: quod captivi omnes, qui in custodia servabantur, et quibus cura carceris commissa fuerat, oculis ipsi suis viderunt, et omnibus renuntiarunt. Imago ipsa fidelibus etiam quibusdam conspecta est eos ad contumeliam suam vindicandam concitare, Filio suo ab Anatolio contumeliose injuriam factam esse dicens. Postquam vero Byzantium Anatolius venit, et flagris quam maxime tortus est, nihil est contra episcopum prolocutus. Verum ibi quoque magnorum malorum et seditionis populo ipse cum popularibus suis causa fuit. Cum namque quosdam, sententiis ferendis, non jugulandos, sed ostracismo multandos esse judicatum esset, plebs zelo divino accensa, universam urbem turbulento motu replevit: sæviensque et graviter eam rem ferens, eos qui ad exsilium damnati fuerant, raptos, et piscatoriis navibus impositos, igni vivos combussit. Et cum populus ejusmodi sententiam tulit, tum convicia etiam in imperatorem jecit, et adversus episcopum suum Eutychium vociferatus est, perinde atque illi fidem abjecissent. Quin multitudo Eutychium quoque, eosque quibus quæstio mandata fuerat, in locis omnibus, investigatos interfecisset, nisi quæ omnia gubernat divina Providentia, illos quidem e medio subripuisset, ferocientis autem multitudinis ardorem paulatim ita restinxisset, ut nihil absurdi committeretur. Porro Anatolius bestiis primum in amphitheatro objectus, et abunde ab illis dilaniatus, in crucem postea est actus. Verum ne sic quidem impiorum flagitiorum pœna est defunctus. **813** Siquidem

Digitized by Google

ersecrandum illius corpus (quod nunquam historiis proditum est) lupi inde detractum devorarunt. Quidam vero Antiochiæ fuit, qui res eas illi obventuras divinavit. In somnis enim se vidisse dixit, Anatolii complicumque ejus judicium plebi, quæ de eis sententiam ferret, commissum esse. Vir præterea magnus, imperialibus ædibus præfectus, quamvis Anatolium defenderet, prolocutus vehementer se objurgantem, et talia fere dicentem : impudenter supra modum in me et Filium meum illusit? Sed hæc hactenus.

A βασιλικῶν οἰκιῶν προεστὼς, καίπερ τὸν Ἀνατόλιον περιποιούμενος, ἐξεῖπεν, ὡς θεάσαιτο τὴν Θεοῦ μητέρα σφοδρότερον ἐπιτιμῶσαν, καὶ ταῦτα ὡσανεὶ ἐπιλέγουσαν· Μέχρι τίνος ἀντιποιῇ τοῦ Ἀνατολίου, οὕτως ἐς τε τὸν ἐκείνης παῖδα καὶ ἐς αὐτὴν ὑπερφυῶς παροινήσαντος ; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

tamen est, conspectam sibi esse Dei Matrem Quousque tandem Anatolium propugnas, qui tam

CAPUT V.

Ut Tiberius ducem Orientis legerit Mauricium, eumdemque deinceps moriens imperatorem creavit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὡς ὁ Τιβέριος στρατηγὸν τῆς Ἑῴας χειροτονήσας Μαυρίκιον, εἶτα τελευτῶν, καὶ εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν προεβάλλετο.

Tiberius porro ubi Justinianum non eadem fortuna, qua antea, rem adversus Barbaros gerere B cognovit, illi quidem præfecturæ Orientalis dignitatem, post Justini obitum, abrogavit. et imperatoria corona dudum sumpta, ducem alium militarium in Oriente ordinum creavit Mauricium, qui paulo post successor etiam Tiberii fuit. De eo mox loco suo dicemus. Qualis enim et quantus fuerit, ex imperio ejus colligendum, quod virum eum clarius manifestiusque hominibus exhibuit, cum illi summam quodcunque vellet, arbitrio suo faciendi potestatem dedisset. Qua re etiam factum, ut domesticæ ejus res et arcanæ in publicum proferrentur. Hic igitur Mauricius, copiis militaribus receptis, ultra Romani imperii fines progressus, et quæcunque erant idoneo commodoque loco Persis castella adortus, ea cepit : tantamque prædam C inde egit, ut urbibus et insulis et agris, quicunque deserti antea fuissent, colonos imponeret, et quæ a multo tempore vacuæ jacuissent terræ, eas ad fructum ubertim ferendum cultura præpararet. Ex eis colonis strenuas etiam et fortes conscripsit copias, quæ contra alias quoque gentes egregium bello robur ostenderunt. Effecit is etiam ut domus universæ servis complerentur, et ut in abundanti rerum omnium copia, levi facile pretio omnia venirent. Conflixit quoque cum fortissimis quibusque inter Persas viris, imperatoriaque arte celeberrimis : cum Tamichosroe videlicet illo, **814** et Adaarmane, qui cum validissimis exercitibus cum eo sunt congressi. Sed enim quomodo D ille, et quid prælio cum illis commisso gesserit, in præsentia mihi dicere facile non est, ad alia quæ instituti nostri sunt, properanti. Tum quidem in ipsa pugna Tamichosroes non equidem Romani exercitus virtute, sed religione sola et sincera in Deum fide ipsius ducis cecidit. Adaarmanes autem prælio excedens, habenis omnibus quam maximis laxatis fugit, non paucis suorum amissis : cum quidem Alamundarus qui Scenitas Barbaros ducebat, victoriam prodidisset : quippe qui Euphratem trajicere, et Mauricio in prælio adesse, contra Scenitas Arabes pugnanti, noluerit. Ea namque Arabum gens invicta maxime, equis celerrimis, ventisque ipsis velocitate simillimis insidens, sicubi conclu-

Τιβέριος δὲ ἐπεὶ τὸν Ἰουστινιανὸν μὴ παραπλησίᾳ γρώμενον τύχῃ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐμάνθανε, παραλύει μὲν τῆς ἐν τῇ Ἑῴᾳ ἀρχῆς μετὰ τελευτὴν Ἰουστίνου· καὶ τὸν βασιλικὸν περιθέμενος στέφανον, στρατηγὸν ἕτερον τῶν κατὰ τὴν Ἑῴαν ταγμάτων ἐχειροτόνει Μαυρίκιον· ὃς μικρὸν ὕστερον καὶ διάδοχος Τιβερίου καθίστατο· περὶ οὗ τὰ πρόσφορα μικρὸν ὅσον οὔπω διαληψόμεθα. Ὅσος γὰρ καὶ οἷος γέγονε, τῇ βασιλείᾳ μᾶλλον φυλακτέον αὐτὸν, ἢ τὸν ἄνδρα τελεώτερον καθυπέδειξε, τὸ αὐτεξουσίως δρᾷν παρασχοῦσα· ὃ δὴ καὶ τὰ ἔνδον ἐκείνου μᾶλλον ἀνέπτυξε. Καὶ τοίνυν οὗτος τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς, κατὰ τὰ ὑπερόρια ἐγεγόνει τῶν πόλεων· καὶ ὅσα Πέρσαις ἐπικαιρότατα φρούρια, προσπεσὼν εἷλε, καὶ τοσαύτην λείαν περιεβάλλετο, ὡς τὰ σκυλευθέντα πόλεις τε καὶ νήσους καὶ ἀγροὺς ὁλοκλήρους οἰκίσαι, τῷ πρώην χρόνῳ ἔρημα γεγονότα· καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ ἀγεώργητον γῆν πολλῷ καρπῷ βρίθειν παρασκευάσαι, στρατιάν τε ἐξ αὐτῶν γενναίαν μάλα καὶ ἀνδρικὴν καταστήσασθαι, ἃ δὴ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν γεννικὴν τὴν ἄμιλλαν ἐνεδείξαντο· οἰκίας δ' ἁπάσας οἰκετῶν πληρωθῆναι, ῥᾳδίως καὶ εὐώνως τῷ πολλῷ πλήθει πάντων τὴν ὠνὴν καταβαλλομένων. Συμπλέκεται δ' εἰς μάχην καὶ τοῖς ἀρίστοις μάλα Περσῶν, καὶ ἐπὶ στρατηγίᾳ τὸ διαβόητον ἐσχηκόσι, τῷ τε Ταμιχοσρόῃ ἐκείνῳ, καὶ Ἀδαρμάνῃ, μετ' ἀξιομάχων ἐπελθόντων τῶν στρατευμάτων. Ἀλλ' ὅπως μὲν καὶ τί αὐτῷ διεπράχθη τούτοις ἀντιπαρατεταξαμένῳ ἐμοὶ μὲν γράφειν οὐκ εὐχερὲς πρὸς ἕτερα τοῦ σκοποῦ μοι βέποντος· τέως δ' οὖν πίπτει μὲν ὁ Ταμιχοσρόης κατὰ τὴν συμβολὴν· οὐκ ἀνδρίᾳ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, πίστει δὲ τῇ εἰς Θεὸν ἀκραιφνεῖ καὶ εὐλαβείᾳ μόνῃ τοῦ στρατηγοῦ. Ὁ δ' Ἀδαρμάνης σφαλεὶς τῇ μάχῃ, ἀνεὶς τὰς ἡνίας ὅλας ἀνακράτος ἔφευγεν, οὐκ ὀλίγους τῶν σφετέρων ἀποβαλών· καὶ ταῦτα Ἀλαμουνδάρου, ὃς τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων ἡγεῖτο, καταπροδόντος τὴν νίκην· ἅτε δὴ μὴ ἐλομένου τὸν Εὐφράτην διαπερᾶν, καὶ συμμαχεῖν Μαυρικίῳ, τὴν ἄμιλλαν πρὸς τὸ σκηνικὸν τῶν Ἀράβων πεποιημένῳ. Καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον τῶν Ἀράβων φῦλον ἀκαταγώνιστον μάλιστα, ἵπποις ὠκυπόοις ἐποχούμενον, καὶ ἀνέμους διαθέον ἐπίσης, οὔτε καταλαμβανόμενον, εἴ που γένοιτο ἐγκλεισθῆναι, μάλιστα δὲ καὶ ταῖς ὑπαγωγαῖς τοὺς ἀπεναντίας προφθάνον. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Θεοδωρίχου, ὃς τῶν Σκυθι-

Digitized by Google

κῶν ταγμάτων ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὤν, ἄγχιστα δὴ τῆς μάχης γεγενημένου, ἔξω τε βελῶν ὡς μάλιστα καθεστῶτος, καὶ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀνακράτος χρησαμένου φυγῇ· ἐπανήκων δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ λαμπροῖς τοῖς τροπαίοις, θρίαμβον κατῆγε, καὶ διὰ πάσης ἦγετο γλώσσης. Ὁ δ' ὧδ' ὑπερβαλλούσης τιμῆς προϊὼν, καὶ ἐς τὴν βασίλειον περιωπὴν ἄνεισι· Τιβερίου πρὸς τῇ τελευτῇ καθεστῶτος, τήν τε παῖδα Αὐγούσταν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀντὶ φερνῆς παραδεδωκότος αὐτῷ· ὀλίγον μὲν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ διαγεγονότος ἐνιαυτὸν, ἀγήρω δὲ μνήμην τῷ παντὶ καταλείψαντος χρόνῳ, οἷς εὖ πράττων τὸν βίον ἐγένετο· ἃ λόγῳ περιλαβεῖν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον καταφαίνεται· μέγιστον δ' αὐτῷ τῶν πεπραγμένων, καὶ ὃν τῇ βασιλείᾳ καταλελοίπει κλῆρον, τὴν τοῦ θαυμαστοῦ Μαυρικίου ἀνάρρησιν· ὃς καὶ τὰς προσούσας κλήσεις ἐκείνοις διένειμε· τὸν μὲν Μαυρίκιον καὶ Τιβέριον προσειπὼν, τὴν δὲ Αὐγούσταν καὶ Κωνσταντῖναν προσαγορεύσας. Καὶ τοίνυν ὅτ' ἐδόκει Τιβερίῳ τῆς ἐντεῦθεν λοιπὸν λήξεως μεταβήσεσθαι, καὶ τοῖς τῆς φύσεως καὶ αὐτὸν ὑπείκειν θεσμοῖς, μελαίνης ἐπικειμένης χολῆς, Μαυρίκιος μὲν ἀνηγορεύετο· καὶ νεάζων τῇ ἀλουργίδι, τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀξίας καὶ τιμῆς μετελάγχανε. Καὶ γὰρ φοράδην ἀχθεὶς ὁ Τιβέριος, τῇ ὑπαίθρῳ τῶν βασιλείων αὐλῇ τὸν τῆς ἱεραρχικῆς καθέδρας ἐπειλημμένον συγχαλέσας (Ἰωάννης δὲ τηνικαῦτα τοὺς τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἔτι διῴθυνεν οἴακας), πρὸς δὲ καὶ τὸν ξύλλογον τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων ἀθροίσας, τήν τε περὶ αὐτὸν δορυφορίαν καὶ φυλακὴν, καὶ ὅσοι δὴ τῇ βασιλείῳ τιμῇ συντετάχαται, ἀλλὰ μὴν καὶ ὅσον τοῦ δήμου ἐπίσημον, γλῶτταν ἑαυτοῦ ἐποιεῖτο τὸν Ἰωάννην, ἄνδρα ῥήτορα καὶ νόμων ἴδριν Ῥωμαϊκῶν, ὃς διάτορον γλῶτταν αὐχῶν, μεγαληγορῶν διετέλει τὰ βασιλέως· ὃν ἐπιχωρίῳ φωνῇ Ῥωμαῖοι κοιαίστωρα ὀνομάζουσι. Παρῆν γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ τοῦ νέου βασιλέως χειροτονίᾳ ἅμα τῇ παιδὶ Κωνσταντίνῃ, ἣν Μαυρικίῳ βίου καὶ τύχης ἅμα κοινωνὸν ἐποιεῖτο· πρινὴ γοῦν ἐγχειρίσαι τὴν ἀνάρρησιν, τῷ συλλόγῳ τῷδε διωμιλήσατο·

datur, non capitur, et locis ad insidias capiendis hostes facile prævenit. Sed et Theodericlus, Scythicorum (1) ordinum dux, in pugna non affuit, verum extra telorum jactum quam maxime consistens, se cum suis effusæ fugæ commisit. Ab ea victoria cum amplissimis tropæis reversus, triumphum egit, atque omnium hominum ore celebratus est. Summi vero honoris via progressus, etiam ad imperiale fastigium conscendit, cum Tiberio jam vitæ finis adesset, qui illi filiam Augustam, et cum ea loco dotis imperium ipsum dedit. Non ille quidem longo admodum tempore in imperio transacto, sed monumento tamen sempiterno ad ævum omne relicto, per res quas per vitam bene egit. Eas vero verbis complecti, non ita facile videtur. Maximum autem probe ab eo gestorum, et quasi quædam hæreditas, quam imperio post se reliquit, illud est, quod Mauricium, virum admirandum, imperatorem renuntiavit. Quin etiam nomina sua genero et filiæ indidit, Mauricio quidem Tiberii, Augustæ vero Constantinæ nomine imposito. Itaque cum Tiberius videret, ex hac deinceps vita sibi migrandum, naturæque legibus cedendum esse, atra illum bili affligente, Mauricius imperator dictus, purpura conspicuus honorem et dignitatem meræ summæque potestatis recepit. **815** Tiberius etenim in hypæthram illam imperialis palatii aulam progressus, antistitem sacrorum (Joannes autem tum adhuc Ecclesiæ clavum gubernabat) eo evocavit, atque insuper conventum sacrarum dignitatum coegit, satellitumque suorum et corporis custodum, eorum quoque qui imperiali honori accensentur. Tum autem quicunque in populo præclari erant, ad se accivit, ubi nomine ejus Joannes verba fecit, orator egregius, et Romanarum legum peritus, et propter insignem eloquentiam imperatoris jussa pro concione exponere solitus, quem vernacula lingua Romani quæstorem dicunt. Aderat igitur imperator ipse in novi principis electione, una cum filia Constantina, quam Mauricio vitæ simul et fortunæ sociam dederat. Prius autem quam imperatoris novi renuntiatio promulgaretur, ad conventum eum ita verba fecit:

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Δημηγορία Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ τῇ ἀναῤῥήσει Μαυρικίου ῥηθεῖσα τῷ πλήθει.

CAPUT VI.

Oratio Tiberii imperatoris in electione et designatione Mauricii, ad populum dicta.

« Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ὄνομα πολυθρύλλητον ἅπασιν ἔθνεσι, καὶ δι' εὐκλειαν δόξης τοῖς ἁπάντων στόμασι περικείμενον· νῦν μεγάλαι τῶν ὠδίνων φροντίδες ἐμοὶ περίστανται. Ἡ μὲν γὰρ ἃ καταλιπεῖν δέον καλῶς διαθεῖναι ἐπείγουσα· ἡ δ' ἐκταράττει τῇ μεταθέσει τῆς διαζεύξεως. Κατεπείγει γὰρ τῆς ἐνθένδε βιοτῆς τοὺς λόγους παραθέσθαι τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ. Καί γε νῦν ἐμοὶ ἡ πάλαι παῤῥησία καὶ ἄδεια περιδεής μοι μάλα καθίσταται. Οἷς γὰρ ἀφθονία τῆς ἐξουσίας πρόσεστι, πλείω δὴ καὶ τὰ σφάλματα εἰκὸς ἕπεσθαι. Ἀλλ' ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ἡμῖν ὀξύτερον ἐπιβάλλουσιν, οὐχ οὕτω

« Viri Romani, præclarissimum apud omnes gentes nomen, et propter amplitudinem gloriæ omnibus omnium linguis celeberrimum: magnæ me nunc curæ et sollicitudines circumstant. Quarum alteræ, ut quæ me relinquere oportet, ea recte constituam, adurgent: alteræ vero, migratione ipsa, qua a vobis disjungar, exterrent. Ea namque rationem actæ hic vitæ universitatis hujus conditori reddere cogit. Et nunc usurpata mihi dudum libertas et securitas in timiditatem ingentem est conversa. Quibus etenim prolixior est faciendi quæ velint potestas, eos peccata plura solent consequi,

(1) Ilic quoque Gothi Scythæ dicuntur.

Digitized by Google

Sedenim quam de imperio concepi curam, acrius me urget, ut videlicet non temere quidvis de republica decernam, sed qui eam recte administret, substituam. Quandoquidem nec mihi imperium ad voluptatem et delicias corporis consectandas commissum fuit. Neque vero fortuna tantum animum meum angit, verum etiam natura ipsa. Eodem enim et imperium et conjux et liberi concurrunt. Nam imperium sapientem gubernatorem requirit, conjux viduitatis curatorem æquissimum, liberi porro, qui eos ducat et defendat, tutorem, propter ætatis imbecillitatem, et naturæ, maxime muliebris, infirmitatem. Cæterum naturæ sæpenumero contemno necessitudinem, morbo ingruente: **816** despicio etiam liberos, et conjugem nihili facio, mihique jam mori videor, et sollicitudinis ejusmodi libertatem consequor. Vix autem cogitationes tales depono, cum mihi imperii cura incessit. Non solum enim certaminum omnium multo maximum est, creditum sibi sceptrum pro eo atque par est conservare, verum etiam hæreditatem imperii, ita ut decet, ad eos quos oportet, transmittere. Equidem æquum esse admodum arbitror, decessoribus principibus successores debere esse præstantiores, ut illorum errata isti corrigant. Quod nisi fiat, imperii ipsius ditionem omnem, propterea quod imbecillibus fundamentis nitatur, labi et corruere necesse est. Talibus curis cum animus meus conficeretur, ea quæ res omnes respicit Providentia, laboribus nostris succurrit, consiliumque nostrum auspicata, auctoritate sua confirmavit, et eum qui post me magnifice imperaturus est, declaravit: Mauricium istum, virum rei Romanæ perquam utilem et commodum, qui plura et magna certamina pertulit, et quasi quemdam arrhabonem, ut ita dicam, futuræ suæ de civibus subditisque curæ et providentiæ apud reimpublicam deposuit. Hunc ipsum hodie imperatorem conspicietis. Tanta autem persuasione et fiducia illum maximæ omnium administrationi adhibeo, haudquaquam mente claudicans, aut errans, ut non modo imperium ei, verum etiam filiolam credam, pignore tanto naturæ ipsius, bono vos animo esse jubens. Id quod velut consolationis viaticum, mecum mihi laturus ad longam istam, unde reverti non liceat, migrationem videor. Vos ipsi autem idonei et fide digni pulcherrimæ hujus ordinationis testes mihi estis, ex eo quod eorum qui imperium nostrum dudum administrarunt, et hujus præcipue viri periculum fecistis, qui prudentissime nos est consectatus. Tu vero, Maurici, pulcherrimum mihi epitaphium imperium tuum facere perge, et sepulcrum meum virtutibus tuis exorna (1), neque spem eorum qui tibi concrediti sunt, per dedecus fallens, neque virtutes ipse tuas oblivioni tradens, et veluti pristinam animi tui generositatem fugiens. Proinde potestatis insolen-

A ταύτην ὡς ἔτυχε καταθέσθαι, ἀλλ' ὃς ἂν αὐτὴν καλῶς διακυβερνήσειεν. Ἐπεί τοί γε οὐδ' ἐμοὶ κατηγόρηται ἐπί τε τῇ τρυφῇ καὶ κολακείᾳ τοῦ σώματος. Τρύχει δέ με οὐχ ἡ τύχη μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσις αὐτή. Ἐν ταυτῷ γὰρ ἥ τε βασιλεία καὶ ἡ γυνὴ καὶ παῖδες ἐπιτίθενται· ἡ μὲν σοφὸν ἡγεμόνα ζητοῦσα, γυνὴ δὲ χηρείας κηδεμόνα ἐπιεικέστατον· οἱ δὲ παῖδες, χειραγωγοῦ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡλικίας προβεβλημένοι, καὶ μάλιστα τὸ τῆς θηλείας φύσεως ἀσθενέστατον. Ἀλλὰ τὸν μὲν τῆς φύσεως περιφρονῶ πολλάκις δεσμὸν, ἐπικειμένης τῆς νόσου· ὑπερορῶ δὲ καὶ παίδων, καὶ παρ' οὐδέν μοι τὸ γύναιον, δοκῶν ἤδη τεθνάναι, καὶ λαγχάνων τῆς τοιᾶσδε προμηθείας τὸ ἐλευθέριον. Οὕτω δὲ ταῦτ' ἀποτίθεμαι. Καὶ ἡ περὶ

B τῶν σκήπτρων εἰστρέχει φροντίς. Οὐ γάρ τοι μόνον ἀγώνων ἐστὶν ὁ μέγιστος τὸ ἐμπιστευθὲν σκῆπτρον προσηκόντως διατηρῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ δεόντως παραπέμψαι τὸν κλῆρον οἷς χρὴ, ἐμοιγε μάλα λελόγισται δίκαιον τῶν προτέρων ἡγεμόνων εἶναι τοὺς δευτέρους ἀμείνους, ὡς ἂν οἷς ἐκείνοις συνέδη σφαλῆναι, οὗτοι τὴν σφετέραν διόρθωσιν ἀπαγάγωσιν. Εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ σύμπαν τὸ ὑπήκοον ἀνάγκη διολισθαίνειν ἀδρανεῖ κρηπῖδι τὴν βασιλείαν ἐδράσαντι. Τοιαύταις φροντίσιν ἐκδαπανῶντί μοι τὴν ψυχὴν, ἡ πάντων ἔφορος Πρόνοια ἐπίκουρος ἡμῖν τῶν πόνων γίνεται, καὶ ταῖς ἡμῶν βουλαῖς αἴσιον τὸ κῦρος ἐπάγει· καὶ

C τῶν μετ' ἐμὲ βασιλεύσοντα λαμπρῶς ἀναδείκνυσι· Μαυρίκιον τουτονὶ, ἄνδρα λυσιτελῆ μὲν τοῖς Ῥωμαίων γενόμενον πράγμασι, πολλούς τε καὶ μεγάλους ἀγῶνας διενεγκόντα· ὡς ἂν τις εἴποι, ἀρῤῥαβῶνας οἱόν τινας προκατατιθέμενον τῆς ἀμφὶ τὸ ὑπήκοον αὐτῷ ἐσομένης προνοίας. Τοῦτον τοίνυν αὐτοκράτορα τήμερον δψεσθε· οὕτω δὲ πεποιθώς εἰμι, καὶ θαῤῥούντως ἐπιδάλλω τῇ μεγίστῃ τῶν διοικήσεων μηδαμῶς χωλεύων κατὰ διάνοιαν, ὡς οὐ μόνον

D τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὸ θυγάτριον τούτῳ καταπιστεύω, τηλικούτῳ φύσεως ἐνεχύρῳ θαῤῥύνων ὑμᾶς. Ὅ δή μοι καὶ ἐφόδιον ψυχαγωγίας ἀποίσεσθαί μοι δοκῶ τῆς μακρᾶς καὶ ἀνυποστρόφου ἐκδημίας. Ὑμεῖς δέ μοι μάρτυρες ἀξιόχρεω τῆς καλλίστης τῆσδε συντάξεως· ἐξ ὧν τε ἡμῶν πάλαι ποτὲ ἐπειράθητε τὴν ἡγεμονίαν ἡνιοχούντων, καὶ τουτονὶ συμπαρομαρτοῦντος λίαν ἡμῖν ἐμφρονέστατα. Σὺ δέ μοι, Μαυρίκιε, κάλλιστον ἡμῖν ἐπιτάφιον τὴν σὴν βασιλείαν ποιῶν διατέλει· καὶ τὸν ἐμὸν τάφον ταῖς σαῖς ἀρεταῖς διακόσμει· μήτε τὰς τῶν σοι πεπιστευκότων αἰσχύνων ἐλπίδας, μήτ' ἀρετῶν ἐπιλελησμένος τῶν σῶν, καὶ τοῦ πρὶν εὐγενοῦς τῆς σῆς ψυχῆς ὡς μάλιστα δραπετεύων· ὅθεν καὶ χαλίνου λόγῳ τὸ τῆς ἐξουσίας ἀγέρωχον, καὶ φιλοσοφίᾳ τὸ τοῦ κράτους σκάφος οἰάκιζε. Ἡ γὰρ βασιλεία χρῆμά τι τῶν ὑψηλῶν μετέωρον, ἐς μέγα τὸν ταύτης ὑπερκαθήμενον αἴρουσα, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐκμοχλεύουσα Οἴεσθαι δέ σε χρεὼν μὴ πάντων ὑπερέχειν φρονήσει· εἰ καὶ τὰ τῆς τύχης ὑπερβάλλει, καὶ ὑψηλὰ κατεσκεύασται παρὰ πάντας. Τῶν γε μὴν ὑπηκόων τὴν εὔνοιαν, ἢ τὸν φόβον θηρεύειν

(1) Pulcherrimum decedentis principis epitaphium, bonus successor.

Digitized by Google

πειρῶ. Τὸν δ' ἔλεγχον μᾶλλον ἀγάπα θωπείας, οἵάπερ διδάσκαλον καθεστῶτα. Πέφυκε γάρ πως ἡ ἐξουσία ἀνουθέτητόν τι χρῆμα, καὶ παιδείας ἥκιστ' ἀνεχομένη. Πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἡ δίκη συνεδρεύουσα παρέστω, πρυτανεύουσα τὴν τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν. Νόμιζε δὲ καὶ τὴν πορφύραν εὐτελές τι ῥάκος σοι ἐπικείμενον τῷ φιλοσοφεῖν· τὸν δέ γε στέφανον ὃν περίκεισαι, μηδὲν διοίσειν τῶν ἀμφὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τοῖς θαλαττίοις περικλυζομένων ψηφίδων. Τὸ δὲ τῆς ἁλσυργίδος ἄνθος στυγνὸν ὄν, δοκεῖ μοι τοῖς βασιλεῦσι παρεγγυᾶν τὸ μετριοπαθὲς ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις ἀσκεῖν· καὶ μὴ περιγάννυσθαι καὶ φρυάττεσθαι τῇ πενθίμῳ ταύτῃ τῆς μοναρχίας στολῇ· οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἀκόλαστον, ἀλλ' ἔνδοξον μᾶλλον δουλείαν τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον φιλοσοφεῖν ἐπαγγέλλεται. Ἡγείσθω τῆς ὀργῆς τὸ φιλάνθρωπον, τῆς δὲ μεγαλοφροσύνης ὁ φόβος. Καὶ γὰρ καὶ ταῖς μελίτταις ἡ φύσις ἡγεμόνας διέταξε· καὶ τὸν σφῶν βασιλέα καὶ κέντρῳ καθώπλισεν, ὥσπερ τι κράτος αὐτόματον ἐγχειρίζουσά πως αὐτῷ, ἵνα καὶ πλήττειν ἔχοι τὸν μὴ προσηκόντως πειθόμενον. Ἀλλ' ἥκιστα ἐκείνῃ τὸ κέντρον τυραννικόν, δημωφελὲς δὲ μᾶλλον καὶ δίκαιον. Οὐκοῦν ἐκείνης ἐσόμεθα μιμηταί, εἰ μή γε λόγος δεδύνηται χαρίζεσθαι καὶ τὰ μείζονα. Ταῦτα μὲν ὁ προβολεὺς ἐγώ· ἕξεις δὲ τῆς γνώμης ὥσπερ δικαστὴν τὴν ἐξουσίαν ἀδέκαστον, ἣ τιμῶσαν τὰς ἀρετάς, ἣ τὴν κακίαν φαυλίζουσαν. »

A tiam ratione fac frenes, et philosophiæ artibus sapienter potentiæ scapham gubernes. Imperium namque res quædam est sublimis et excelsa, in altum **817** qui ei insident sustollens, et recte cogitata excutiens. Minime vero opinionem eam, quod prudentia omnibus anteeas, concipe, quamvis fortuna, quæ tibi sublimis contigit, omnes superes. Porro civium et subditorum benevolentiam potius quam metum fac consecteris, et objurgationem magis, perinde atque magistrum quemdam, quam assentationem, complectare. Potestas namque res quædam est, quæ admoneri docerique nolit, et castigationem ægre ferat. Ante oculos tuos assidens Justitia excubet, quæ vitæ nostræ actionum remunerationem pro summa sua potestate constituit. Purpuram perinde atque vilem pannum tibi injectum esse, per philosophiæ studium existima. Coronam autem qua caput tuum cinctum est, nihil a lapillis qui circa marinum littus fluctibus alluuntur, differre puta. Ipse purpuræ flos, quod subtristior est, exhortari mihi principes videtur, ut moderationem animi rebus secundis servare assuescant, neque nimium lætentur, aut luctuosa ista monarchiæ stola superbiant (1). Imperii siquidem sceptrum non immoderatam potestatem, sed gloriosam potius servitutem exercere admonet. Iræ imperet humanitas et misericordia, arrogantiæ autem timor. Nam et apibus natura duces dedit; earumque regem aculeo quasi quadam spontanea et naturali potestate armavit (2), ut pungere etiam eum possit, qui legitime non pareat. Sed apis minime tyrannicum, verum communi utilitati commodum et justum aculeum habet. Itaque illius saltem erimus imitatores, siquidem ratio ipsa consilia meliora subjicere non valeat. Equidem ad te hæc, veluti productor tuus et parens. Consilii autem nostri judicem habebis potestatem, ab affectione omni et muneribus incorruptam, simul et virtutes ipsas remunerantem, et vitia coercentem. »

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ τῆς ὁράσεως καὶ τελευτῆς Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος.

Ὅτε τοίνυν τὰ τῆς διαλέξεως ἐπερατοῦτο τῷ αὐτοκράτορι, πολὺ τὸ δάκρυον ἔῤῥει ἀνιωμένου τοῦ ὑπηκόου τῷ πάθει. Εἶτα τὴν στεφάνην ὁ βασιλεὺς ἀράμενος, τήν τε πορφυρᾶν χλαμύδα ἀμπείχε τὸν Καίσαρα. Πολλὴ δὲ τῶν ὑπηκόων ἡ τῆς εὐφημίας ἐξηχεῖτο βοή. Οἱ μὲν γὰρ τὸν προστησάμενον τῆς εὐβουλίας ἀγάμενοι, οἱ δὲ τὸν ἀναῤῥηθέντα· οἷς ἑαυτὸν τῆς τοσαύτης ἡγεμονίας παρέθετο ἄξιον. Ἄμφω δὲ τὸν τούτων ἁπάντων αἴτιον εὐφήμουν, ὡς πάντα ξυμφερόντως οἰκονομήσαντα. Ὡς δὲ τὰ τῆς ἀναγορεύσεως κατὰ τοὺς βασιλικοὺς ἀπετελεῖτο θεσμούς, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κλίνην ἀναζεύξας ὁ βασιλεύς, ὅναρ τεθέατο. Ἐδόκει γὰρ πάγκαλόν τι χρῆμα ἀνδρὸς ὄψιν ὁρᾶν, λόγῳ μὲν ἄῤῥητον, γραφῇ δὲ ἀμίμητον· ἐσθὴς ἐκείνῳ λευκὴ τὸν τόπον περιαυγάζουσα.

CAPUT VII.

De visione et morte Tiberii imperatoris.

Cum igitur imperator finem orationis fecisset, cives et subditi propter dolorem quo afficiebantur, multam vim lacrymarum profuderunt. Deinde sublatam imperator coronam et purpuream chlamydem Cæsari circumdedit. Ibi tum subditorum acclamationes et gratulationes exauditæ, partim tam commodi consilii auctorem, partim ipsum renuntiatum principem propter eas quibus se imperio dignum præstiterat virtutes, admirati. Imprimis vero laudibus earum rerum omnium conciliatorem, qui universa commodissime dispensat, extulerunt. Ubi vero ad hunc modum Mauricius imperatoriis cæremoniis princeps est declaratus, imperator ipse in lecto suo repositus, in somnis viri speciem ea forma, quæ neque verbo, neque

(1) Antigonus rex filium intuitus subditis violentius utentem ac superbius : Οὐκ οἶσθα, inquit, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν; hoc est, *Nescis fili, dominatum nostrum esse splendidam servitutem?* Pindarus quoque, omnem regiam et aulicam phantasiam, sicut eam Lucas Act. xxvi vocat, ἐμφανὲς esse cecinit ἄλγος : hoc est, *illustrem miseriam.*

(2) Non constat inter auctores, rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus, an dederit eum quidem natura, sed usum illi tantum negaverit. Istud constat, imperatorem aculeo non uti, etc. (Plin. lib. II, cap. 17.)

Digitized by Google

scripto exprimi queat, et veste tam candida, ut cubiculum ipsum illustraret, vidit. Vir is, manu protensa, talia verba ad eum est profatus : « Hæc tibi, Tiberi, ter sanctum Numen renuntiat : tyranni impii, imperii tui temporibus non exstabunt. » Postquam autem evigilavit, et somnium istud amicis exposuit, legibus deinde naturæ, quamvis imperator esset, obsecutus, terrenam tunicam deposuit, anima eam veluti tabernaculum quoddam relinquente, et ad sedes supernas evolante. Imperio Tiberius cum Justino tribus, solus autem quatuor annis præfuit (1) : qui posteaquam in imperatorum sepulcro repositus est, homines omnes ad Mauricium, perinde atque satellites conversi : et lacrymæ, quibus Tiberii funus prosecuti fuerant, eo ipso die restinctæ sunt. Non enim homines tantum præteritorum meminisse, quantum præsentia curare et colere solent.

A Ὁ δὲ τοιάδε τῷ Καίσαρι ἔλεγε συνδημηγορούσης αὐτῷ τῆς χειρὸς ἐν τῷ σχήματι· « Τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ Τρισάγιον λέγει· Οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοις. » Ὁ δὲ διανήψας, καὶ τὸ ἐνύπνιον ἐπειπών, ἔπειτα τοῖς τῆς φύσεως ἐπειθάρχησε νόμοις, εἰ καὶ βασιλεὺς ἐτύγχανεν ὤν· καὶ τὸν γήϊνον χιτωνίσκον ἀπέθετο, οἷόν τινα σκηνὴν τῆς ψυχῆς καταλιπούσης αὐτὸν, καὶ πρὸς τὰ ἄνωθεν διαβάσης, ἔτη τέσσαρα τῆς ἡγεμονίας κατάρξας. Ὡς δ' ἐκεῖνον ὁ τῶν βασιλέων ὑπεδέχετο τάφος, ἐπὶ τὴν ἐς Μαυρίκιον δορυφορίαν ἅπας ἐτράπαντο· καὶ τὸ κατὰ Τιβέριον δάκρυον αὐθήμερον πέρας ἐλάμβανεν. Οὐχ οὕτω γὰρ τοῖς ἀνθρώποις τῶν παρῳχημένων ἐστὶν ἀνάμνησις, ὡς ἡ περὶ τὰ παρόντα κατὰ σπουδὴς ἐπιμέλεια.

CAPUT VIII.

De Mauricii conjugio, et conjuge ejus Augusta. Qualis, quibus moribus, quo genere, et quibus animi affectionibus Mauricius fuerit.

Ubi Mauricius imperium susceepit, et Tiberium satis eluxit, nuptias primum parat, Augustamque, quæ et Constantina dicebatur, matrimonio solemni imperatorum ritu sibi jungit. **819** Nuptiæ magnifice prorsus imperiali pompa celebratæ, et epulationes splendidæ publicitus per urbem omnem populo datæ. Apparatui tanto affuere vera in Deum pietas et imperatoria Majestas, satellitio Mauricium ejusdemque conjugem decentissime stipantes, et dona eis quam honorificentissime offerentes. Illa namque canitie veneranda, decentibusque rugis, quod antea memoriæ proditum non est, patris C atque matris, nuptias sanctificantium, fratrumque venustorum, conjugalem apparatum exornantium, vicem præstitit. Hæc autem, ex auro contextam vestem, purpura et Indicis margaritis distinctam, nec non coronas auro multo et lapillis pellucidis resplendentes præbuit, atque omnes qui dignitates magistratusque gerebant excitavit, ut splendide, quo dignosci possent, coronati, faces nuptiales accenderent, conventumque sponsalitium hymnis atque carminibus celebrarent. Ita ut conjicere liceret, nunquam apud homines apparatu eo splendidius quidquam exstitisse. Demophilus sane, res Romanas describens, Plutarchum Chæronensem diserte dixisse refert, propter solam urbem Romam, D virtutem et fortunam inter se fœdus pepigisse : ego autem dixerim, veram etiam in Deum pietatem et felicitatem, in solo Mauricio conjunctione inita, convenisse, quod pietas scilicet felicitatem in potestatem suam redegerit, eamdemque errare et labi prorsus non permiserit. Postea etiam Mauricius illud studio habuit, ut non modo corpore, sed animo quoque purpuram atque coronam circumferret. Solus namque ex prioribus imperatoribus sibi ipsi imperavit, et verus cum summa potestate

(1) Paul. Diaconus annos septem Tiberium imperasse scribit : Evagrius solum annos quatuor, li v. cap. 23, ita ut reliquos tres cum Justino imperarit.

B

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τοῦ γάμου Μαυρικίου καὶ Αὐγούστης· καὶ οἷος ἦν τὸ ἦθος καὶ τὸ γένος καὶ τὸν τῆς ψυχῆς τρόπον.

Ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος περιεβάλλετο τὴν ἀρχὴν, ἱκανῶς τὸν βασιλέα θρηνήσας, τὰ περὶ τὸν γάμον πρώτιστα ἐξηρτύετο· καὶ ὡς νόμος βασιλεῦσιν, Αὐγούσταν τὴν καὶ Κωνσταντῖναν εἰσοικίζεται· μεγαλοπρεπῶς τε ἅμα καὶ βασιλικῶς τῆς πομπῆς τῶν γάμων γεγενημένης, ἀγερώχου δημοθοινίας ἐκασταχοῦ τὴν πόλιν περιεπούσης. Παρῆν δὲ ἄρα τῷ γάμῳ θεοσέβειά τε καὶ βασιλεία δορυφοροῦσαι τὰ ἐκπρεπέστατα καὶ δωροφοροῦσαι τὰ τιμιώτατα. Πατέρα γὰρ καὶ μητέρα παρείχετο θεοσέβεια, τῷ αἰδεσίμῳ τῆς πολιᾶς, καὶ τῷ τῆς ῥυτίδος σεμνῷ τὸν γάμον ἁγιάσοντας· ὃ μήποθ' ἱστορηθὲν ἔγνωμεν· ἀδελφούς τε ὡραίους τὴν γαμήλιον πομπὴν ἐκσεμνύνοντας. Ἡ δὲ χρυσόπαστον ἀμπεχόνην ἀλουργίδι καὶ λίθοις κεκοσμημένην Ἰνδῶν, καὶ στεφάνους πολλῷ χρυσῷ καὶ ταῖς ἐκ λίθων διαυγείαις τιμαλφεστάτους· ἅπαντάς τε τοὺς ἐν ἀξιώματι γαμηλίους κήρυκας ἀνάπτοντας καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐστεμμένους ἐξ ὧν γνωρίζοιντο, καὶ τὴν νυμφαγωγὸν πανήγυριν ἀνυμνοῦντας· ὡς εἰκάσαι, μηδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις τῆς πομπῆς ἐκείνης σεμνοπρεπέστερον καθεστάναι. Ὁ μὲν οὖν Δημόφιλος, τὰ κατὰ Ῥώμην ἀναγράφων, Πλούταρχόν φησι τὸν Χαιρωνέα σαφῶς εἰπεῖν, ὡς διὰ ταύτην μόνην ἐσπείσαντο πρὸς ἀλλήλας ἀρετή τε καὶ τύχη. Ἐγὼ δ' ἂν φαίην, ὡς καὶ θεοσέβεια καὶ εὐδαιμονία ἐπὶ μόνῳ Μαυρικίῳ συνῆλθον, τῆς θεοσεβείας βιασαμένης τὸ εὔδαιμον, καὶ περιτρέπεσθαι παντάπασιν οὐκ ἐνδούσης. Ἐσπούδακε δὲ λοιπὸν, οὐκ ἐν τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ περιβαλέσθαι τὴν ἀλουργίδα τε καὶ τὸν στέφανον· μόνος καὶ γὰρ τῶν πρώην βασιλέων ἑαυτοῦ βεβασίλευκε· καὶ αὐτοκράτωρ ὄντως γενόμενος, τὴν τῶν παθῶν ὀχλοκράτειαν ἐκ τῆς οἰκείας ἐξενηλάτησε ψυχῆς· ἀριστοκρατίαν δὲ τοῖς ἑαυτοῦ καταστησάμενος λογισμοῖς, ζῶν ἀρετῆς ἄγαλμα ἑαυτὸν παρέσχετο, πρὸς μίμησιν ἐκπαιδεύων τὸ ὑπήκοον. Οὕτως

Digitized by Google

τοιγαροῦν τὸ μὲν πορφυρώτερω γένος καὶ τοὔνομα ἐκ τῆς πρεσβυτέρας εἶλκε Ῥώμης· τὸ δέ γε προσεχὲς αὐτῷ γένος Ἀραβισσὸν πατρίδα ἐπεγράφετο, ἡ δὴ τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους ἐστί. Φρενήρης δὲ ὢν ἀνὴρ καὶ ἀγχίνους τὰ μάλιστα, ἀκριβῆς τὴν δίαιταν καὶ ἀπεξεσμένος ἐτύγχανε, γαστρός τε ἐκράτει τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις καὶ εὐπορίστοις χρώμενος. Ἀδόνητον δ' ἐφ' ἅπασιν ἑαυτὸν παρέχων, τὰς ἐντεύξεις τοῖς πολλοῖς οὐκ εὐπρόσοδος ἦν, οὐδ' αὖθις ἀνειμένος τὰς ἀκοάς· τὸ μὲν γὰρ εἰς περιφρόνησιν ἄγει, τὸ δὲ πάροδον ὑπανοίγει θωπείᾳ. Καὶ τοίνυν τὰς μὲν εἰς αὐτὸν εἰσόδους σπανίας παρείχετο, καὶ ταύτας ἐσπουδασμένας· περὶ δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς καὶ ἀνονήτοις ταύτας ἀπέφραττεν· οὐ κηρῷ κατὰ τὴν ποίησιν, λόγῳ δὲ μᾶλλον ὡς ἄριστα κλεῖν αὐταῖς τὸν καίριον λόγον εἶναι τιθείς, εὐθέτως ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀνοιγνῦσάν τε ἅμα καὶ ἀποκλείουσαν. Ἀμαθίαν δὲ τὴν τοῦ θράσους μητέρα, καὶ δειλίαν τὴν ἀπῳκισμένην καὶ σύνθρονον ταύτῃ οὕτως ἀπώσατο, ὡς τὸ μὲν κινδύνευμα εὐβουλίαν εἶναι, τὸν δὲ ὄκνον ἀσφάλειαν· ἀνδρίας δὲ καὶ φρονήσεως τοῖς καιροῖς ὀχουμένων καὶ τὰς ἡνίας πρυτανευόντων, πρὸς ὃ ἂν ἐπιτάττοι ἡ χρεία, καὶ τὴν ὕφεσιν καὶ ἐπίτασιν αὐτῶν τῶν ὁρμῶν, μέτρῳ τινὶ καὶ ῥυθμῷ γίγνεσθαι παρεσκεύασε.

princeps ochlocratiam seu turbulentum affectuem statum ex animo ipse suo ejecit, atque aristocratiam sive optimatium gubernationem in cogitationibus consiliisque suis constituit, vivam seipsum virtutis statuam, ut cives atque subditos ad imitationem sui erudiret, præbens. Hic nomen et genus vetustius ex veteri Roma traxit, propinquiorem autem cognationem ex Arabisso patria habuit, quæ gentis Cappadocum est. Fuit autem vir prudens et solers maxime, in vita quotidiana et victu accuratus admodum. Ventri minime indulsit, necessariis tantum et frugalibus cibis usus, **820** constantem se et immotum in rebus omnibus præbuit. A multis adiri se et conveniri non facile passus est, neque in hominibus audiendis dissolutus aut remissus fuit. Alterum enim contemptum affert, alterum autem assentationi aditum præbet. Itaque non frequenter, et tantum de rebus gravibus acturos ad se homines admisit, et aures sermonibus inutilibus et fatuis clausit et obturavit: non cera ille quidem, sicut apud poetas est, sed ratione potius quam commodissime tanquam clavem, sic opportunitatem cum modo conjunctam illis imponens, quæ in colloquiis recte et tempestive sermonem aperiret simul et clauderet. Inscitiam vero, jactantiæ et ferocitatis parentem, timiditatemque sociam ejus et comitem, ita a se rejecit, ut rerum agendarum aggressio bene cœpti consilii, intermissio autem et tarditas certæ securitatis esset, cum interim fortitudo et prudentia se ad tempus accommodarent, et gubernacula ad res ex usu gerendas converterent, remissionemque atque intentionem cœptorum, ut moderatione quadam et ordine instituerentur, curarent.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὅσα σημεῖα Μαυρικίῳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μηνυόμενα προηγήσαντο.

Τούτῳ δὲ ἄρα καὶ πολλαὶ θεοσημίαι ἐγένοντο τὴν βασιλείαν ὥσπερ προμνώμεναι. Καὶ γὰρ ἐπὶ πόρρω νυκτῶν, ἔνδον τῶν ἀνακτόρων ἐπιθυμιῶντι τὸν ἱερὸν οἶκον τῆς Θεομήτορος, ὃς τοῦ Ἰουστινιανοῦ πρὸς τῶν Ἀντιοχέων ἐπίκλησιν ἔσχε, τὸ πέπλον ᾧ τὴν θυωρὸν ἀμφιέννυσι τράπεζαν, πυρίφλεκτον γεγονέναι· ὡς καὶ πρὸς ἔκπληξιν καὶ θάμβος ἥκοντα τὸν Μαυρίκιον δεῖσαι τὸ ἔργον· παρεστῶτα δὲ Γρηγόριον τὸν τῆς πόλεως ἱεράρχην, φάναι θεῖόν τι τὸ χρῆμα εἶναι, καί τινα δὲ ξενίζοντα καὶ ἔξοχα προμηνύειν. Καὶ ἄλλοτε δὲ κατὰ τὴν ἕω διάγοντα, Χριστὸν αὐτῷ οἱ ἐπιφανῆναι ὕπαρ καὶ ἐκδίκησιν ζητεῖν. Ὅπερ ἀντίχρους βασιλείαν ἐδήλου προμνηστευόμενον. Παρὰ τίνος γὰρ ἂν Χριστὸς ἐκδίκησιν ἢ παρὰ βασιλέως, καὶ οὕτως ἐς αὐτὸν εὐσεβοῦς, ἐζήτησεν ἄν; Καὶ ἕτερα δὲ ἄξια λόγου καὶ οἱ ἐς φῶς αὐτὸν προαγαγόντες ἀνήγγειλαν. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ, ὅτε γεννᾷν αὐτὸν ἔμελλεν, ὄναρ μεγίστην ἰδεῖν ἄμπελον ἔλεγεν ἐκ τῆς αὐτοῦ κοίτης ἀναδραμεῖν, βότρυς τε παμπληθεῖς καὶ ὡραίους μάλα ἄθρόον ἀναβλαστῆσαι, καὶ περικύκλῳ ἁπαιωρῆσαι. Ἡ δέ γε μήτηρ κατὰ τὸν τοῦ τόκου καιρὸν ἐκ χῆς ξενίζουσάν τινα καὶ παρηλλαγμένην ἔλεγεν εὐωδίαν ἀναρρυῆναι. Καὶ τὸ γραῶδες δὴ τοῦτο καὶ ἐμοὶ τέως ἄπιστον προστίθει, πολλάκις

CAPUT IX.

Quæ præsagia præcedentia Mauricio imperium portenderint.

Prodigia quoque divinitus accidere, quæ imperium Mauricio portenderunt. In multam enim noctem rem divinam eo faciente, atque incensum offerente, in basilica sacri Dei Genitricis templi, quod a Justiniano apud Antiochenos nomen habet, velum quo sacrosancta mensa contegitur, igne comprehenso arsit, ita ut in stuporem et consternationem conjectus Mauricius ad eam rem expavesceret. Gregorius autem urbis ejus hierarcha, qui ibi præsens astabat, divinum quiddam id esse, atque res novas et sublimes denuntiare dixit. Cum vero in Oriente aliquando Mauricius esset, Christus ei vigilanti manifesto apparuit, et ab eo, ut contumelias sibi illatas vindicaret, petiit. Quæ sane certa de imperio ejus divinatio fuit. A quo namque Christus vindictam, præterquam ab imperatore, atque eo tantopere in illum pio, exigendam emagitaret? Alia præterea **821** memoratu digna, qui eum in lucem produxerunt, de eo renuntiarunt. Pater namque retulit, cum procreaturus esset, in somnis se maximam vitem vidisse, quæ ex cubiculo suo orta emerserit, omnisque generis maturos botros circumcirca pendentes protulerit. Mater vero ipsa partus tempore, e terra novum quemdam et variantem suavitatis odorem

Digitized by Google

redditum esse dixit, illud insuper, quod aniculae rum est, et mihi prope incredibile, addens, persæpe eam quæ Empusa vocatur, alius vero Gilo dixerit, infantem ex cubiculo, veluti eum devoraturam, extulisse, nihil tamen detrimenti ei afferre potuisse. Quin et Symeon ille, qui prope Antiochiam stationem in columna habuit, quantum vix alius quisquam, bonis operibus peragendis commodissimus, et omni virtutum genere clarissimus, non modo multa per divinationem dixit, sed fecit etiam, quæ imperium ejus designarunt. Sedenim talibus parentibus procreatus, atque ad hunc modum educatus simul et doctus, talis etiam sponsus et princeps, Augusta, quæ et Constantina appellata est, uxore domum ducta factus, Mauricius ad imperium pervenit. Quas vero etiam res gesserit, historia ipsa, divino opitulante auxilio, ostendet.

A λέγουσα καὶ τὴν ἣν φασιν Ἔμπουσαν, Γιλὼ δ' ἂν ἄλλος εἴποι, τῆς κοίτης μεταθεῖναι τὸ βρέφος ὡς τοῦτο βρώξουσαν, μηδαμῶς δὲ δυνηθεῖσαν τοῦτο λυμήνασθαι. Ἀλλὰ καὶ Συμεώνης ἐκεῖνος ὁ τῆς Ἀντιόχου ἐγγὺς τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν πεπυιημένος, πρακτικώτατος εἴπερ τις γενόμενος, καὶ ταῖς ἐπαλλήλοις τῶν ἀρετῶν ἐπισημότατος, πολλά τινα τούτῳ οὐ προσφοίβασε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔπραξε, τὴν βασίλειον ἀρχὴν μνηστευόμενα. Ἀλλὰ τοιοῦτος μὲν ὁ Μαυρίκιος· ἐκ τοιούτων δὲ καὶ οὕτω τραφείς τε ἅμα καὶ παιδευθείς, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ νυμφίος ἅμα καὶ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν ἐπίφθονον παρῆλθεν ἀρχήν, Αὐγούσταν τὴν καὶ Κωνσταντῖναν εἰσοικισάμενος. Τί δὲ ἄρα καὶ αὐτῷ διεπράχθη, τὰ καθεξῆς τῆς ἱστορίας δηλώσει, τῆς θείας ἡγουμένης ῥοπῆς.

B

CAPUT X.

De clementia et misericordia Mauricii, et de administratione bellica Philippici.

Illud igitur ei in primis studio fuit, ut ne alicujus qui perduellionis et læsæ majestatis reus ageretur, sanguinem effunderet. Sic Alamundarum Scenitarum Barbarorum ducem, qui rempublicam prodiderat, non interfecit, sed una cum uxore et liberis quibusdam in insulam Siciliam deportari præcepit. Idem filio ejus Naamani fecit, qui macula prorsus et probrum civilis administrationis fuit, et quamplurima flagitia in utramque Phœniciam et utramque Palæstinam ita admisit, ut cohors ejus barbara provincias eas rapinis compilarit atque diripuerit. Cum Alamundarus a Romanis captus esset, et cum Naamanem omnes sententiis suis ad capitis supplicium condemnarent, Mauricius ipse hominem in libera custodia inclusit, **822** neque gravius quidquam de eo constituit, quemadmodum ab eo de aliis plurimis itidem est factum. Orientalium copiarum ducem primum Joannem Thracem creavit : qui sane rebus quibusdam perperam, quibusdam etiam bene peractis, nihil admodum memoria dignum gessit. Post hunc præfectura ea Philippico (1) demandata est, Mauricii necessario. Nam alteram sororum ejus Gordiam in legitimo matrimonio habuit. Hic ultra confinium progressus, omnia vasta dedit, et ingentem prædam egit, plurimosque ex nobilitate Nisibena, quasi aliud agens, ferri gladiorumque opus succisivum fecit. Idem vero jet ad Trigidem amnem egit. Conflictu quoque magno cum Persis facto, plurimi ex hostibus, qui aliis præstabant, in acie ceciderunt : non pauci vivi capti sunt. Cohortem insuper quamdam Persarum quæ opportuno loco in tumulo consederat, cum capere posset, nullis affectam malis dimisit, quæ se persuasuram regi suo esse receperat, ut primo quoque tempore oratores ad eum de pace mitteret. Multas præterea res in præfectura sua egregie gessit, cum ab exercitu quid-

C

D

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῆς συμπαθείας Μαυρικίου, καὶ περὶ τῆς στρατηγίας Φιλιππικοῦ.

Ἐσπουδάσθη τοιγαροῦν αὐτῷ πρὸ τῶν ἄλλων μηδενὸς τῶν ὑποδίκων τῇ βασιλείᾳ παντάπασιν αἷμα ἐκχέαι· οὔτε τοίνυν Ἀλαμούνδαρον τὸν τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτετραμμένον, τὴν πολιτείαν καταπροδόντα, ἀνεῖλεν· ἀλλ' ὑπερόριον νήσῳ τινὶ τῶν Σικελῶν κατεδίκαζε σύναμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἐνίοις· ἐπίσης δὲ καὶ Νααμάνην τὸν ἐκείνου παῖδα· κηλῖδα ἄντικρυς τοῦ πολιτεύματος ἀναφανέντα, καὶ μυρία εἰργασμένον τὰ ἄτοπα, ἐπί τε Φοινίκην ἑκατέραν καὶ ἄμφω τὰς Παλαιστίνας· ὡς καὶ σύμπαν λεῖαν θέσθαι καὶ ἐξανδραποδίσασθαι διὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν βαρβάρων, πάντων τε αὐτοῦ καταψηφισαμένων τὸν θάνατον. Ὁ τε Ἀλαμούνδαρος ὑπὸ χεῖρα Ῥωμαίοις ἐγένετο, οὗτος ἐν ἐλευθέρᾳ φυλακῇ περικλείσας, οὐδὲν ἕτερον ἐπήγαγε τῶν δεινῶν· καθὰ δὴ καὶ ἐφ' ἑτέροις πλείστοις ἀριθμοῦ κρείττοσι διεπράξατο. Τῶν μὲν οὖν Ἑῴων στρατηγὸν ταγμάτων πρῶτα μὲν Ἰωάννην Θρᾷκα τὸ γένος χειροτονεῖ· ὃς ἔνια μὲν ἁμαρτών, ἐπί τισι δὲ καὶ διαγωνισάμενος, τέως οὐδέν τι ἀξιόλογον διεπράξατο· μετὰ δὲ τοῦτον, Φιλιππικὸς ἀνὴρ τὴν ἀρχὴν ἐνεχειρίζετο, κῆδος μετὰ Μαυρικίου ἔχων· θατέρᾳ γὰρ τῶν ἀδελφῶν τῇ Γορδίᾳ ἐπὶ λέχους κοινωνίᾳ ἐννόμως συνήρχετο. Ὅς περὶ τὰ μεθόρια γεγονὼς, πάντα τὰ ἐν ποσὶ λῃσάμενος, μεγάλων λαφύρων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει· καὶ τοὺς πλείστους τῶν εὐπατριδῶν καὶ εὖ γένους ἀνὰ τὴν Νίσιβιν ἐχόντων, ξίφους πάρεργον ἐποιεῖτο. Ἐπίσης δὲ καὶ τοῖς περὶ Τίγριδα τὸν ποταμὸν ἐποιεῖτο. Συμβάλλει δὲ στρατῷ μεγάλῳ καὶ Πέρσαις· καὶ ἀξιομάχου συμπλοκῆς γενομένης, Περσῶν οἱ πλεῖστοι καὶ προὔχοντες πίπτουσιν. Οὐκ ἐλαχίστους δὲ καὶ ζωγρίας εἷλεν· ἀλλά καί τινα λόχον ἔν τινι τῶν εὐφυῶν γεωλόφων δυνάμενος ἐξελεῖν, ἀπαθεῖς κακῶν εἴασεν, ὑπεσχημένους τὸν σφῶν βασιλέα πείθειν περὶ εἰρήνης ὅσον τάχος πρέσβεις ἐκπέμπειν. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα λόγου

(1) Philippicus dux, Mauricii, secundum Diaconum, gener.

Digitized by Google

δξια διεπράξατο στρατηγῶν, ὅπαν περιττὸν καὶ θλακώδες τοῦ στρατοῦ ἐξώσας, καί τινι χαλινῷ πρὸς τὸ κόσμιον εὔτακτον μεταρρυθμίσας αὐτόν. Περὶ ὧν τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσι καταλιπεῖν δίκαιον ἡγημαι· οἷς ὁ λόγος τῇ ἀγνοίᾳ περιολισθαίνων καὶ ἀποχωλεύων, ἢ προσπαθείᾳ θρυπτόμενος, ἢ ἀντιπαθείᾳ δουλεύων, τῶν ἀληθῶν ὡς πορρωτέρω χωρεῖ.

A quid esset molle atque inutile rejecisset, et omnia quasi quibusdam frenis ad disciplinam honestam et ordinem bonum apud copias militares redegisset. De quibus rebus æquum esse duxi, aliis scriptoribus, ut memorent, relinquere : quorum oratio partim ignorantiæ lubricitate claudicans, partim vel affectione sibi indulgens, vel odio etiam inserviens a vero plerumque longius discedit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς προχειρίσεως Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ. Καὶ ὡς ὁ στρατὸς αὐτὸν παρωσάμενοι. Γερμανὸν στρατηγεῖν εἵλοντο.

CAPUT XI.

De facilitate simplicique apparatu Prisci belli ducis. Et ut hunc exercitus rejecerit, Germanumque, ut exercitum duceret, legerit.

Καὶ τοῦτον δὲ διαδέχεται Πρίσκος, τὴν στρατηγίδα μετιὼν ἐξουσίαν· οὐ πρόχειρός τις καὶ οὗτος εἰς θέαν, οὐδὲ πλὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπρόσοδος· ἐντεῦθεν μᾶλλον τὰ πολλὰ οἰόμενος καταπράττεσθαι, ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν εἶναι, καὶ μὴ ἐπίκοινον ἑαυτὸν τοῖς πᾶσι παρέχειν· ὡς ἐντεῦθεν καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα δέει μᾶλλον τοῖς κελευομένοις ὑπείκειν. Ἐπεὶ δ' ἀφίκετο εἰς τὸ στρατόπεδον, τὴν ὀφρὺν αἴρων καὶ πρὸς ὄγκον μάλιστα διεσκευασμένος, προὐτίθει τοῖς στρατιώταις τινὰ περὶ τῆς ἐν μάχαις καρτερίας, καὶ περὶ τῆς ἀσφαλοῦς ἐξοπλίσεως· καὶ ὧν χρεὼν ἐκ τῶν κοινῶν ἀπολαύειν, ἃ καὶ πρότερον πεπυσμένοι ἦσαν, τό τ' εἰς πρῶτον ἐξέρρησσον τὸν θυμὸν, καὶ ὁμόσε τῇ σκηνῇ ἐκείνου χωρήσαντες, λείαν ἐποιοῦντο τὰ προστυχόντα, λῃστρικώτερον μᾶλλον ἢ βαρβαρικώτερον διακείμενοι, καὶ ἃ τῶν κειμηλίων αὐτῷ μεγαλοπρεπέστερον διεσκεύαστο ὑφαρπάζοντες. Καί γε ἂν καὶ αὐτὸς ὀτρύξας στρατοῦ παρανάλωμα γέγονεν, εἰ μή τινι ἐπιβὰς ἵππῳ, ἀνὰ τὴν Ἔδεσσαν διεσώζετο· ἣν καὶ πέμψαντες, ἐπεχείρουν πολιορκεῖν τὸν φυγάδα στρατηγὸν ἐξαιτούμενοι. Ὡς δὲ οἱ ἔνδον ἥκιστα ἐνεδίδοσαν, ἐκεῖνον μὲν εἶων· Γερμανὸν δὲ τὸν ἐν Λιβανησίᾳ τῆς Φοινίκης τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένον, πλεῖστον ἐκβιασάμενοι, ἡγεμόνα σφίσι χειροτονοῦσι· καὶ μικροῦ δεῖν τό γε εἰς αὐτοὺς ἦκον, καὶ αὐτοκράτορα τοῦτον προεχειρίσαντο. Ἐπεὶ γὰρ ἐπέκειντο ἐκβιάζοντες, ὁ δ' ἀντέτεινε σφόδρα, ἔρις ἀμφοῖν ἀνῆπτετο· τῷ μὲν μὴ βιάζεσθαι, τοῖς δ' ἐξεργάσασθαι τὸ ἐγχείρημα· ὥστε καὶ κτείνειν ἠπείλουν, εἰ μὴ ἐκὼν δέχοιτο. Τοῦ δὲ καὶ μᾶλλον τοῦτο αἱρεῖσθαι δεικνύντος, ἐπί τινας λωβήσεις καὶ ἀτόπους αἰκίας ἐτράποντο, οἰόμενοι μὴ οἷόν τε εἶναι ὑποίσειν αὐτάς· μηδὲ γὰρ ἂν καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἡλικίας οὕτω περιφρονῆσαι. Καὶ τῶν δεινῶν γε κατήρχοντο, σὺν εὐλαβείᾳ καὶ φειδοί τινι πεῖραν προσάγοντες. Ὡς δὲ καὶ ἔτι πρόθυμος ἐπὶ τούτοις ἦν, τέλος διόμνυσθαι κατηνάγκαζον, ἢ μὴν πιστὰ φυλάξειν ἐκείνοις, καὶ ἄρχειν ἀρχόμενον, κρατεῖν τε κρατούμενον, καὶ δουλούμενον δεσπόζειν ᾗ βούλοιντο. Ὅσοι δὲ ταξιάρχαι, ἢ λοχαγοὶ, καὶ χιλίαρχοι, ἢ ἑκατοστύες; ἢ δεκάδος ἦσαν κατάρχοντες, ἐκείνους σφῶν αὐτῶν ἀπελαύνοντες, οὓς ἤθελον ἀντεχειροτόνουν τὰς ἀρχὰς ἐπιτρέποντες· καὶ ἀναφανδὸν ἐς τὴν βασιλείαν ἐξύβριζον· καὶ πρᾶότεροι μὲν τῶν βαρβάρων τοῖς συντελέσι τῶν φόρων ἦσαν γινόμενοι· προμά-

Huic autem, præfectura militarium copiarum susceptâ, successit Priscus : qui et ipse non facile se conspici patiebatur, et tantum a necessariis et amicis adibatur, eo demum modo se multa confecturum esse ratus, si in publicum non prodiret, neque se communem omnibus præberet : perinde atque ex ea causâ, qui potestati ejus subditi erant milites, metu adducti, imperata facturi essent. Postquam autem supercilio sublato ad splendorem superbe instructus, ad exercitum est progressus, et ad milites verba quædam de fortitudine in bello, **823** et accuratiore armatura, tum autem de præmiis quæ ex publico recepturi essent, fecit, quæ illi antea cognita habebant, in apertum ira eorum prorupit. Itaque impetu in tentorium ejus facto prædonum, aut Barbarorum more, quidquid ibi repererunt, diripuerunt : et quascunque habuit splendide comparatas magnique pretii res, eas sustulerunt. Ipse quoque in eo exercitus tumultu jugulatus fuisset, nisi equo conscenso Edessam profugisset. Quam missa eo copiarum parte, dedi sibi fugitivum ducem postulantes, obsidere sunt aggressi. Cæterum ubi Edesseni id non fecere, Priscum quidem illi reliquerunt, Germanum vero, militarium in Libanesia Phœnices ordinum ducem, multa ei vi adhibita, exercitui præfecere, parumque adeo abfuit, quin eum etiam, quantum in illis situm erat, imperatorem delegerint. Postquam enim vi hominem aggressi sunt, atque ille eis vehementer restitit, contentio inter utrosque exorta est : illo quidem, ne vi expugnaretur, contendente, his autem, ut quod cœpissent perficerent, ita laborantibus, ut cædem ei quoque, nisi oblatum imperium susciperet, minarentur. Sed enim cum Germanus se ad cædem perferendam potius, quam ad tyrannidem suscipiendam paratum esse ostenderet, ad contumelias quasdam, et verbera indigna, minime illum ea perlaturum esse, quod nec naturam nec ætatem ipse suam ita despecturus esset, arbitrati convenerunt. Et jam injuriis plagisque virum afficere cœperant, cum religione quadam parcius de eo periculum facientes. Cum autem alacriter etiam tum in sententia sua perseveraret, jurejurando tandem ab eo accepto, ad fidem eis servandam illum coegere. Sic ille, pro eo atque milites voluere, invitus imperata facere adactus, imperavit. Et potestati subditus, potesta-

Digitized by Google

tem gessit, atque in servitutem tractus, dominationem apud eos exercuit. Quicunque vero erant ordinum ductores, vel præfecti, vel tribuni, vel centuriones, vel decuriones, eis rejectis, quibus ipsi milites volebant, potestates tales demandarunt, et manifesto in majestatem imperialem deliquerunt. Et mitiores quidem illi in vectigales et tributarios populos, quam Barbari esse solent, fuere, a propugnatoribus vero, aut defensoribus reipublicæ, aut quo tandem eos nomine appellem? quam longissime abfuere. Neque enim mensuris aliquibus aut dimensis frumentum sibi sumebant, aut vetere distributione contenti erant, stationibusve designatis se continebant, sed quod cuique corum consilium et voluntas sua suggessit, id demum **824** fas modusque et mensura erat. Hisce rebus cognitis, imperator Philippicum sororium suum, qui ea recte constitueret, ad exercitum remisit: quem tantum abest ut milites receperint, ut quicunque inter eos vel genere hominem contingere, vel affectione illi bene velle viderentur, extremum, nisi se silentio tuerentur, adierint periculum. Verum enim vero cum se ita res haberent, ex urbe imperante Gregorius antistes Theopolitanus discessit, celeberrimo illo certamine per victoriam defunctus, quod hoc loco commemorare non intempestivum fuerit.

A

B

CAPUT XII.

De lite inter Asterium et Gregorium Theopolis episcopum: et ut Gregorius causam obtinuerit.

Asterius quidam ea tempestate Orientem regebat. Et cum contentio ei cum Gregorio intercessisset, principes civitatis Asterio faventes, hostiles partes sunt secuti. Idem a magna populi parte, et ab opificibus factum. Pro se enim quisque, perinde atque gravissimam injuriam accepisset, contendit. Et plebi, ut maledictis pontificem proscinderet, permissum est: unoque sumpto consilio illi omnes in viis publicis et theatris deambulantes, conviciis quæ in episcopum conjiciebantur, cum risu lætabantur. A quibus etiam scenici ipsi non abstinebant. Ea vero de causa magistratus Asterio abrogatur: cumque Joannes quidam imperatore jubente init, quæstionem habere de rebus motis et causam primariam excitatæ contentionis investigare jussus: vir non ita magnus, nec admodum consideratus, et qui non modo talem et tantam causam minime dijudicare, sed ne parvam quidem litem decidere aut certius cognoscere posset. Porro ubi urbem Antiochenam magnis adversus antistitem turbis implevit, et edictis propositis, si quis experiri jure contra illum vellet, se eum ad agendum admissurum esse promulgavit, non exiguos adversus antistitem libellos a quibusdam argentariæ mensæ præfectis accepit: in quibus Gregorius insimulabatur, quod cum sorore sua, viro alii conjuncta, per incestum consuevisset; præterea quod felicem pacatumque urbis statum persæpe perturbasset. Sed enim de civitate turbata crimen sibi objectum, pro eo atque potuit, refellit. De reliquis autem causis ad judicium et cognitionem imperatoris et synodi provocavit. **825** Itaque Constantinopolim causam dicturus venit. Affuere ibi judicio

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τῆς μεταξὺ Ἀστερίου καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως διαφορᾶς· καὶ ὡς ὑπερέσχε τὴν δίκην Γρηγόριος.

Ἀστέριός τις τηνικαῦτα ἐτύγχανεν ὢν τὴν τῆς Ἔω διαχειρίζων ἀρχήν· ἔριδος δέ τινος μεταξὺ ἐκείνου καὶ Γρηγορίου ὑπαναφθείσης, τὸ τῆς πόλεως ἔκκριτον εἰς Ἀστέριον ῥέψαν, πρὸς ἀντίπαλον διεκρίθη μοῖραν. Οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ τοῦ δημώδους καὶ ὅσον περὶ τέχνας προσελάβετο. Ἕκαστοι γὰρ ὥσπερ ἀνήκεστόν τι παθεῖν διετείνοντο· καὶ ἠφίετο ὁ δῆμος τὸν ἱερέα βλασφημεῖν· καὶ μιᾶς γενόμενοι γνώμης, ἔν τε λεωφόροις καὶ τοῖς θεάτροις ἰόντες, ταῖς κατὰ τοῦ ἱερέως βλασφημίαις ἐπεγγελῶντες ἔχαιρον, οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῶν σκηνῶν τούτων ἀποσχομένων. Διά τοι ταῦτα παύεται μὲν τῆς ἡγεμονίας Ἀστέριος· Ἰωάννης δέ τις πρὸς τοῦ βασιλέως αὐτὴν ἐγχειρίζεται, κελευσθεὶς ζητῆσαί τε τὰ κινούμενα, καὶ τὸ τῆς συστάσης ἔριδος κεφαλαιωδέστερον· ἀνὴρ σμικρός τε καὶ ὀλιγογνώμων, καὶ μήτοι γε τὴν τοιαύτην καὶ τοσαύτην ὑπόθεσιν οἷός τε ὢν διακρῖναι, ἀλλ' οὐδὲ μικρόν τι δικίδιον διαλύσασθαι, ἢ ἀκριβῶς διαγνῶναι. Πολλῶν δὲ θορύβων τὴν Ἀντιόχου κατὰ τοῦ ἱερέως ἐμπλήσας, προγράμματά τε ὑφαπλώσας, εἴ τις κατὰ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας προέδρου βούλοιτο λέγειν, ἕτοιμον εἶναι προσίεσθαι, οὐκ ἐλαχίστας γραφὰς κατ' ἐκείνου ἐδέχετο παρά τινων τραπέζης ἀργυρίων προεστηκότων· αἳ κατηγόρουν, ὡς εἴη Γρηγόριος τῇ ἰδίᾳ ἐπιμανεὶς ἀδελφῇ, ἀνδρὶ καὶ ταῦτα ἑτέρῳ συνῳκισμένῃ. Πρὸς δὲ καὶ ὡς εἴη τῇ τῆς πόλεως εὐστηρίᾳ πολλαχῶς διαλυμηνάμενος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς λύμης ὡς ἐνῆν τὸ ἔγκλημα ἀπεδύσατο· περί γε μὴν τῶν ἄλλων βασιλέα τε καὶ τὴν σύνοδον κριτὰς καὶ διαγνώμονας ἐπεκάλει. Καὶ δὴ κατὰ τὴν βασιλέως γέγονε πόλιν τὰς ἀπολογίας ὑφέξων. Παρῆσαν δὲ καὶ οἱ ἑκάστοτε πατριάρχαι τῇ τοιαύτῃ συζητήσει· οἱ μὲν

Digitized by Google

ἑκόντες παρόντες, οἱ δὲ καὶ μεταστελλόμενοι· οὐκ ἐλάχιστοι δὲ καὶ μητροπόλεων ἐξηγούμενοι· ἔτι δὲ καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱερᾶς γερουσίας παρῆν· ὑφ' ὧν ἁπάντων ἀκριβῶς δοκιμασθείσης τῆς ὑποθέσεως, μετὰ πολλοὺς τοὺς ἀγῶνας τὸν ἱερέα κρατῆσαι· καὶ ἐπὶ τόσον δῆτα περιγενέσθαι, ὡς καὶ τὸν κατήγορον βουνεύροις αἰκιζόμενον, τὴν ἀγορὰν περιάγεσθαι, ἔπειτα ἐξοστρακισμοῦ προστιμηθῆναι. Ἐντεῦθεν οὖν ἀθωωθεὶς, ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἀνῆει θρόνον αὖθις Γρηγόριος· ὁπηνίκα τὸ μὲν στράτευμα στασιάζον ἀφηνίασε μάλιστα, τὸν βασιλικὸν χαλινὸν ἀποπτύον· Φιλιππικὸς δ' ἀμφὶ Βέρροιαν καὶ Χαλκίδα τὰς πόλεις τὴν διατριβὴν ἔχων, ὅποι ποτ' ἂν τὰ τοῦ πράγματος λήξειε διεσκόπει.

A tali patriarchæ omnes, qui vel sua sponte, vel accitii eo se contulerant, nec pauci etiam metropolitanarum ecclesiarum præsides, et sacræ curiæ senatores multi. A quibus omnibus, quæstione diligenter et accurate agitata, post multum certamen et contentionem, antistes ita in causa victor evasit, ut accusator ipse nervis bubulis cæsus et in foro circumactus, tandem ostracismo multatus sit. Exinde igitur innocentia sua probata, ad sedem suam Gregorius est reversus. Quo tempore copiæ militares per seditionem imperium quam maxime detrectabant, et frenos imperiales rejiciebant. Philippicus autem ad Berrhœam et Chalcidem urbes, quonam res evasuræ essent prospiciens, morabatur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τῶν γενομένων ἐξαισίων σεισμῶν· καὶ ὡς ἐν Ἀντιοχείᾳ μόνῃ ξ τοῖς πτώμασι συνεχώσθησαν.

CAPUT XIII.

De maximis gravissimisque terræmotibus: et ut Antiochiæ tantum ad sexaginta millia hominum ruinis sint oppressa.

Μηνῶν δὲ τεττάρων μετὰ τὴν ἄφιξιν διαγενομένων τῷ Γρηγορίῳ, μετὰ ἓν καὶ ἑξηκοστὸν ἔτος τῶν προτέρων σεισμῶν, περὶ τρίτην ἐπιλύχνιον ὥραν σύναμα κλόνῳ πολλῷ βρασμὸς ἐξαίσιος αἰφνίδιος εἰσπεσὼν, πᾶσαν μὲν τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐκ βάθρων ἐσπάραξε· καὶ τὰ μὲν ὑπερανεστηκότα κατήγαγεν· ὅσα δ' ἐν βάθροις καὶ στηρίγμασιν ἦσαν, ἀνέβρασσεν ἐκ τῶν κάτω προπέμπων εἰς ὕψος· ὡς συμβῆναι πάντα τὰ περὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν πρηνῆ πρὸς ἔδαφος ἐνεχθῆναι, μόνου τοῦ ἡμισφαιρίου κατὰ χώραν μείναντος· ὃ Ἐφραίμιος ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῶν δάφνης ξύλων διεσκευάσατο, ὁπηνίκα ὁ ἐπὶ Ἰουστίνου συνέβη σεισμός. Ἐκ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων σεισμῶν κατὰ τὸ βόρειον μέρος ἐκλίθη· διὸ καὶ ἀντερείδοντα ἔσχε τὰ ξύλα ἃ δὴ τότε πρὸς γῆν ἠνέχθη, τῷ πολλῷ καὶ σφοδρῷ τοῦ κλόνου ὑπονοστήσαντος τοῦ ἡμισφαιρίου, καὶ ὡς ἔκ τινος κανόνος εἰς τὸν ἴδιον ἐπανήκοντος χῶρον. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ πολλὰ τῆς καλουμένης Ὀστρακίνης κατεσείσθη διαῤῥύεντα· καὶ τὸ περιώνυμον παρ' αὐτῇ ψηφίον· ἔτι δὲ καὶ τὰ καλούμενα ἐγχωρίῳ γλώττῃ Βρυσία, καὶ τὰ περὶ τὸν ἀγχοῦ τῆς Θεοτόκου σηκὸν, τῆς στοᾶς μόνης ὑπερφυῶς διαφυλαχθείσης. Ἀλλὰ καὶ σύμπαντες οἱ τοῦ πεδίου πύργοι σφόδρα πεπόνθασι, τοῦ ἄλλου τειχίσματος πλὴν τῶν ἐπάλξεων μόνων ἀθιγοῦς μείναντος· καὶ τούτων δ' ἔνιοι λίθοι εἰς τοὔμπαλιν μετεστράφησαν μὴ καταπεσόντες. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν ἱερῶν σηκῶν τοῦ πάθους μετέσχον· καὶ τῶν κοινῶν βαλανείων ἑκάτερον, πρὸς τὰς ἐκ διαμέτρου ὥρας διῃρημένον. Πολὺ δὲ καὶ τοῦ πλήθους τοῖς ἐρειπίοις ἐχώσθησαν· ὡς καί τινας εἰκάζειν τῷ ἄρτῳ τεκμηριώσαι ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα χιλιάδας ἀνθρώπων παραναλῶσαι τὸν πόνον. Γρηγόριος δὲ ὁ τῆς πόλεως ἱερεὺς καὶ πάσης ἐλπίδος ὑπέρτερον διεσώθη, τοῦ ὀρόφου ἔνθαπερ καθῆστο καταπεσόντος αὐτῷ· ἄλλου τε μηδενὸς διαῤῥάντος τὸν κίνδυνον, πλὴν ἐκείνου καὶ ὅσοι ἀμφ' αὐτὸν ἑστῶτες ἦσαν· οἵ καὶ φοράδην σὺν τῷ σκίμποδι ἀνελόμενοι τὸν ἱερέα, καλωδίῳ κατήγαγον αἰωρήσαντες, ἕτερον τοῦ σεισμοῦ τόπον τοῖς συμπτώμασιν ἀνορύξαντες, δι' οὗ τῶν ἐφεστώ-

Post reditum Gregorii, menses quatuor transierant, cum post unum et sexagesimum a prioribus gravioribus terra motibus annum, circiter tertiam noctis horam, una cum sonitu multo, ingens terræ concussio subito exorta, universam Antiochenorum urbem ex fundamentis ipsis convulsit, et cum quæ in altum sublata fuerant ædificia dejecit, tum vero quæ firmamentis suis profundius innitebantur, ex inferioribus locis in sublime excutiens projecit: ita ut structuræ omnes sanctissimæ ecclesiæ præcipites pessumierint, et ipsum duntaxat hemisphærium loco suo permanserit, quod Ephræmius episcopus e Daphnes luci tignis, cum sub Justino terræ motus grassatus esset construxerat. Aliis namque terræ concussionibus in parte septentrionali labefactatum fuerat, eaque de causa tigna, quæ id sustinebant, habuerat. Ea tum ingenti vehementique motu ita humi prostrata sunt, ut hemisphærium haud aliter quam regula quadam in locum suum restitutum sit. Quin et ædificia multa in regione urbis quæ Ostracina dicitur, concussa corruerunt: atque id etiam, quod celeberrimum est in ipsa Psephium dictum: item ea quæ vernacula lingua Brysia nominata sunt: et insuper ædes quoque Dei Genitricis vicina, ubi **826** media porticus sola mirifice est conservata. Labefactatæ etiam admodum sunt omnes in planitie turres, mœnibus aliis, præterquam solis propugnaculis, intactis, atque in iis ipsis propugnaculis saxa quædam in diversam partem conversa, non conciderunt. Multæ præterea aliæ sacræ ædes cladem eam senserunt: et utrumque publicum lavacrum, ex pulcherrimo statu, ad eam quæ ex diametro est, deformitatem collapsum. Magna vero etiam multitudo ruinis oppressa est, adeo ut nonnulli conjecturam ex annona capientes, circiter sexaginta millia hominum ea calamitate interiisse putent. Gregorius ipse, urbis episcopus, præter spem omnem servatus est. Nam tectum et habitatio, ubi consederat, omnis paulo post concidit: neque periculum id quisquam evasit, præterquam

Digitized by Google

ipse, et qui ei præsto erant : qui ipsum una cum lectulo sublatum fune demiserunt, cum alius terræ motus locum alium ruinis ad id patefecisset, per quem periculum imminens effugerunt. Alia quoque res salutaris urbi accidit, benigno et misericordi Deo bonitate et lenitate sua minas comprimente, miserationisque et misericordiæ virga castigare hominum vitia statuente. Nam nullum exortum est incendium, cum quidem multus ubique in urbe esset ignis, in focis ipsis scilicet, privatisque et publicis lucernis, fornacibus, balneis, culinis et officinis aliis, in quibus opifices artes suas exercent. Multi autem ex claris et insignibus viris eo terræ motu interierunt. Quorum unus etiam fuit, quem paulo ante diximus, Asterius, concussionibus ejusmodi et ruina exanimatus.

A τῶν ὑπεξαγαγόντες ἦσαν κινδύνων. Καὶ ἄλλο δὲ τῇ πόλει σωτήριον ἐπεγένετο, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ φειδοῖ τὴν ἀπειλὴν ἀναχόντος, οἴκτου τε κλάδῳ καὶ ἐλέου σωφρονίσαι τὴν κακίαν προελομένου. Οὐδὲ γάρ τις ἐμπρησμὸς ἐγεγόνει, καὶ ταῦτα πολλοῦ πυρὸς ἀπανταχοῦ τῇ πόλει ἐνόντος ἔκ τε τῶν ἐσχαρῶν, καὶ τῶν κοινῶν τε καὶ ἰδιωτικῶν λύχνων, τῶν τε πυγέων καὶ βαλανείων, ὀπτανείων τε καὶ ἄλλων ὅσα περὶ τὴν βάναυσον ἠσχόληται τέχνην. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐπισήμων καὶ ἀξιολόγων ἐάλωσαν τοῖς σεισμοῖς· ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένος Ἀστέριος, ἔργον τῶν σεισμῶν γεγονώς.

CAPUT XIV.

Ut milites militarem disciplinam reliquerint : ad quos imperator, ut eos ad officium reducere tentaret, Gregorium misit.

πρώην χάλκεον ὑπαλλάττων σκεῦος, τὸ ἀργύρεον ἀντιτίθησι, τῇ λατρείᾳ τῶν θεορρύτων μύρων τοῦτο μάλα δὴ προσῆκον οἰόμενος. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐποίει· ὁ δὲ ποταμὸς τῶν μύρων ἀνείργετο. Ἡ γὰρ μάρτυς βδελυττομένη τὸ μῦσος τὴν χάριν συνέστελλε· μηδὲ γὰρ εἶναι θεμιτὸν ἄντικρυς ἔλεγε καὶ σιγῶσα τὸ καθαρὸν τοῦ μὴ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι. Τοῦτ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας γινόμενον ὁ ἱερεὺς διαγνοὺς, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο· καὶ φρονοῦντι ποικίλαις διεδονεῖτο, εἴγε δι' αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία τοῦ τοσούτου χηρεύει καλοῦ. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς δάκρυα καὶ δεήσεις χωρῶν, κατελιπάρει Θεὸν λῦσαι τοῦτο τὸ ἄχθος καὶ τὸ μυστήριον ἀναδεῖξαι τοῦ πράγματος· καί γε Θεοῦ καλῶς ἀποστραφέντος τὸ μῦσος, καὶ τὴν ἄγνοιαν ἐνδίκως οἰκτείραντος, κατάδηλα δι' ὀνείρων τούτῳ τὰ τῆς δεξαμενῆς ἐποιεῖτο βδελύγματα. Καὶ παραχρῆμα τὴν ἐξ ἀργύρου φιάλην ὑπεξῆγεν ἐκείνην· τὴν δ' ἐκ χαλκοῦ πρεσβύτιδα, λάτριν αὖθις ὡς ἀγνὴν προστίθησι τῷ σεβάσματι οἷα παρθένον καὶ ἄχραντον. Καὶ δῆτα βλύζει παραυτίκα πάλιν τὸ μύρον, καὶ τῶν θαυμάτων ἡ χύσις αὖθις πηγάζει. Στηλιτεύεται δὲ διαπρυσίως τὸ βδέλυγμα· καὶ ἡ πόλις τὴν σφετέραν αὖθις περιβάλλεται δόξαν. Τοῦτο εἰς ὦτα τῷ κρατοῦντι ἀνενεχθὲν διὰ τοῦ τῆς πρώτης ἐπειλημμένου ἀρχῆς· Ἰωάννης οὗτος ὁ Νηστευτὴς ἦν· καὶ ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸν τῶν καταδίκων φόνον ἐξαφθεὶς ὁ κρατῶν, τοῦ βασιλέως μεταμέλῳ καὶ μετανοίᾳ ἰάσασθαι βουλομένου τὸ ἔγκλημα, δικαστήριον μέγιστον συναθροίζεται· καὶ γοήτων πλῆθος ἐμφανίζεται· οἳ καὶ δεινῷ περιπλακέντες ἀφύκτῳ, ἐκεῖνοι μὲν πρὸς κόλασιν ἐξεδίδοντο, τὰς προσηκούσας ποινὰς εἰσπραξόμενοι· ὁ δέ γε Παυλῖνος, ξύλῳ πρὸς τὸ ἅπαντες κεχηνότι ἀνασκολοπισθεὶς, αἰσχρῶς τὸ ζῆν ἀπορρήγνυσιν· πρότερον τὴν τοῦ παιδὸς τεθεαμένος σφαγήν· ἦν γὰρ δὴ καὶ αὐτῷ μεταδοὺς ἀρκούντως τῆς ἀνοσίου μαγγανείας τὰ τερατεύματα. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· ὃ δὲ καὶ ἄλλο παράδοξον διεπράχθη κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ διηγήσομαι.

A cultui divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc sic fecit. Rivus autem unguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam et donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens etiam dicebat, ut mundum immundo contingeretur. Hoc postquam diebus plurimis fieri cognovit episcopus, oppido quam graviter tulit, variasque curas in animo ipse suo, quod ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutavit. Proinde ad lacrymas et preces conversus, Deo supplicavit, ut hanc rem tam gravem auferret, et facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero rite abominationem eam amoliens, et inscitiam misericordia legitime prosequens, antistiti in somnis B lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, et priorem illam æream, perinde atque puram et quasi virginem atque immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi derepente unguentum rursum scaturit, et miraculorum latex denuo exundat. Piaculum autem exsecrandum manifesto in apertum producitur, et non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbique gloria sua redditur. Ea res ubi ad imperatoris aures, per primariæ sedis episcopum (Joannes is Jejunator erat) relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est (nam is resipiscentia atque pœnitentia crimen corrigere voluit); judicium igitur maximum cogitur, et maleficorum multitudo C ingens producitur. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem (1) actus, turpiter vitam finiit: cum prius cædis filii sui spectator fuisset. **852** Siquidem et hunc abunde impiæ imposturæ et maleficii portentis imbuerat. Atque hoc ita est gestum. Quod vero præter opinionem omnem aliud a Verbi matre eodem tempore est actum, id quoque referam.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ.

Ὅτως ἀξία δίκη μετῆλθε ποινὰς εἰσπραττομένη οἳ κατὰ τῆς ἁγνῆς Θεομήτορος βλάσφημον κεκινήκασι γλῶτταν.

Ἕλληνές τινες ἔν τινι συμποσίῳ ἐπ' οἴκου τινὸς περὶ οἶνον ποιούμενοι τὴν διατριβὴν, μετὰ τὸ ἄριστον ἐπεὶ καὶ ἱκανῶς διάβροχοι τῷ πότῳ ἐγένοντο, ἔπειτα βλασφημεῖν ἐπεχείρουν καὶ λοιδορεῖσθαι τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ, τελευταῖον τῷ πότῳ σπούδασμα ἐποιοῦντο, ὅτ' ἄν τις ἐννοήσειε τῶν ἀτόπων διατωθάζοντες, καὶ τῷ τῆς οἰκονομίας μυστηρίῳ ἐπεγγελῶντες. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀνόσιον ἔγνωστο, ἐκεῖνοι μὲν τῆς ἀκολάστου γλώσσης ἀξίας εἰσεπράττοντο δίκας· ὁ δὲ τοῦ οἴκου δεσπότης ἔνθα καθήμενοι τῆς ἀτόπου βλασφημίας ἐνεφοροῦντο, καίπερ οὐκ ἀμύητος ὤν, τότε μὲν, ὡς ἐγχωροῦν ἐκείνῳ, διέδρα τὸν κίνδυνον. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, νυκτὸς αὐτῷ κοιμωμένῳ, ἔναρ ἡ Θεομήτωρ ἐφίσταται· ἣν ἐρομένην ἀκριβῶς ἥτις

CAPUT XXXIII.

Ut dignas vindicta divina pœnas exegerit ab eis qui contra immaculatam Dei Matrem blasphemam ausi sunt movere linguam.

Græci quidam sive gentiles, in cujusdam domo D convivantes, et vino sese invitantes, post prandium, simul atque satis adbiberant, blasphemare et conviciis proscindere Verbi Matrem cœpere: postremum hoc compotationi adhibentes studium, ut quæcunque aliquis eorum excogitare posset, absurda atque indigna, per ea ridens œconomiæ et dispensationis salutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulantis linguæ pœnas dedere. Ædium autem, in quibus confidentes gravi blasphemiæ indulserant, dominus, a sacris nostris non alienus, tum quidem, quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multo vero post, noctu ei dormienti in

(1) In crucem scilicet.

Digitized by Google

somnis Dei Genitrix astitit, cui diligentius, Ecquid se, quænam esset, nosset, percunctanti : postquam ipse, nosse se eam professus est : illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam revocavit. Tum ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere : et ne tam cito morte multaretur, sed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur, orare. Illa, daturam se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum, promittere : vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua ejus circumcirca veluti exarans, circumscribere. Id ubi factum, avolans, ei postea non apparuit. At ille, somno discusso, membra ea quæ vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta invenit, recenti sanguine profluente. Et in publicum productus, justum omnibus judicium promulgavit. Qui vero id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculum, cantarunt. Matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæque novo quodam modo affectionem erga nos suam quamvis præter naturam ejus sit, ut quemquam puniat, vi quadam adacta ostenderet, ut scilicet religio nobis stabilis et firma esset.

εἴη, ἐπεὶ γνωρίζειν διωμολόγει, ἐκείνη τὸ τῶν ὕβρεων ἄτοπον ὑπεμίμνησκεν. Ὁ δ' ἱκέτης ἄθλιος ἦν καὶ συγχωρεῖν ἐδεῖτο, καὶ μὴ ἐκ τοῦ παρόντος ἀναιρεῖν πειρᾶσθαι, ἀλλ' ὑπολιπέσθαι μετανοίας καιρόν. Ἡ δ' ἐπηγγέλλετο τοῦτ' αὐτῷ χορηγεῖν, καὶ μὴ νῦν διδόναι τὰς δίκας. Λύγῳ δὲ ὃν τῇ χειρὶ περιφέρειν ἔφκει, περικύκλῳ τὰ ἐκείνου γόνατα περιέγραφεν ὥσπερ διαχαράττουσα· καὶ οὕτω διαπραξαμένη, ἀπέπτη ἀφανὴς τοῦ λοιποῦ γενομένη. Ὁ δὲ τὸν ὕπνον ἐκτιναξάμενος, διαῤῥαγέντα εὐθὺς τῆς ὁλομελείας εὑρίσκει τὰ μέλη, ἃ τῷ λύγῳ διέγραψεν, αἵματος νεαροῦ ἀποῤῥέοντος· καὶ προτεθεὶς δημοσίᾳ, πᾶσι τὴν ἐνδικον κρίσιν ἐξήγγελλεν. Οἱ δ' ἀκούοντες, αἶνον ἀνῆγον τῷ παραδόξῳ Θεῷ, καὶ τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω τοῦ τῶν Χριστιανῶν γένους ὑπερασπιζούσῃ ἀεὶ, καὶ τρόπον ἕτερον τὸ συμπαθὲς ἐπιδεικνυμένῃ, κἂν καὶ παρὰ φύσιν αὐτῇ τὸ κολάζειν, βιαζομένῃ, ὡς ἄν γε τὰ τῆς θρησκείας ἔμπεδα εἴη.

853 CAPUT XXXIV.

De sancto Joanne Jejunatore, archiepiscopali dignitate Constantinopoli ornato.

Tum vero etiam hierarcha urbis Constantinopolitanæ Joannes (1), post episcopatus sui annos tredecim, ex hac vita decessit. Qui quod voluptates expugnarit, animique perturbationes coercuerit, et imperium in ventrem exercuerit, Jejunator a Byzantiis cognominatus est : vir ex idiotarum quidem ille et opificii non inhonesti ordine progressus, sed qui propter præstantem virtutem ad episcopatus fastigium sublatus sit. De quo cum multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maxime celebratur, quod propter suam erga pauperes affectionem et misericordiam (2), pluribus ab imperatore talentis mutuo sumptis, syngrapham illi dederit, qua substantiam suam mutuæ pecuniæ tanquam hypothecam opposuit atque impignoravit. At postquam is e vita migravit, Mauricius, antistitis facultates inquirens, paupertatem eum magnopere consectatum fuisse comperit : eumque de virtute tanta admiratus, syngrapham statim discerpsit : et lectulum tantum ligneum, qui in bonis ejus repertus est, et amiculum laneum tenue admodum, nec non penulam quamdam deformem (fuerat namque Joannes male vestitus, frugalitate vitæ conspicuus) in aulam imperialem inferri jussit, eaque rebus omnibus prætulit. Et jejuniorum solemni tempore deinceps, lectis ex auro et lapillis pretiosis concinnatis, sericisque vestibus, et aliis imperialibus deliciis valedicto,

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ τοῦ τὴν ἀρχιερατικὴν Κωνσταντινουπόλεως περιβαλλομένου ἀξίαν.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ τὴν ἱεραρχίαν διεθύνων τῆς πόλεως Ἰωάννης μετὰ ἔτη δεκατρία τὸν τῇδε βίον ἀπέλιπεν· ὃς διὰ τὸ καταφιλοσοφῆσαι τῶν ἡδονῶν, τυραννῆσαί τε τῶν παθῶν, καὶ αὐτοκράτορα τῆς κοιλίας γενέσθαι, Νηστευτὴς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων κατωνομάζετο· ἀνὴρ ἐξ ἰδιώτου καὶ τέχνης χαράγμασι δεξιᾶς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερφέρον εἰς τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ὕψος ὀρθεὶς. Περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλοῦ λόγου ἄξια φέρεται· λέγεται δ' οὖν, ὡς συμπαθείας οἰκτῳ τῷ πρὸς τοὺς πένητας ἱκανὰ πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος δανείσασθαι τάλαντα, καὶ γραμματεῖον αὐτῷ ἐγχειρίσαι, τὴν οἰκείαν περιουσίαν ταῖς τοῦ δάνους ἁλαῖς ὑποθέσθαι. Ἐπεὶ δὲ μετῆρεν ἐντεῦθεν, ὁ Μαυρίκιος τὴν τοῦ ἱερέως περιουσίαν διερευνησάμενος, εὑρίσκει τοῦτον τὸ ἀφιλοχρήματον ἐς ἄκρον φιλοσοφήσαντα· καὶ δῆτ' ἀγάμενος τὸν ἄνδρα τῆς ἀρετῆς, διαῤῥήσσει μὲν τὸ γραμματεῖον εὐθύς· μόνον δὲ τὸν παρευρεθέντα σκιμποδίσκον ξύλινον, καὶ τὴν ἐξ ἐρίου σισύραν ἐς τὰ μάλιστα εὐτελῆ, φενόλην τέ τινα ἀκαλλῆ (δυσείμων γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ λιτότητι βίου λαμπόμενος). Ταῦτα δὴ ταῦτα ἀντὶ πάντων ὁ Μαυρίκιος τιμησάμενος, ἐς τὰ βασίλεια μετηγάγετο. Τῷ καιρῷ τοίνυν τῶν νηστειῶν ταῖς χρυσαῖς καὶ λιθοκολλήτοις τῶν κλινῶν, τοῖς τε νήμασι τῶν σηρῶν, καὶ τῇ ἄλλῃ βασιλικῇ τρυφῇ χαίρειν λέγων, τῇ ξυλίνῃ στιβάδι τοῦ ἱερέως πανυχίζων ἐχρῆτο θείας τινὸς ἐντεῦθεν χάριτος οἰόμενος μεταλήψεσθαι. Τότε καὶ τὸ Μαύρων ἔθνος ἐς Λιβύην

(1) Inter Joannem istum et Gregorium episcopum Romanum contentio fuit; quod Joannes œcumenicus episcopus nominari voluerit, cui propterea Gregorius restitit. Blond., Gregor. *Epist.* l. IV, c. 29.

(2) Alii Joannem Eleemosynarium nominant. Cujus sacri cineres in arce Budensi fuere.

Digitized by Google

πρῶτον ἐφάνη, ἀνακράτος ὑπὸ στρατηγῶν Γερμανῶν τῶν ἐκεῖσε τόπων ἐκνικηθέν.

A ligneo præsulis ejus toro noctibus totis usus est. gratiam quamdam divinam ex eo se consecuturum existimans. Tum quoque Maurorum gens in Libya visa est, a Germanis ducibus bello locis suis expulsa.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ.

Τίνα τεκμήρια προηγήσαντο τῆς τοῦ αὐτοκράτορος Μαυρικίου ἀναιρέσεως· καὶ περὶ τῶν δεικθέντων τεράτων.

Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ πλεῖστα σύμβολα διεφάνη τὴν τοῦ αὐτοκράτορος δηλοῦντα διαδοχήν. Πρῶτον μὲν γὰρ κομήτης μέγιστος ὤφθη ἐπὶ πλείστας περιφανῶς διαλάμπων ἡμέρας· καὶ ἄλλο δέ τι ἐπισυμβὰν, τοῦτο μᾶλλον ἐμφανέστερον παρεδήλωσεν. Ἀνὴρ γάρ τις λιτότητι βαθείᾳ τὰ μάλιστα διαζῶν, καὶ ἐν μονήρει βίῳ ἀσκήσεως τῆς τῶν ἀποῤῥήτων θεωρίας μετειληφὼς, καὶ τὰ πρὸς τὸν τῇδε βίον διαλυσάμενος, σπάθην γυμνώσας ἀπὸ τοῦ φόρου (ἐπίσημος δ' οὗτος ὁ χῶρος τῆς πόλεως), μέχρι τῶν προαυλίων τῶν ἀνακτόρων ξιφήρης προῆλθε· καὶ μέγα βοῶν προηγόρευεν, ἐν οὐ πολλῷ τὸν αὐτοκράτορα σύναμα παισὶ καὶ τῇ γαμετῇ φόνῳ μαχαίρας τεθνήξεσθαι. Καιρῷ δὲ θέρους καὶ Ἡρωδιανόν τινα εἰς τοὐμφανὲς τὸ ἐσόμενον τούτῳ προαναγγεῖλαι. Καὶ οὗτος δὲ οὐκ ἄνευ θείας ὁμφῆς διισχυρίζετο ἐπιφανῆ γενέσθαι οἱ τὰ τῆς προῤῥήσεως. Καὶ ἄλλα δὲ τέρατα τηνικαῦτα γεγένηται, ἃ μήποτέ τις ἢ ὄψει ἢ ἀκοῇ παρειλήφει. Ἐν μὲν γὰρ Θράκῃ γυνὴ παιδίον ἐγέννα, πλημμέλημα φύσεως ἄντικρυς. Ὡς πορῥωτέρω γὰρ παντάπασιν ἦν ὀφθαλμῶν· βλεφαρίδων τε καὶ ὀφρύων ἀμοιρον ἐτύγχανεν ὄν, καὶ τὴν ἄλλην πλάσιν ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον. Χειρῶν γὰρ καὶ βραχιόνων ἀπηλλοτρίωτο, πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐραῖον ἦν αὐτῷ συμφυές. Ὃ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, τὸ μὲν τέρας ἀναιρεῖσθαι προσέταττε, καὶ αὐτίκα τὸ ξίφος ἠσπάζετο· ἡ δὲ τερατοτόκος ἐκείνου μήτηρ, ἐπεὶ μηδὲν συμβαλεῖν τῷ παραδόξῳ διεγινώσκετο, ἀφίεστο τοῦ ἐγκλήματος. Τότε δὴ καὶ ὁ τῶν βασιλείων ἵππων ἐπισημότερος τῷ χρυσέῳ κόσμῳ καταλαμπόμενος ἀθρόον πεσὼν διερράγη. Ἱρὸν δὲ τοῦ ἄστεος τῆς βασιλίδος καὶ ἕτερα παράδοξα τίκτονται· ἐν μὲν τέτταρας πόδας ἔχον παιδίον, καὶ δικόρυφον ἕτερον. Ἃ δὴ καὶ ἀνιάτῳ ξίφει ὑπήγοντο

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῶν ἐν Νειλῴοις ῥείθροις ἀναφανέντων ἀνθρωπομόρφων ζώων.

Ἐνάτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς Μαυρικίου ἀρχῆς, Μηνᾶ τὴν Αἰγυπτιακὴν ἀρχὴν διιθύνοντος, κἀπὶ τοῖς Νειλῴοις ῥείθροις, παραδόξων τινῶν ἐπιφάνεια γίνεται. Ἐπεὶ γὰρ ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Δέλτα ἦκε (χῶρος δὲ οὗτος Αἰγυπτίοις ἐπίσημος, ἐκ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου τὴν ὀνομασίαν λαβών)· καὶ περὶ πρώτην ἕω ἐπὶ τὰς ὄχθας τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο, ἀθρόον ἐκ τῶν τοῦ ποταμοῦ λαγόνων ἀνήρ τις ἔκπληξιν παρέχων ἀνῄει, γίγαντι τὸ πρόσωπον ἐοικώς, δριμὺς τὸ βλέμμα, τὴν κόμην ἐπίξανθος, διεσπαρμένας ἔχων καὶ πολιάς, τὰ στέρνα βαθύς· ἡρωϊκῷ δὲ ἄρα ἐῴκει ἔκ τε τῶν νώτων καὶ βραχιόνων· μέχρι δὲ τῆς κύστεως ἀναῤῥιχώμενος, τὴν ἱστορίαν παρεῖχετο. Τὰ

854 CAPUT XXXV.

Qualia indicia eædem Mauricii imperatoris præcesserint: et de quibusdam portentis quæ apparuerunt.

Eodem tempore plurima etiam indicia apparuere, imperatoris mortem portendentia. Primum enim cometa maximus visus est, plurimis coruscans diebus. Et alia quæ accidit res, clarius etiam id ostendit. Nam vir quidam qui quam tenuissime B vixerat, et in vita solitaria sese contemplatione rerum arcanarum exercuerat, vitæque isti mundanæ renuntiaverat, strictum gladium in foro (celebris hic urbis locus est) usque ad vestibulum aulæ imperialis gerens, processit, et voce magna prædixit, brevi imperatorem una cum liberis et conjuge ferro cæsum iri. Æstatis vero tempore, Herodianus etiam quidam, id quod de imperatore futurum esset, propalam renuntiavit: atque is non sine divina sorte sibi prædictionem eam manifestatam esse confirmavit. Alia insuper prodigia tum temporis accidere, quæ nunquam antea aliquis vel vidit vel audivit. In Thracia siquidem mulier puerum genuit monstrosum prorsus, naturæque ipsius piaculum. Oculis namque, palpebris et superciliis C caruit, neque reliqua corporis constitutione formam et effigiem justam habuit: quippe cui neque manus; neque brachia essent, et cui ad coxendices cauda piscis illis innata dependeret. Quod portentum ubi imperator vidit interfici jussit, gladiumque statim exosculatus est. Mater autem quæ monstrum ipsum protulerat, quandoquidem sua culpa ad inopinatum miraculum nihil contulisset, crimine absoluta est. Tum etiam ex imperialibus equis præstantissimus, et aureo ornatu spectatissimus, derepente concidens, ruptus est. In suburbanis autem imperantis civitatis vicis, alia quoque monstra nata sunt: puer videlicet quatuor pedes habens, et biceps alter, uterque vero ferro concisus est.

855 CAPUT XXXVI.

De animantibus humana forma, quæ in flumine Nilo apparuerunt.

Decimo nono imperii Mauricii anno, Mena præfecto Ægyptum gubernante, etiam in flumine Nilo portenta quædam exstiterunt. Postquam namque præfectus in Delta (locus hic apud Ægyptios præclarus est, ex litteræ ejus figura nomen adeptus) venit, et ipso diluculo ad amnis ripam iter fecit, subito ex fluminis alveo vir quidam horrorem secum afferens, prodiit, vultu giganti similis, aspectu gravi, capillo subflavo et canis resperso, pectore ingenti, dorso et brachiis heroicum quiddam præ se ferens, atque pubetenus cum subinde ex undis subsiliret, spectandum se præbens, reliquo vero corpore sub aqua latens: veluti enim erubesce-

Digitized by Google

ret, sic arcana naturæ occultavit. Eum ubi dux conspexit, solemniter eum identidem adjuravit, siquidem dæmonium esset, ut e conspectu abiret, et in solitudinem se reciperet : sin creatrix aliqua vis id protulisset, ut ne prius spectandum se subduceret, quam omnes inopinato aspectu satiati essent. Itaque animans id (hominem enim dicere non ausim) diutius constitit adjuratione constrictum, seque omnibus conspiciendum præbuit. Tertio deinde die, sub auroram, aliud etiam animans muliebri forma (nam id natura satis indicabat) ex undis emersit. Nam vultus ipsius lævitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, et capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendor, feminam esse denuntiabant : sed coma ei subnigra, facies candida, nasus mediocris, et digiti in manibus decentes erant. In ore tenera florebant labia, ubera leniter intumescebant, et papillæ a pubertate recenti paululum prominere conspicienti videbantur. Reliquas mulieris partes flumen occultabat, arcana thalami conjugalis mysteria spectatoribus, perinde atque eis qui sacris secretioribus initiati non essent, subduceus. Dux igitur ipse et cohors ejus usque ad occasum solis spectaculo eo oculos pavere, quo tempore et animalia ea intimos amnis recessus subiere, **856** cum silentio sese videnda exhibuissent. Muta namque taciturnitate conspectum sui amatoribus præbuerunt. Ex omnibus vero infaustis hisce indiciis, imperator gravem rerum exitum conjectando colligebat. Et jam tum futuri casus metu perturbabatur : propterea quod, qui diligenter historias conscripserunt, haudquaquam commoda rebuspublicis ejuscemodi prodigiorum ostenta esse, memoriæ prodiderant.

CAPUT XXXVII.

Quomodo Commentiolus et Priscus, duces regionum Europæ, cum Abaribus congressi, supra triginta millia hostium ceciderint. Et rursus quædam de Chosroe.

Non multum intercessit temporis, cum Priscus et Commentiolus, regionum Europæ præfecti, soluta ea, quam arte quadam cum Chagano Abare pepigerant, pace, clam id jubente principe, ratibus Istrum trajecerunt. Atque ubi primum in Viminaccum (insula ea est in Istro flumine sita) delati, et deinde subito cum Barbaris et quibusdam aliis congressi sunt, unius mensis spatio plurimis prœliis, supra triginta millia Abarum, Gepidarum, et Slavinorum interemerunt : eorumdemque ultra quindecim millia ceperunt : et victoria tali potiti, qualem vix unquam aliquis ab hostibus reportasse cognitus est, retrocesserunt. Captivos porro Chagano per legationem petenti, Mauricius restituit. Iliberno autem tempore, quum Romanorum copiæ, vi cogente Commentiolo, stratam lapidibus Trajani viam, Gerontio vetustæ nobilitatis viro, qui centum et duodecim annos natus erat, duce transi-

δ' ἄλλα ἡ τοῦ ὕδατος φύσις ἐκάλυπτεν. Ὡσανεὶ γὰρ αἰσχυνομένῳ ἐῴκει, ὥστε δὴ καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα ἐκκαλύπτειν. Ὅ δῆτα ὁ ἡγεμὼν θεασάμενος, ὅρκοις πυκνοῖς ἔβαλλεν, εἰ μὲν εἴη δαιμόνιον, καταλύειν τὸ θέατρον καὶ τὴν ἠρεμίαν ἀσπάζεσθαι· εἰ δὲ δημιουργική τις καὶ τοῦτό φροντὶς προηνέγκατο, μὴ λῦσαι τὴν θεωρίαν πρὶν πάντας τῆς παραδόξου θέας ἐμφορηθῆναι. Τὸ μὲν οὖν ζῶον ἐκεῖνο (εἰπεῖν γὰρ ἄνθρωπον οὐ θαῤῥῶ) ἐπὶ πολὺ διήρκει τοῖς ὅρκοις κατεμπεδούμενον, καταφανὲς τοῖ; ἅπασι καθορώμενον. Τρίτῃ δ' ἔῳ ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ ὕδατος καὶ θηλύμορφον ἕτερον ἀνεδίδοτο· τοῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐτήμαινε. Τό τε γὰρ τοῦ προσώπου λεῖον, καὶ τὸ τῆς κόμης σχοινοτενὲς, καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ σώματος σύνταξις, αἵ τε περιπλοκαὶ, καὶ τὰ ἕκλυτα, καὶ τὸ περιλάμπον τῆς ὥρας, τὸ γύναιον καθυπέγραφεν. Ἀλλ' ἡ μὲν κόμη τῷ θήλει διεμελαίνετο· λίαν δὲ τὸ πρόσωπον ἐλευκαίνετο· εὔρινον δ' ἦν καὶ τὰς χεῖρας εὐδάκτυλον, ἁπαλοῖς περιηνθισμένον τοῖς γείλεσιν. Ἐσφρίγα δὲ τῷ μαζῷ, καὶ τῇ φαντασίᾳ ἐδόκει τὸ τιτθίον ἄρτι ὑπὸ τῆς ἥβης προκύπτειν μικρόν. Τὰ δ' ἐφεξῆς τοῦ γυναίου ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἐφύλαττε, τῆς εὐνῆς τὰ μυστήρια, ὥσπερ ἀμυήτους τινὰς τῶν ἀπορῤῥήτων τοὺς θεατὰς ἀποκρύπτουσα. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν ἡγεμόνα τάξις ἄχρι τοῦ κλῖναι τὸν ἥλιον καὶ ὁ ἡγεμὼν ψυχαγωγοῦντες διετέλουν τὰ ὄμματα· κλίναντος δ' ἐκείνου, καὶ τὰ ὁρώμενα κατεδύοντο εἰς τοὺς ἐξαρχῆς τῶν ὑδάτων πυθμένας, ἀφωνίᾳ τὴν ἐπίδειξιν συστησάμενα· ἀφθόγγῳ γὰρ σιωπῇ τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐρασταῖς ἐπεδείξαντο. Οἰωνίζετο δ' ἐπὶ πᾶσι τούτοις τοῖς ἀπαισίοις συμβόλοις ὁ βασιλεὺς δεινῶς ἐσομένων πραγμάτων εἶναι τὴν ἔκβασιν. καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι δέει τοῦ μέλλοντος ἐταράττετο· ὅτι καὶ οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιμελῶς συγγραψάμενοι μὴ εἰς ἀγαθὸν ταῖς πόλεσιν εἶναι τὴν τῶν τοιούτων τεράτων ἐπιφάνειαν ἱστοροῦσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Ὡς Κομεντίολος καὶ Πρίσκος οἱ στρατηγοὶ τῶν Εὐρωπαίων κλιμάτων τοῖς Ἄβαροις συμπλακέντες, ὑπὲρ λ' χιλιάδας ἀνεῖλον· καὶ περὶ τοῦ Χοσρόου αὖθις.

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Πρίσκος καὶ Κομεντίολος τῶν Εὐρωπαίων κλιμάτων οἱ στρατηγοὶ, τὴν τεχνητὴν μετὰ Χαγάνου τοῦ Ἄβαρος εἰρήνην διαλυσάμενοι, κρύφα ὑποθεμένου τοῦ ἄνακτος σχεδίαις τισὶν ἐς τὸ πέραν Ἴστρου διαβιβάζονται, ἐπὶ τὸ Βιμινάκιον διασωθέντες τὸ πρότερον· νῆσος δὲ αὕτη περὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἴστρου διακειμένη. Καὶ ἐξαπιναίως τοῖς βαρβάροις καὶ λοιποῖς ἄλλοις συμβεβληκότες, καὶ μηνὸς ἑνὸς διαστήματι πλείστοις συῤῥαγέντες ἐκείνοις πολέμοις, κτείνουσι μὲν ὑπὲρ τριάκοντα χιλιάδας Ἀβάρων καὶ Γηπέδων καὶ Σκλαβηνῶν. Ζωγροῦσι δ' ἐκ τούτων ὑπὲρ πέντε καὶ δέκα χιλιάδας· οὕτω τε νίκην οἵαν οὔπω τις ἔγνω διαπραξάμενοι, ὀπίσω αὖθις ἐχώρουν. Τοὺς δὲ ζωγρίας, Χαγάνου πρεσβεύσαντος, Μαυρίκιος ἀπεδίδου. Χειμῶνος δ' ὥρᾳ τὴν Τραϊανοῦ λιθόστρωτον τοῦ στρατοῦ Ῥωμαίων, βίᾳ Κομεντιόλου διερχομένων ὁδὸν, Γεροντίου παλαιγενοῦς ἡγουμένου, χρόνων δυοκαί-

Digitized by Google

δεκα πρὸς τοῖς ἑκατὸν πεφυκότος, ψύχους δριμυτάτου ἐπισυμβάντος, πολλοὶ διεφθείροντο. Κομεντίολος μὲν οὖν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἦκει· Πρίσκος δὲ τοῖς κατὰ Θράκην ἐπεχωρίαζεν, εἴ πού τινες ἐκδρομαὶ γένοιντο ἀνακόψων. Ἔαρος δ' ὑπολάμποντος, ἐπεὶ ἐς Βυζάντιον ἐγεγόνει, πάλιν στρατηγὸς ἀναδείκνυται. Τῷ δὲ ιθ' ἔτει τοῦ αὐτοκράτορος οὐδέν τι μέγα Ῥωμαίοις καὶ Βαρβάροις ἐπράχθη. Τότε δὲ Μαυρίκιος Θεοδόσιον τὸν υἱὸν νυμφίον ἐπόμπευε, πρὸς ἔννομον γάμον αὐτῷ Γερμανοῦ τὸ θυγάτριον ἁρμοσάμενος, ἀνδρὸς λίαν ἐξόχου, καὶ τῶν ἐς συγκλήτου βουλὴν ἀνιόντων, μάλα ἐπιφανοῦς. Ἀλλὰ καὶ Χοσρόης τὰς διατριβὰς ἐν Βαβυλῶνι ποιούμενος, ὑπὸ τῶν ἡμετέρων συμμάχων, Σῦροι δὲ οὗτοι, καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις χωρία, νυττόμενος, διαλύειν ἐπεχείρει τὰς μετὰ Ῥωμαίων σπονδάς. Πρεσβευσαμένου δὲ τοῦ κρατοῦντος, αἱ μὲν σπονδαὶ καὶ πάλιν κρατύνονται· ὁ δὲ πρέσβυς κακῶς ἔπαθεν, εἰπὼν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὡς Ὁ Περσῶν βασιλεὺς τάδ' εἶ; ἐπήκοον τῶν σατραπῶν ἐς μέσον διείλεκται· Διὰ τὴν τοῦ πρέσβεως ἀρετὴν δίδωμι τῷ πολέμῳ τὴν λύσιν. Χαλεπαίνει ταῦτ' ἐνωτισάμενος βασιλεύς· καὶ γίνεται τῷ Γεωργίῳ σφαλερὰ ἡ τῆς πρεσβείας ἐπίτευξις· οὕτω γὰρ ὁ πρέσβυς ὠνόμαστο. Ταῖς γὰρ ἀληθείαις λόγος μὴ μέτροις ὡς χρεὼν διοικούμενος μεγάλας συμφορὰς οἷδε τοῖς χρησαμένοις παρέχεσθαι. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

issent: acerrimo frigore exorto, multi interiere. Et Commentiolus quidem Byzantium est reversus: Priscus vero in Thracia remansit, excursionibus hostium, si quæ fierent, obviam iturus. Sed enim primo vere cum Constantinopolim venisset, denuo dux declaratus est. Decimonono imperii Mauricii anno nihil magnum a Romanis et barbaris gestum. **857** Tum vero Mauricius Theodosium filium sponsum ingenti cum apparatu fecit, legitimo matrimonio ei Germani filia conjuncta, viri præstantissimi et senatoris præclarissimi. Sed et Chosroes Babylone tum degens, a sociis nostris Syris, et finitimarum eis regionum populis incitatus, rumpere pacta cum Romanis fœdera cogitabat. Verum ubi imperator legationem ad eum misit, pacta quidem rursus confirmata sunt. Orator autem ipse legatione obita, male est acceptus: propterea quod imperatori dixerit, Persarum regem verba hæc audientibus satrapis in medium protulisse: Propter oratoris ipsius virtutem bellum intermitto. Eam enim rem ubi imperatori audivit, indignetulit, et Georgio (id namque oratoris nomen erat) periculosus legationis ejus successus fuit. Ita namque res fert, ut oratio si non ea qua opus est, ratione dispensetur, magnas eis calamitates, qui illa abutuntur, pariat. De his hactenus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὅπως τὸ ἐν Βυζαντίῳ πλῆθος Μαυρικίου κατεστασίασε· καὶ ὡς μὴ τὴν λείαν Χαγάνου ἐξωνησαμένου, ἐκεῖνος τῷ ξίφει πάντας ὑπῆγεν.

Ἤδη δὲ εἰκοστὸν ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος ἄγων ἐνιαυτὸν τῇ ἀρχῇ, Πέτρῳ τῷ ἀδελφῷ τὴν τῆς Εὐρώπης ἐγχειρίζει ἡγεμονίαν. Καὶ λοιμὸς ἀθρόον ἐνσκήψας τὴν βασιλίδα ἐξέτριβεν. Ἐπεὶ δ' ὁ καιρὸς τῶν Χριστοῦ γενεθλίων ἐνέστη (εἰώθει δὲ ὁ βασιλεὺς συνεορτάζειν τοῖς δήμοις, τὴν ἐξ ἔθους τῷ πλήθει ἄγοντος Μαυρικίου τιμὴν), τῶν τινες τοῦ πλήθους νεωτερίσαντες, κατ' αὐτοῦ ἐστασίαζον, καὶ λίθους βάλλοντες ἐβλασφήμουν. Καὶ ὁ μὲν μόλις διαδρὰς τὸν κίνδυνον, ἐς τὸ τῆς Θεοτόκου τέμενος, ὃ Βλαχέρνας προσαγορεύειν ἔθιμον, διασώζεται· σεβάζονται δὲ τοῦτο ἐς μάλιστα θρησκεύοντες οἱ Βυζάντιοι. Λέγεται γὰρ καὶ πιστεύεται τὰ περιστόλια τῆς παρθένου Μαρίας σορῷ τινι χρυσοπάστῳ κατακεῖσθαι ἐνταῦθα, καὶ μέρος τι τῆς αὐτῆς ἁξιαγάστου ζώνης, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάλυμμα, ὥσπερ μοι διηγουμένῳ ἐν τοῖς ἀνόπιν λόγοις ἱστόρηται. Ὁ δὲ βασιλεὺς βραχεῖαν τοῖς στασιάζουσι τὴν τιμωρίαν ἐπιμετρήσας, ὡς καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους σωφρονίσαι τῶν νεωτεριστῶν, τοῖς δὲ λοιποῖς μέχρι τῆς ὑποκρίσεως τὴν κόλασιν σχηματίσασθαι, διέλυε τὴν ὀργήν, αὖθις κελεύσας ἐπιβαίνειν τοῦ ἄστεος. Ὁ γε μὴν Πέτρος τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν, εἰς Παλάστολον ἀφικνεῖται· καὶ θερίσας ἐκεῖσε, ἀρχομένου μετοπώρου, ἐς τὸ τῆς Δαρδανίας μετεχώρει κλίτος. Ἐκεῖσε γὰρ ἠκηκόει τὸ Ἀβάρων ἀθροισθῆναι πλῆθος, στρατοπεδευόμενον τῷ Ἀψίῳ.

CAPUT XXXVIII.

Quomodo Byzantii plebs contra Mauricium seditionem et tumultum excitarit: et ut Chaganus captivos omnes, quos Mauricius redimere supersederat, ferro necaverit.

Vicesimum jam in imperio Mauricius princeps agebat annum, quum Petro fratri præfecturam Europæ demandavit. Et pestilentia subito coorta, vehementer imperantem urbem afflixit. Postquam vero tempus natalis Christi advenit (consueverat quippe princeps una cum populo festum eum diem in templo agere) et tum, pro consuetudine sua, Mauricius multitudini honorem eum habuit, non nulli ex plebe rebus novis sollicitati, seditionem adversus eum moverunt: eumdemque saxis petentes, conviciis insuper prosciderunt. Ibi tum ille ægre periculo vitato, in Dei Genitricis templum, quod Blachernas populus nominare consuevit, salvus confugit. Magna autem religione delubrum id Byzantii colunt. Dicitur namque, et creditur, vestes Mariæ Virginis, et partem quamdam admirandæ ejus zonæ, **858** capitisque etiam amiculum in auro variegata urna ibi asservari, sicuti a me supra dictum est. Imperator porro adeo leniter in seditiosos animadvertit, ut præclariores ex rebellibus resipiscere, moderatioraque consilia sequi jusserit: reliquos autem se puniturum esse assimulaverit. Itaque ira soluta, revertendi eis in urbem potestatem fecit. Porro Petrus cum Romanis copiis Palastolum profectus, atque ibi æstate moratus, ineunte autumno in Dardaniæ angulum concessit. Ibi namque congre-

Digitized by Google

gari Abarum multitudinem, et castra ad Apsith habere audierat. Hortabatur autem Petrum Mauricius, ut quidquid tandem posset adversus Chaganum faceret, neque exercitum inde exire pateretur, sed arte quadam et callida administratione proderet. Indignabatur enim, præteritarum injuriarum memor, militibus seditione atque rebellione gaudentibus. At Chaganus, clam progressus, Macedoniam percurrit : et infinitam multitudinem hominum secum ducens, prope ad Constantinopolim accessit, duobusque aureis (1) virum quemque redimendum obtulit. Cum autem ea conditio Mauricio gravis videretur, et tam vilem redemptionem avaritia victus rejiceret, furore percitus tyrannus, captivos multorum millium omnes ense concidit. Cujus rei gratia Deum infensum ei factum esse, creditur. In somnis etenim ei apparens Christus, Phocæ eum ordinis militaris ductori traditum esse dixit. Et Mauricius, a somno excitatus, Philippicum sororium suum acciri e vinculis jussit. Primæ enim nominis ejus litteræ successionem quam maxime suspectam habebat. Atque ob eam causam vinctum cum tenebat, imperium ad illum devolutum iri existimans. Philippicum ergo eum, si quem militem Phocam nosset, interrogavit. Atque cum ille respondisset, Phocam eum esse, qui non ita pridem imperio ejus impudenter restitisset, imperator, quibusnam is moribus esset, percontatus est. Et ubi timidum esse cognovit : Si timidus revera, inquit, profecto et percussor est. Verum enim vero Mauricius ob tantæ multitudinis cædem, odium omnium incurrit, conviciisque ab omnibus est proscissus.

A Παρῆνε· δὲ Πέτρῳ Μαυρίκιος πᾶν εἴ τι δύναιτο κατὰ Χαγάνου δρᾶν, καὶ μὴ ἐᾷν ἐκεῖθεν ἐξιέναι τὸ στράτευμα, τέχνῃ δέ τινι καὶ οἰκονομίᾳ αὐτὸ καταπροδιδόναι· ἐχαλέπαινε γὰρ ἐκείνοις μνησικακῶν στάσει καὶ νεωτερισμοῖς ἐπιχαίρουσι. Χαγάνός τε μὴν ἐξιὼν λαθραίως καὶ τὴν τοῦ Μακεδόνος καταδραμὼν, πλῆθός τε ἀνθρώπων περιβαλλόμενος ἄπειρον, πλησίον τῆς Βυζαντίδος ἐγίνετο· καὶ χρυσίνω δύω ἕκαστον ἀπημπόλει τοὺς ἄνδρας. Μαυρικίου δὲ ἀχθομένου, καὶ μὴ οὕτω τὴν εὐωνον ἐκείνου ἐξωνουμένου ὠνὴν, ἅτε χρήμασιν ἡττηθέντος, θυμῷ ζέσας ὁ τύραννος, πάντας ὑπάγει τῷ ξίφει, ἐς πολλὰς χιλιάδας μετρούμενον. Οὗ χάριν καὶ μηνίσαι τούτῳ τὸ Θεῖον πιστεύεται· κατ' ὄναρ γὰρ ἐπιφανέντα ἐκείνῳ Χριστὸν φάναι, Φωκᾷ τῷ στρατηλάτῃ παραδοθῆναι· καὶ διυπνισθέντα, Φιλιππικὸν τὸν γαμβρὸν B τῶν δεσμῶν μεταστελλασθαι· τὴν γὰρ τοῦ στοιχείου διεδοχὴν ὑπεῖδετο μάλιστα. Διὸ καὶ κατεῖχε τοῦτον, οἰόμενος ἐκείνῳ μετακυβευθῆναι τὴν βασιλείαν. Καὶ διεπυνθάνετο εἴ τινά που στρατιώτην διαγινώσκοι, Φωκᾶν ὄνομα. Ἐκείνου δ' εἰπόντος ἐκεῖνον εἶναι τὸν πρὸ βραχέος ἀναίδην τῷ σῷ κράτει διομιλούμενον, ὁ αὐτοκράτωρ ἀνηρώτα τὸ ἦθος ἐκείνῳ ὁποῖον εἴη διερευνώμενος. Ὡς δ' ἐμάνθανε δειλὴν καθεστάναι, Εἰ δειλὸς ὄντως, καὶ φονεύς ἐστιν, ἀπεκρίνατο. Ἀπήχθητο τοίνυν τοῖς πᾶσι διὰ τὸν τοῦ πλήθους φόνον Μαυρίκιος, καὶ σκώμμασι τοῖς ἁπάντων ἐδάλλετο.

859 CAPUT XXXIX.

Quomodo exercitus in Europa, seditione facta, centurionem Phocam Romanorum imperatorem declararunt.

Cum exercitus diutius in Mysia esset, et milites a Petro quietis gratia, belli finem atque missionem, reditumque ad sedes suas peterent : Petrus autem muto persimilis, principis imperio potius parendum, copiasque ultra Istrum continendas esse censeret, mirum est quam id multitudo, imperium detrectans, ægre tulerit. Et Petrus viginti milliaria ab exercitu secessit. Ad quem milites octo viros delectos, inter quos etiam Phocas perniciosissimus tyrannus erat, miserunt. Postquam ille in sententia sua perstitit, et imperatoris mandatum esse, ut exercitus ultra Istrum permaneret, assereravit : multitudo ipsa, ira fervens, centurionem Phocam sibi ipsi præfecit, Petro repudiato. Postea etiam Phoca in clypeo sublato, electionem ejus cum plurima acclamatione renuntiavit. Quod ubi Petrus rescivit, profugit, et ad imperatorem rem omnem retulit. Mauricius, tribunis plebis evocatis, populi numerum investigavit : nihil prorsus de eo, quod desertor Phocas præfectus renuntiatus esset, sollicitus. Idem urbem ipsam imperantem et suburbanos ejus vicos dispo-

C

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὅπως τὰ ἐν Εὐρώπῃ στρατεύματα στασιάσαντα, τὸν ἑκατοντάρχην Φωκᾶν, βασιλέα Ῥωμαίων ἀνεῖπον.

Τοῦ δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν στρατεύματος ἐπὶ πλεῖστον διατριβὴν ἐκεῖσε πεποιημένων, αἰτουμένων τε ἀναπαύσεως χάριν τὸν Πέτρον διαλῦσαι τὴν μάχην, καὶ ἐπ' οἶκου γενέσθαι, ὁ δὲ κωφῷ ἀντικρυς ἐδόκει, ταῖς τοῦ ἄνακτος προσταγαῖς μᾶλλον πειθαρχεῖν οἰόμενος δεῖν, καὶ ἔτι πέραν Ἴστρου παρακατέχειν ᾠρημένος τὸ στράτευμα. Καὶ τὸ πλῆθος ὑπερφυῶς ἐδυσχέρσινέ τε καὶ ἀφηνίαζεν. Ὁ δὲ Πέτρος, εἴκοσι σημείοις τοῦ στρατεύματος ἀπεχώρει· ἔνθα δὴ ὁ στρατὸς ὀκτώ τινας ἐπιλεξάμενοι, ὧν εἷς ἦν καὶ Φωκᾶς ὁ χαλεπώτατος τύραννος, πρὸς ἐκεῖνον διεπρε- D σβεύοντο· τὸν δὲ καὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντα, καὶ ἐπιταγὴν εἶναι τοῦ αὐτοκράτορος, χρῆναι πέραν Ἴστρου διατρίβειν τὴν στρατιὰν διατεινομένου, θυμῷ τὰ πλήθη ἀνακαχλάσαντα, τὸν ἑκατοντάρχην Φωκᾶν αὐτῶν προεστήσαντο, καταλιπόντες τὸν Πέτρον. Ἔπειτα καὶ ἐπ' ἀσπίδος εἰς ὕψος ἐξάραντες, εὐφήμουν ἐκτόπως τὴν ἀναγόρευσιν. Ἃ δῆτα μαθὼν ὁ Πέτρος, φυγὰς ᾤχετο· καὶ ἐλθὼν, δῆλα πάντα ἐποίει τῷ αὐτοκράτορι. Ὁ δὲ τοὺς δημάρχους μεταστειλάμενος, τὸ πλῆθος διηρεύνατο, καὶ ἐν οὐδεμιᾷ ἐποιεῖτο φροντίδι τὴν τοῦ ἀποστάτου ἀνάρρησιν.

(1) Apud Diaconum est, uno etiam aureo nummo Chaganum singulorum captivorum caput Mauricio redimendum obtulisse, illumque conditionem eam non accepisse.

Digitized by Google

Φρουρᾷ δὲ τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἄστεα διελάμβανε, καὶ αὐτὴν δῆτα τὴν βασιλεύουσαν. Εἶτα καὶ πρεσβεῖαν ἐς τὸ ἀποστατῆσαν πλῆθος ἀνέπεμπεν. Ὁ δέ γε τύραννος ἥκιστα προσεῖχε τοῖς λόγοις· ἀλλ' ἐν μετεωρισμῷ ἐποιεῖτο τὸν λόγον. Τοῦ δὲ παιδὸς Μαυρικίου Θεοδοσίου ἐς Καλλικράτειαν κυνηγεσίοις σχολάζοντος, τὸ στασιάσαν Ῥωμαϊκὸν ἐκείνῳ ἐπιστολὴν διεπέμπετο, ἢ αὐτὸν ἀναλαμβάνειν τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν εἰσηγουμένην, ἢ τῷ κηδεστῇ Γερμανῷ ταύτης παραχωρεῖν· τοῦ γὰρ λοιποῦ μὴ ἀνέχεσθαι ἔφασκον ὑπὸ Μαυρικίῳ τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις ὁρᾶν διιθύνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ κατάδηλα ταῦτα τῷ αὐτοκράτορι ἐγεγόνει, Γερμανὸς μὲν ὡς ὑποψίαν δοὺς νεωτερίσαι τὸ στράτευμα, ὡς ἐκεῖνον ἐπὶ τῶν ὅλων αἱρούμενον, ἐς τὸν τῆς Θεομήτορος ἱκέτης προστρέχει νεών· ὃν Κῦρον τὸν ἐπὶ Θεοδοσίου ὕπατον γεγονότα, δείμασθαι λόγος· καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἄνδρα ἀγαθόν φασι γεγονέναι, καὶ περὶ λόγων ἔρωτας σώφρονί τινι μανίᾳ προσπεφυκέναι. Ἐς ὕστερον δὲ Γερμανὸς καὶ πρὸς τὸ μέγιστον τέμενος, ὃ Ἰουστινιανὸς λίαν φιλοτίμως καὶ πολυτελῶς τῷ τῶν ὅλων Θεῷ ἀνιδρύσατο, μεταφέρεται· διά τοι τοῦτο καὶ Θεοδόσιον τὸν υἱὸν ὁ κρατῶν ῥάβδοις ἧκίσατο· ὑποτοπήσας ἐν ἀπορρήτῳ τὴν εἰς τὸ Θεῖον προσεδρείαν τῷ κηδεστῇ Γερμανῷ ὑποθέσθαι· καὶ πέμψας ἐκεῖθεν ἀφέλκειν ἐπειρᾶτο τὸν Γερμανόν. Τὸ δὲ τῆς πόλεως πλῆθος μαθὸν, ἐστασίαζε τῶν δικαίων τοῦ νεὼ προϊστάμενον· καὶ κατέχειν ἔνδον ἔπειθον τὸν φυγάδα· καὶ τῷ θυμῷ στρατηγούμενοι, σκώμμασι πλείστοις τὸν ἄνακτα ἔβαλλον, καὶ φρονεῖν αὐτὸν τὰ Μαρκίωνος ἐπετώθαζον. Αἵρεσις δὲ αὕτη μετά τινος μωρᾶς εὐλαβείας εὐήθης τε καὶ κατάπτυστος. Σφριγῶντος τοιγαροῦν τοῦ ταράχου, οἱ τὰ τείχη διαφρουροῦντες τῆς πόλεως ταῦτ' ἠνωτισμένοι τῷ λοιπῷ στασιώδει πλήθει καὶ οὗτοι συμμίγνυνται· καὶ πανταχόθεν οἱ δῆμοι τῷ σάλῳ τοῦ κακοῦ κυμαινόμενοι, τῇ τοῦ Λάρδου Κωνσταντίνου οἰκίᾳ προσρήγνυνται· ὃν διαφερόντως ἐν τοῖς μάλιστα εἶχε πατρίκιον. Ἐπιφανής τε γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ καὶ τῶν ἐς συγκλήτου τελούντων βουλὴν, καὶ ἐς τὸ πατρικίων πεφθακὼς ὕψος· καὶ τῶν ἑῴων κλιμάτων τοῦ φόρου ἠγήσατο· ὃν ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν. Ἦν δῆτα οἰκίαν τῷ παμφάγῳ παραδόντες πυρὶ, καὶ ἀλογίστῳ θράσει περιμανῶς διαπεπραγμένοι τὸ ἔργον, ᾖχοντο αὖθις.

sitis custodiis munivit. Deinde etiam ad multitudinem illam rebellem legationem misit. At tyrannus minime mandata ejus curavit, ratione omni et oratione rejecta. Et exercitus Romanus, seditione mota, ad Theodosium Mauricii filium, ad Callicratiam venationibus sese oblectantem, epistolam dedit, ut vel imperium susciperet, vel eo Germano socero cederet. Decætero namque minime se passuros esse denuntiarunt, ut Romanas copias a Mauricio gubernari cernerent. Hæc postquam imperatori sunt significata, Germanus, veluti suspicionem de se præbuerit, propterea exercitum res novas molitum esse, ut ipsum ad rei Romanæ summam administrandam legerent, supplex in Dei Genitricis templum confugit: quod Cyrum construxisse fama est, qui consul sub Theodosio fuit, bonus admodum vir, et eloquentiæ doctrinæque omnis perquam studiosus, quas singulari amore et sana quadam insania est prosecutus. **860** Postea vero Germanus etiam ad templum maximum, quod Justinianus ambitione summa et magnificentia, magnis sumptibus rerum universarum Deo construxit, transiit. Eam sane ob causam princeps filium Theodosium fustibus cædi jussit, suspectum eum habens, quod arcano consilio Germano socero, ut ad opem divinam confugeret, subjecerit. Et missis hominibus certis, Germanum inde extrahere tentavit. Plebs autem urbana, ubi id rescivit, tumultum movit, jus templi defendens: Germanoque, qui eo confugerat, ut se ibi contineret, persuasit. Atque furore tanquam duce eis præeunte, scommata plurima plerique in principem contorserunt, eique quod cum Marcione sentiret, cum convicio objecerunt: cujus hæresis cum stulta quadam religione, fatua et contemptibilis est. Cum igitur ingens tumultus maxime sæviret, qui urbis mœnia servabant custodes, hisce rebus auditis, reliquæ se tumultuanti multitudini ipsi quoque immiscent. Et plebs undequaque concurrens, et mali ejus tempestate fluctuans, in ædes Constantini, cui Lardy cognomen erat, impetum facit: quem virum Mauricius inter reliquos patricios charum maxime habebat: illustris enim erat, et ex primariis senatoribus unus ad patriciatus dignitatis sublimitatem evectus, tributis etiam orientalium regionum præpositus: eum Romanis præfectum prætorio appellare mos est. Hujus ædibus omnivoro igni traditis, cœptoque eo per audaciam ratione omni carentem furibunde peracto, inde abiere.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Φυγὴ Μαυρικίου· καὶ εἴσοδος τοῦ τυράννου εἰς τὸ βασίλειον ἄστυ· καὶ ἀναίρεσις Μαυρικίου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ.

Ὁ τοίνυν Μαυρίκιος ἀπειπὼν τοῖς ὅλοις, καὶ τὰ πλήθη βλέπων μίσει τοῦ φόνου πρὸς τὸν τύραννον ὀλισθαίνοντα, αὐτόν τε Κυριακὸν τὸν μετὰ Ἰωάννην τὴν ἱεραρχικὴν ἀξίαν ἠμφιεσμένον, πρεσβύτερος δὲ καὶ οἰκονόμος τοῦ μεγάλου νεὼ ἐχρημάτιζε πρότερον, σκώμμασι βάλλοντα, μεσούσης νυκτὸς τὴν βασίλειον στολὴν ἀποθέμενος, καὶ ἰδιωτικὸν περιθέμενος

CAPUT XL.

Mauricii fuga; adventus tyranni in imperantem urbem, et Mauricii liberorumque ejus cædes.

Itaque Mauricius, de rerum summa desperans, et multitudinem cædis odio ad tyrannum deficientem, ipsumque etiam Cyriacum (qui post Joannem dignitatem hierarchicam susceperat, cum prius presbyter et œconomus Ecclesiæ Magnæ fuisset) conviciis proscindentem videns, de media nocte imperiali prætexta posita, privatisque veste sum-

Digitized by Google

pta, simul cum conjuge et liberis, dromone conscenso, in Orientem profugere conatur, non exiguam secum pecuniæ vim portans. Et postquam in sinum Nicomediæ, ad templum Autonomi martyris (Soræum vernacula lingua nominatur, **861** Constantinopoli autem plurimum centum et quinquaginta stadiis abest) venisset, tempestate sæva circumvenitur : et præterea consueta sibi podagra derepente correptus impeditur. Cujus morbi sane quam infelix proventus et ubertas obvenire eis solet, qui continue imperialem urbem incolunt. Ex eo loco Theodosium filium ad Chosroem legat, qui opem ab eo peteret : eique in memoriam revocaret, quod et ipsi de summa regni periclitanti Mauricius id conservarit. Æquum quippe piumque esse, ut ille parem sibi referret gratiam, cum ejus domus simul omnis in maximum esset adducta discrimen. Sed enim Germanus, Theodosii Mauricii filii socer, cum velut in navigium, sic in imperium Romanum, nullis fulcris aut fundamentis nixum, incidisset, gubernacula ejus regere est aggressus. Verum Prasini (ordo hic et factio Romanæ plebis est) spes ejus inciderunt. Proinde et ipse per desperationem rerum, se ad benevolentiam tyranni contulit : eumque, ad quem, ut ita dicam, fortuna inclinavit, adoravit. Statim namque Prasinorum factio imperialem regiam occupavit, et tyranno imperatoriis acclamationibus applausit. Phocas, Theodoro quodam viro insigni misso, urbis antistitem (patriarcham hunc appellare homines soliti sunt) et populi delectos accivit. Qui cum in templo Joannis Baptistæ, in ea suburbana civitatis parte quæ Septimum dicitur, convenissent, coronam imperatoriam pestiferæ belluæ imposuerunt. Atque ille e vestigio apparatu præclaro Byzantium ingreditur, aurum ad instar imbris ubique spargens, et Byzantios cives ea munificentia in introitu suo exhilarans. Postea vero Leontiam quoque uxorem Augustam renuntiat, et splendido triumpho in aulam imperialem deducit. Porro cum populi factiones graviter odiis inter se decertarent, altera earum (1) vulgo dixisse fertur : « Vade, præsentem rerum statum cognosce : Mauricius enim nondum mortuus est. » Quibus verbis tyrannus exauditis, tum quidem multitudinem oblatrantem compescuit : postera autem die totus ad cædem Mauricii, veluti furiis quibusdam raptus est. Itaque illum cum podagræ et chiragræ doloribus conflictantem, ex eo quem diximus sinu, una cum conjuge et liberis, inter quos etiam Theodosius ex itinere legationis retractus erat, e regione Constantinopoli ubi Chalcedonensis civitas est, **862** in Eutropii portum traduxit : et primum liberos ipsos in conspectu patris occidit, in quorum cujusque cæde verba illa pater protulit : *Justus es, Domine, et justum judicium tuum.* Deinde vero et ipse Mauricius resectionem capitis sustinens, ferro cæsus

(1) Factio hæc Venetorum fuit.

ἔνδυμα, σύναμα γυναικὶ καὶ τέκνοις δρόμωνι ἐπιβάς, φεύγειν πρὸς τὴν Ἑω διεπειρᾶτο, οὐκ ἐλάχιστα καὶ τῶν χρημάτων προσεπαγόμενος· καὶ ἐπὶ τὸν κόλπον Νικομηδείας γενόμενος πρὸς τῷ νεῳ Αὐτονόμου τοῦ μάρτυρος (Σωρεὶ δ' ἐγχωρίως ὠνόμασται, διέχει δὲ τῆς Κωνσταντίνου σταδίοις μάλιστα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα), κλύδωνι ὀγρίῳ περιπεσὼν, καὶ τῇ συνήθει ποδάγρᾳ προσβαλούσῃ ἀθρόον πεδούμενος· ἧς δὴ νόσου εὐθηνία καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διαπαντός· ἐκεῖθεν Θεοδόσιον τὸν υἱὸν ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπε συμμαχίαν αἰτῶν· καὶ ὑπομιμνήσκων ὡς καὶ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν κινδυνεύοντι Μαυρίκιος διεσώσατο· καὶ ὅσιον εἶναι ἀντιταλαντεύειν τὴν χάριν, πάσης ὁμοῦ τῆς οἰκίας ἐν μεγίστῳ καθεστώσης κινδύνῳ. Ἀλλὰ γὰρ Γερμανὸς ὁ κηδεστὴς Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Μαυρικίου ἀνερματίστῳ πλοίῳ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐντετυχηκὼς, ταύτην οἰακίσασθαι ἐπεχείρει. Ἀλλ' οἱ Πράσινοι (τάγμα δὲ τοῦτο δήμου Ῥωμαίων) τὰς ἐλπίδας τούτου ὠθέλισαν. Ὅθεν ἀπειπὼν καὶ οὗτος, πρὸς τὴν τοῦ τυράννου μετεχώρησεν εὔνοιαν· καὶ προσκυνεῖ πρὸς ὃν ἡ τύχη ὡς ἔπος εἰπεῖν μεταβέβηκεν. Αὐτίκα γὰρ ὁ τῶν Πρασίνων δῆμος εἰς ῥᾴγιον γίνεται, καὶ ταῖς βασιλικαῖς κατακροτοῦσιν εὐφημίαις τὸν τύραννον. Φωκᾶς δ' ἐς αὖθις Θεόδωρόν τινα τῶν ἐπισήμων πέμψας, τόν τε τῆς πόλεως ἱερέα (πατριάρχην δὲ τοῦτον εἰώθασιν ὀνομάζειν), καὶ τὸ τοῦ λαοῦ ἔκκριτον, μεταστέλλεται· οἳ δὴ καὶ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ λεγομένῳ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου νεῳ, τὸ τῆς αὐτοκρατορίας διάδημα τῷ παλαμναίῳ θηρὶ περιῤῥάλλουσι· καὶ ὃς αὐτίκα περιφανῆ τὴν εἴσοδον ἐς Βυζάντιον τίθησι, χρυσὸν πάντοθεν ὑετίζων, ἀγάλλων Βυζαντίους ἐπεισοδίῳ τῇ χάριτι. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν γαμετὴν Λεοντίαν ἐπιφανεῖ θριάμβῳ ἀναγορεύει, καὶ μετάγει πρὸς τὰ βασίλεια. Χαλεπαινόντων δὲ πρὸς ἀλλήλους τῶν δήμων, ἰδιωτικῶς οὕτως εἰπεῖν ἄτερος λέγεται· « Ὕπαγε, μάθε τὴν κατάστασιν· Μαυρίκιος γὰρ οὐκ ἀπέθανεν. » Ὧν διακούσας ὁ τύραννος, τότε μὲν ἔπαυε καθυλακτοῦντα τὰ πλήθη· τῇ δὲ ἐπιούσῃ πρὸς τὸν Μαυρικίου φόνον ἐξεβακχεύετο. Ἐκεῖθεν τοίνυν αὐτὸν σύναμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀναγαγὼν, καὶ Θεοδοσίου συνόντος, ταῖς τῆς ποδάγρας καὶ χειράγρας περιωδιναῖς βαλλόμενον, ἀντιπέραν τῆς Κωνσταντίνου, ἔνθα Χαλκηδόνος ἔστι τὸ πόλισμα, εἰς τὸν Εὐτροπίου λιμένα, πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας ἐπ' ὄψεσι τοῦ πατρὸς ἀποσφάττει, ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τοῦ πατρὸς ἐπιλέγοντος· *Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ δικαία ἡ κρίσις σου*· ἐς ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ξίφους ἐντάφιον εἴτουν παρανάλωμα γίνεται, τὴν ἐκτομὴν τῆς κεφαλῆς ὑποστὰς, προσεπιδεξάμενος τὴν ἀρετὴν ἐν τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς. Τῆς γὰρ τιθήνης τῶν παίδων ἐν ὑποκλεψάσης τῶν βασιλικῶν μειρακίων, καὶ τὸ ἑαυτῆς ὑπομάζιον πρὸς τὴν σφαγὴν ἐκδιδούσης, τὸν Μαυρίκιον παρεστῶτα, τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἀποχρυβῆς λόγος καταμηνύσαι τοῖς φονευταῖς, μὴ δίκαιον λογισάμενον εἶναι ἄλλον κολάζεσθαι, αὐτὸν ὑπὸ Θεοῦ τιμωρούμενον. Οὗ δὴ καὶ

Digitized by Google

σφαττομένου, ἀντὶ αἵματος ἡ σφαγὴ γάλα προήνεγκε. Καὶ οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς νόμων φύσεως φανεὶς καθυπέρτερος, τὸν βίον μετήλλαττε, ζήσας μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· τούτων δὲ τὰ εἴκοσι διαπρέψας ἐν τῇ ἀρχῇ. A occubuit, egregia animi virtute in summa ea calamitate exhibita. Cum namque liberorum nutrix, infante uno imperiali subtracto, puerum ipsa suum lacten em ad cædem protulisset, Mauricium astantem percussoribus arcanum suppressi pueri sui consilium indicasse ferunt : quod minime æquum esse duceret, ut in alium, cum ab ipso Deus pœnas expeteret, animadverteretur. Atque eo infante jugulato, cædes ejusmodi pro sanguine lacteum liquorem profudit. Ad hunc modum imperator, qui naturæ legibus superior esse visus fuerat, vitam finivit, postquam sexaginta tres ætatis annos transegisset, viginti autem ex eis in imperio enituisset.

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τῆς ἐκπομπεύσεως τῶν βασιλικῶν σωμάτων· καὶ τῶν ἑτέρων φόνων τοῦ τυράννου· καὶ τῆς δαιμονιώδους προαγορεύσεως γενομένης κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

Τὰ δὲ τῶν βασιλέων σώματα παίγνιον ἐπίδακρυ B τοῖς ἐκεῖσε τῆς θαλάττης αἰγιαλοῖς ἠκοντίζοντο, ταύτην τοῖς αἵμασιν ἐκφοινίσσοντα· καὶ ποτὲ μὲν τῇ χέρσῳ φιλοτίμως τῷ ῥοθίῳ ἀναπεμπόμενα, ἄλλοτε δὲ φιλυποστρόφως τῷ ῥείθρῳ ἀγκαλιζόμενα· ἐκεῖθεν δ' ἐς ὕστερον μετακομισθέντα, συμφορὰ δακρύων τοῖς ὁρῶσιν ἐγένοντο τὰ τῶν βασιλέων γυμνὰ θεατριζόμενα σώματα· καὶ οὕτω τοῖς τυράννοις στρατεύμασι θεαθέντα, ἐν τῷ λεγομένῳ τοῦ Τριβουναλίου κάμπῳ ἐρρίπτοντο, ὃς πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ ἐστίν. Ἐχρῆν καὶ γὰρ διὰ τῆς θεωρίας τὸ ἀπάνθρωπον στράτευμα μετασχεῖν καὶ τοῦ μύσους· ὡς ἂν ἡ μισοπόνηρος τοῦ Θεοῦ καὶ ἀδέκαστος κρίσις πάντας τοῖς τῆς ἀντιδόσεως σαγηνεύσῃ δικτύοις. Τὸ γὰρ παλαμναῖον ἐκεῖνο στρατόπεδον, δεινοῖς τισι καὶ μεγίστοις περιπεπτωκὸς τοῖς κακοῖς, διαφόροις πάθεσι τὸν τῇδε βίον κατέστρεψεν. Τοῦ γὰρ Περσικοῦ πολέμου παῤῥησίαν αὖθις ἀνειληφότος, χαλεπήναντος Χοσρόου δῆθεν διὰ τὸ πρὸς Μαυρίκιον μύσος, ὁ πόλεμος ἀνερρήγνυτο. Τὸ δὲ στράτευμα θεηλάτοις καὶ ταῖς ἐκ μάχης παιναῖς διαφόρως ὑπήγετο, ποτὲ μὲν πυρὶ οὐρανίῳ κατὰ τὴν ὥραν τῆς παρατάξεως ἀγρίως βαλλόμενον, ἄλλοτε δὲ λιμοῖς καὶ προνομῇ παντοίᾳ· τὸ δὲ πλεῖστον στόματι ῥομφαίας ἐδόθη, καὶ ξίφους πάρεργον ἐγεγόνει· καὶ οὐ πρότερον Πέρσας τὰ τῆς νίκης ἀπέλιπεν, ἄχρις ἂν ἐς τὸ παντελὲς ὁ φιλοτύραννος καὶ ἀνοσιουργὸς διεφθάρη στρατός· ὡς ἱκανὸν εἶναι τεκμηριῶσαι τὸ λεχθησόμενον· μικρὸν γὰρ ὕστερον οὕτω χρόνων παριμχηκότων δεκατεσσάρων, Ἡρακλείου πρὸς τὸν Ῥαζάτην ποιουμένου τὸν πόλεμον, ἐπεὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἀνακρίνων ἐφυλοκρίνει, δύο καὶ μόνους στρατιώτας τῆς φιλοτυράννου πληθύος ἐκείνης ὑπολελειμμένους εὑρίσκει. Ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος νεωτέρας τὰς δυνάμεις ἐνεώχμωσε τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ τὸ κακὸν διέῤῥευσεν ἅπαν, τὰ τῆς εὐπραγίας μεταπίπτει τοῖς Πέρσαις. Καὶ ὁ μὲν Βαβυλώνιος ἐκεῖνος δράκων Χοσρόης ὁ τοῦ Ὁρμίσδου ἀφειδῶς ἀναιρεῖται, καὶ στάσιν ὁ Περσικὸς ἐλάμβανε πόλεμος· ὅ γε μὴν τύραννος τοῖς ἀσεβήμασι καταμεθυσθείς, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἄλλων σφαγὰς καθωπλίζετο. Ἀμέλει τοι καὶ Πέτρον μὲν τὸν ἀδελφὸν Μαυρικίου ἐδίδου τῷ ξίφει· ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ πολλάκις μνημονευθεὶς στρατηγὸς Κομεντίολος· πρὸς δὲ καὶ ὁ τοῦ Φιλιππικοῦ Γεώρ-

CAPUT XLI.

De nudatione imperialium cadaverum, et de aliis tyranni cædibus. Et de prædictione dæmoniaca imperialis cædis Alexandriæ facta.

Cadavera autem imperialia, oppido quam lacrymosum ludicrum, ibi in littore maris jactata sunt, ita ut illius undam purpureo sanguinis cruore infecerint : nunc quidem fluctibus ipsis in terram leniter appulsa, nunc vero reciprocante maris impetu reducta. Ex eo deinde loco translata, proventum lacrymarum eis tulerunt, qui illa nudata, et ad spectaculum exposita conspexerunt. Ad eumque etiam modum a tyrannicis militibus spectata, in tribunalis campo (ita enim dicitur qui ad Septimum est) temere projecta sunt. Sic enim per ejusmodi spectaculum exercitum ab omni humanitate alienissimum, piaculi quoque participem fieri oportebat : ut scilicet quod fraudem et malitiam odit, nullisque corrumpitur donis Dei judicium, omnes eos retributionis irretiret plagis. Perniciosus namque et exsecrabilis exercitus ille, gravissimis maximisque circumventus ærumnis, per varias clades vitam hanc morte commutavit. Postquam enim Persica rursum expeditio sumendorum armorum libertatem accepit, Chosroe admissum in Mauricio piaculum indigne ferente, bellum scilicet motum est: **863** et exercitus variis modis simul et divinæ vindictæ pœnas, et ipsorum prœliorum casus subiit : cum quandoque ipso conflictus tempore, sævum in modum cœlesti igne peteretur : quandoque autem fame et direptione multimoda, captivitateque post victoriam amissam affligeretur. Maxima vero ejus pars ore gladii concidit, et ferri quasi aliud agentis opus facta est. Neque prius a Persis victoria discessit, quam impius iste et tyranni consectator exercitus totus interiit. Quod sane satis ex eo quod modo dicitur, conjicere licet. Non enim multo post, nondum quatuordecim annis elapsis, cum Heraclius adversus Razatem bellum gereret, et delectum militum haberet, duos tantum ex ea multitudine, quæ tyranno faverat, reliquos is invenit. Sed enim ubi tempus ipsum novas militum copias Romanis tribuit, et exercitus ille vitiosus omnis pessumiit, res secundæ apud Persas mutatæ sunt, et postquam Babylonius ille draco Chosroes Hormisdæ filius, nulla misericordia interemptus est, Persicum bellum finem suum habuit. Verum enimvero tyran-

Digitized by Google

nus, impiis flagitiis ebrius, se ad aliorum etiam cædes armavit. Proinde Petrum Mauricii fratrem ferro necat. Occiditur præterea, cujus sæpe facta mentio est, dux Commentiolus; item Georgius Philippici filius: Prosentinus etiam, cui curas et consilia sua Petrus crediderat. Postremo vero et Theodosius Mauricii successor, ex itinere, sicut dictum est, retractus. Fama autem obtinet, percussorem Theodosio parcentem, alium pro eo admodum illi similem ense jugulasse; ipsum vero Theodosium profugum, in locis multis multa expertum, postea morbo interiisse. Atque ea quidem fama per omnes Romani imperii ditiones vulgata est. Sed eam barbarus quidam error, perquam tenui conjectura id facere ausus, protulit: propterea quod caput ejus solum, una cum aliis qui cæsi sunt, exhibitum non sit. Verum inquisitio ipsa satis sollicitudine summa defatigata, Theodosium etiam mortuum esse cognovit. Ipsam imperatricem Constantinam cum tribus filiabus tyrannus in privatorum ordinem redegit: et primum quidem eas in vili quadam et exili domuncula inclusit, postremo vero ferro etiam interimi jussit. Eorum autem cæterorumque imperialium corporum (decem autem fuere) reliquiæ, longo post tempore in Mamantis martyris templo, **864** prope murum cui Xylocercus nomen est, repositæ sunt. Templum autem id Pharasmanes eunuchus construxit, qui sub Justiniano imperialis cubiculi præfectus fuit. Porro in communis sepulcri eorum monumento Epigramma hoc insculptum est:

A γος· καὶ Προσεντῖνος ὁ τὰς Πέτρου πεπιστευμένος φροντίδας· ὕστερον δὲ καὶ Θεοδόσιος ὁ Μαυρικίου διάδοχος. Λόγος δὲ διεδόθη ἀνθ' ἑαυτοῦ ἕτερον προσεοικότα λίαν, ἐκδοθῆναι τῷ ξίφει, φεισαμένου τοῦ κτείναντος· τὸν δὲ φυγόντα καὶ διὰ πολλῶν ἐλθόντα, ὕστερον νόσῳ μεταλλάξαι τὸ ζῆν. Ὁ μὲν οὖν λόγος ἀνὰ πᾶσαν διήχησε τὴν ὑπήκοον· πλάνη δέ τις βάρβαρος τὸν λόγον ἐκύησεν, ἐξιτήλῳ τεκμηρίῳ νεανιευσαμένη· οἷς ἐκείνου κεφαλὴ μόνη ἀνεπίδεικτος μετὰ τῶν ἀνῃρημένων ἐγένετο. Ἀλλ' ἡ ζήτησις ταλαιπωρηθεῖσα θανεῖν καὶ τὸν Θεοδόσιον ἔγνωκεν. Ἀλλὰ καὶ τὴν βασίλισσαν Κωνσταντῖναν σύναμα ταῖς τρισὶ θυγατράσιν ἰδιωτεύσας ὁ τύραννος, πρῶτα μὲν κατακλείστους ἐντελεῖ τινι οἰκίσκῳ ἐποίει· τέλος δὲ καὶ αὐτὰς ἀνῄρει τῷ ξίφει. Ὧν ἁπάντων τῶν B βασιλέων τὰ λείψανα (δέκα δὲ ἦσαν) πολλῷ ὕστερον τῷ νεῷ τοῦ μάρτυρος Μάμαντος ἀγχοῦ τοῦ τείχους ᾧ Ξυλόκερκος ὄνομα, κατετέθησαν. Τὸν δὲ ναὸν ἐκτομίας ὁ Φαρασμάνης πρῶτος ἐδείματο· ὃς πρῶτος καὶ τοῦ βασιλικοῦ κοιτωνίσκου ἐπὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐγεγόνει· καὶ ἐπὶ τῷ πολυανδρίῳ τῆς θήκης τόδ' ἐγχαράττεται τὸ ἐπίγραμμα·

O ego mille modis regum miseranda duorum,
Mauricii conjux, filia Tiberii:
Edocui regina satis fœcundaque mater,
Quam sint multorum commoda sceptra ducum.
Militis infidi jaceo, populique furore:
Et mecum conjunx progeniesque jacet.
Næ miseræ Niobes ego sum vitale cadaver:
Plurane Cissæis, plura Jocasta tulit?
Esto, jure pater: cur pignora parva necantur?
Humani prorsus nescia turba doli.
Non jam, Roma, meis carpes a frondibus umbram,
Eruta Threicio stirps Aquilone jacet.

Ἅ δ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα, καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου τε δάμαρ·
Ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχείῃ,
C Ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη·
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἠμετέρῳ παρακοίτῃ,
Δήμιον ἀτασθαλίῃ, καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα, τῆς τ' Ἰοκάστης.
Αἳ αἳ τῆς Νιόβης ἔμπνοός εἰμι νέκυς.
Ναὶ ναί, τὸν γενέτην· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν,
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ἠμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη·
Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.

Illud etiam haudquaquam silentio præteribo, dignum in primis quod memoriæ rerumque gestarum tabulis mandetur. Siquidem ea ipsa hora, qua Mauricius interemptus est, res ea omnis, ut gesta est, Alexandriæ, statuis quæ in Tychæo celebri urbis ejus regione stabant, et tum basibus suis dilapsæ erant, voce clariore quid imperatori Mauricio accideret, referentibus, viro cuidam præclara vita insigni, noctu ibi deambulanti, indicata est (1). Quam rem Alexandriæ Augustalis, et Petrus Ægyptiæ diœcesis præfectus, accuratius signis certis notatam, veram fuisse, nono die postquam acerbus nuntius iste in Ægyptum pervenit, compererunt. Multa vero ejusmodi, quæ rem futuram portenderunt, accidisse cognovimus. Ea vero si singula scripto persequi velimus, tempus nos prorsus defecerit.

D Οὐκ ἂν δὲ καὶ τοῦτο καταλείψω μνήμης ἄξιον ὄν, καὶ συγγραφῆς πινάκων ἐπάξιον. Λύτῃ γὰρ ὥρᾳ ᾗ ἀνῃρεῖτο Μαυρίκιος, τὰ πραττόμενα εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐγνωρίζετο, τῶν ἐκεῖσε ἀνδριάντων ἀνὰ τὸ Τυχαῖον ἑστώτων, ἐπίσημος δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οὗτος ὁ χῶρος, καὶ τῶν βωμῶν καθερπυσάντων, συντόνῳ φωνῇ τὰ συμβάντα τῷ βασιλεῖ Μαυρικίῳ διηγουμένων, ἀνδρί τινι ἐπισήμῳ τὸν βίον, νυκτὸς ἐκεῖ διιόντι. Ὅ δὴ ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας, καὶ Πέτρος ὁ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως τὰς ἡνίας ἐπιτετραμμένος, ἀκριβῶς σημείοις διειληφότες, ἀψευδὲς εὗρον, μετ' ἐνάτην ἡμέραν τῆς δεινῆς ἀγγελίας ἐπιπτάσης τὴν Αἴγυπτον. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα τὸ μέλλον προαγορεύοντα διεγνώκαμεν· ἃ εἰ πρὸς λεπτὸν γράφειν ἐπιχειροίημεν, ὁ πᾶς ἡμᾶς αἰὼν ἐπιλείψει.

(1) Interea calligraphus quidam Alexandriæ venerabilis vir, ex matutina vigilia domum vadens, media nocte videt statuas ex metallo æris abstractas, et voce grandi dicentes, interemptum Mauricium et filios ejus. (D.ac.)

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'. A **865** CAPUT XLII.

Ὡς ᾐτήσατο Μαυρίκιος Θεὸν ἐνταῦθα δοῦναι τὴν δίκην· καὶ ὡς ἔσχε Λαβὼν· καὶ περὶ τῶν οἰκοδομηθέντων αὐτῷ.

Quomodo Mauricius Deum oraverit ut ei hic pœnas dare divinæ vindictæ liceret : id quod assecutus est. Et de ædificiis ab eo constructis.

Λέγεται μέντοι τὸν βασιλέα Μαυρίκιον πρό τινος χρόνου τῆς ἀναιρέσεως, δεδοικότα οἷς ὑπεροψίᾳ κατὰ τῶν αἰχμαλώτων ἐχρήσατο, καὶ μὴ εὐώνως ὠνεῖτο χρημάτων ἥττων γενόμενος, οὓς Χαγᾶνος ἀνεῖλεν ὑπερζέσας θυμῷ, ἐν τοῖς σεβασμιωτέροις τῆς οἰκουμένης ναοῖς, γράμμασι καθικετεῦσαι τὸν ἕνα τῆς ὑπερουσίου Τριάδος Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὰς ἀντιδόσεις τῶν βεβιωμένων κατὰ τοῦτον δὴ τὸν θνητὸν καὶ ἐπίκηρον κόσμον ἀπολαβεῖν· καὶ τοὺς ἐπ' ἀρετῇ ζῶντας τοῦτο καθικετεύειν αἰτεῖσθαι Θεόν. Καὶ ὅπαρ φωνὴν φασι μιᾶς τῶν εἰκόνων Χριστοῦ ἐξενεχθῆναι αὐτῷ, τὴν ἔφεσιν αὐτοῦ γενέσθαι προαγορεύουσαν· B καὶπὶ τῷδε τῷ βίῳ τὴν δίκην εἰσπράξασθαι. Εἶναι δὲ τὴν εἰκόνα φασὶν ἔνιοι τὴν ἐν τῇ Χαλκῇ ἱδρυμένην. Ἄλλοι δὲ μάλιστα τὴν ἐν τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ νεὼ τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν τεσσαράκοντα φάσκουσιν, ἐπ' ἀκριβὲς τὸ τῆς ὄψεως ἐμφερὲς Χριστοῦ διαγράφουσαν. Φασὶ δὲ τὸν βασιλέα Μαυρίκιον καὶ φιλοτίμως ἔχειν περὶ τὴν τῶν λόγων μεγαλοπρέπειαν, λαμπρῶς τε λίαν τιμᾷν τοὺς περὶ τὰ κάλλιστά τε καὶ κράτιστα τῶν μαθημάτων ἐνηθληκότας· καὶ πολλὰ τῇ ὑπηκόῳ γῇ δείμασθαι ἔργα περιφανῆ· ὧν ἓν καὶ τὸ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα τέμενος, ὃ Τιβέριος πρώην οἰκοδομεῖν ἐπεχείρησε. Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ἱερὸν Παύλου τοῦ ἀποστόλου τοῦτον ἱδρύσασθαι. Ἀναφέρεται δὲ καὶ τὴν τρίτην C μοῖραν συγχωρῆσαι τοῖς ὑπηκόοις τῶν φόρων· τάλαντά τε τριάκοντα τοῖς Βυζαντίοις φιλοτιμήσασθαι, ὅπως τὸν τῶν ὑδάτων ὀλκὸν νεουργήσωσι. Καὶ τὸ περιφανὲς δ' ἐκεῖνο στέμμα ὃ ἡ Αὐγούστα Σοφία, καὶ ἡ τούτου γαμετὴ Κωνσταντίνα τούτῳ φιλοτίμως λίαν εἰργάσαντο, αὐτὸς μηδ' ἅπαξ βαλὼν, τῷ μεγίστῳ τοῦ Θεοῦ τεμένει ἀνέθετο, τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἀφιερώσας αὐτὸ, ἁλυσιδίῳ χρυσῷ ἐξαρτήσας, ὃ καὶ μέχρις ἁλώσεως τῆς πόλεως διεσώζετο. Ἐπ' αὐτοῦ δὲ καὶ Φιλιππικὸς καὶ Πέτρος οἱ αὐτοῦ ἀδελφοὶ, ὁ μὲν ἐν τῇ Χρυσοπόλει ἐδείματο μοναστήριον, Πέτρος δὲ ἐν τῇ Κωνσταντίνου τὰ Ἀρεοβίνδου ὀνομαζόμενον. Καὶ ἀμφότερα δὲ τὰ τεμένη τῇ Θεοτόκῳ ἀνεῖτο. Ἀλλὰ καὶ Κυριακὸς ὁ πατριάρχης τὸ τῆς διακονίσης μεγαλοπρεπὲς ἀνίστησι μοναστήριον. Καὶ τὰ D μὲν κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον ἐς τοῦτο τέλους κατέληξαν.

Mauricius sane imperator, aliquo ante cædem tempore metuens propter conscientiam sibi, quod captivos despexisset, eosque vili pretio, pecuniæ cupiditate victus, quos Chaganus furore percitus concidit, non redemisset, in celebrioribus orbis terrarum templis, missis eo litteris, supplicari pro se uni ex supersubstantiali Trinitate Christo Deo mandasse, et ab hominibus virtute præstantibus, ut Deum exorarent, petiisse dicitur : quo scilicet suorum per vitam actorum ipsi remunerationem in mortali hac vita, fatisque obnoxio mundo, recipere liceret. Et imaginem quamdam Christi clare vigilanti vocem edidisse ferunt, qua illi fore prædictum est, ut desiderii votique sui compos fieret, et in hac vita pœnas penderet. Nonnulli eam imaginem esse volunt, quæ in (1) Ærea palatii porta (2) : alii vero maxime, quæ in Speciosa porta templi sanctorum quadraginta Christi martyrum sita est, et pictura sua quam proxime ad similitudinem vultus Christi accedit. Mauricius imperator summopere viros eloquentia insignes coluit : liberalis etiam erga eos qui pulcherrimis optimisque disciplinis præclaram operam navassent. Celebria quoque opera in Romani imperii ditione construxit : quorum unum est, quadraginta sanctorum delubrum, quod Tiberius antea ædificare aggressus fuerat. Sacram item apostoli Pauli ædem Tarsi Cilicum, hunc construxisse ferunt. Fertur et illud quoque de eo, quod tertiam partem pensionum vectigalium subditis suis remiserit : quodque liberaliter Byzantiis triginta talenta donaverit, ut aquæductuum meatus renovarent. Idem præclarum illud stemma et ornamentum, quod ei Sophia Augusta socrus et conjux Constantina ambitiose admodum et magnifice elaboraverant, cum id ne semel quidem gestasset, maximo Dei templo intulit, et divinæ mensæ consecratum, aurea catenula suspendit : quod (3) ipsum ornamentum usque ad (4) expugnationem urbis duravit. Sub ipso quoque Philippicus (5), et Petrus frater ejus, ille quidem Chrysopoli monasterium, hic vero Constantinopoli, eam quæ Areobindi dicitur ædem construxit. Utrumque autem templum Dei Genitrici dicatum.

Sed et Cyriacus patriarcha, Mauricio imperante, diaconissæ magnificum erexit monasterium. **866** Mauricii imperatoris res ejusmodi finem habuere.

(1) Ante Æneam palatii portam. (Diac.) Τῶν βασιλείων τά τε προπύλαια, καὶ ἡ καλουμένη Χαλκῆ. (Procop.)

(2) In visione ante Æneam palatii portam imagini Salvatoris se vidit assistere. (Diac.)

(3) Leo imp. Constantinopolitanus, Constantini Copronymi fil., coronam a Mauricio principe Deo dicatam, nefario capiti suo imposuit, captus gemmarum et auri splendore. (Egnat.)

(4) Non semel a Mauricii temporibus Byzantium hostiliter captum est, et direptum.

(5) Philippicum Diaconus etiam Mauricii generum fuisse scribit.

Digitized by Google

CAPUT XLIII.

Ut Chosroes propter Mauricii cædem, pace soluta, Orientem hostiliter peragrans, ad Chalcedonem usque excurrerit. Et de aliis, quæ Romanorum imperium pervaserunt, calamitatibus.

Ubi autem Phocas imperium suscepit, multorum statim generum mala Romanorum imperio incubuere. Quinto namque ab inito imperio mense, litteras ad Chosroem, quod consuetudo hujusmodi a multo tempore Romanis et Persis fuerit, per Lilium familiarem suum, qui etiam Mauricii cædem patravit, misit, quibus litteris ad imperialem dignitatem conscendisse se significabat. Ille vero, iræ intemperiis actus, legitimam Mauricio vindictam præstare volens, pacta cum Romanis fœdera rupit, et perniciosum illud orbi classicum cecinit. Id namque Persarum simul et Romanorum felicem tranquillumque statum solvit. Eoque initio Persicum bellum est ortum. Et Persæ Syriam, Palæstinam, Phœnicen quoque brevi subegere. Ditioni quoque suæ Armeniam, mox Cappadociam, Galatiam, et Paphlagoniam adjecere Quin impetu, quem cohibere non esset, ducti, ad ipsam usque Chalcedonem, quæ ex adverso Byzantio sita est, advenere. Parte vero alia, Abares Europam omnia vastantes percurrerunt, et cædes hominum plurima grassata est, qualem haud quisquam unquam vidit: non tantum civibus passim, sed ipsis etiam militaribus copiis interemptis. Animantia item occidentia cladem plurimam accepere, et proventus omnis generis frugum nullus fuit. Accessere fames et pestilentiæ, hiemes item ingentes, naturam ipsæ suam superantes, ita ut mare frigore congelatum pisces postea mortuos ejecerit. Ætas quoque hominum generis omnis cæsa, et templa atque alia quæcunque ædificia venuste splendideque constructa, frequentibus Persarum incursionibus pessumdata: quod Chosroes, sicuti dictum est, pacem propter Mauricium videlicet resciderit. Ac ille quidem foris omnia igne vastans, rempublicam affligebat; **867** Phocas vero domi urbem pejus accipiebat. Proinde in equestri quodam ludicro certamine (1), quod eum nonnulli scommate perstrinxissent, ebrium esse dicentes, furore flagrans, non paucis ex clarioribus civibus captis, quibusdam membra amputavit, nonnullos in altum mare conjecit, alios vero in carcere inclusit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Ὡς Χοσρόης διὰ τὸν Μαυρικίου φόνον τὰς σπονδὰς λύσας, ἄχρι δὴ καὶ ἐς Χαλκηδόνα, τὴν Ἕω καταδραμὼν, τὴν ἔλασιν ἐποιήσατο· καὶ περὶ τῶν εἰσῳρησάντων ἄλλων τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δεινῶν.

Φωκᾶ δὲ τὴν ἀρχὴν περιβαλλομένου, αὐτίκα πολυειδῆ κακὰ τῇ Ῥωμαίων ἐνσκήπτει. Μετὰ γὰρ πέμπτον τῆς ἀρχῆς μῆνα γράμματα πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμπεν, ἔθους ἐκ μακροῦ Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις κρατήσαντος, διὰ Λιλίου τοῦ οἰκείου αὐτῷ, ὃς καὶ τὸν φόνον Μαυρικίῳ ἐνήργει, δηλοῦντα τὴν εἰς τὰ βασίλεια ἄνοδον. Ὁ δ' ἐκμανεὶς τῷ θυμῷ, τὴν ὁσίαν δῆθεν Μαυρικίου διεκδικεῖν θέλων, τὰς μετὰ Ῥωμαίων διαλύει σπονδὰς, καὶ τὴν κοσμοφθόρον ἐκείνην περιήχησε σάλπιγγα· αὕτη γὰρ λυτήριος γέγονε τῆς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων εὐπραγίας· κἀντεῦθεν ὁ Περσικὸς πόλεμος τὴν γένεσιν ἐκληρώσατο. Καὶ Συρία μὲν καὶ Παλαιστίνη, πρὸς δὲ καὶ Φοινίκη, ὑπὸ Πέρσαις εὐθὺς ἐγίνοντο· εἶσω δὲ χειρῶν καὶ Ἀρμενίαν, ἔτι δὲ Καππαδοκίαν, Γαλατίαν τε καὶ Παφλαγονίαν πεποίηντο. Ἀσχέτῳ δὲ τῇ ῥύμῃ φερόμενοι, ἄχρι δὴ καὶ ἐς αὐτὴν Χαλκηδόνα τὴν κατ' αντικρὺ Βυζαντίδος διακειμένην τὸ ὅρμημα ἔθεντο. Καὶ Ἄβαρες δὲ τὴν Εὐρώπην κατέδραμον πάντα δηοῦντες· Καὶ φόνος πλεῖστος ἀνθρώπων προὐχώρει, οἷον οὔπω τις ἱστόρησε πώποτε, οὐ τῶν κοινῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν στρατοπέδων διαφθαρέντων. Φθορά τε ζώων ὡς πλείστη ἐγένετο, καὶ παντοίων ἀφορία καρπῶν· καὶ λιμοὶ, προσεπιτούτοις δὲ καὶ λοιμοί· καὶ χειμῶνές τινες ἐξαίσιοι καὶ τὴν φύσιν ἐκβαίνοντες, ὡς καὶ τὴν θάλασσαν αὐτὴν τῷ κρύει δεθεῖσαν νεκροὺς τοὺς ἰχθύας ἔξω προβάλλειν. Ἡλικία δὲ πᾶσα ἀνθρώπων καὶ νεὼς καὶ ἄλλ' ἄττα τῶν οἰκοδομημάτων, ἀδρῶς ἐξησκημένα καὶ περιττῶς, ταῖς πυκναῖς ἐπιδρομαῖς τῶν Περσῶν διεφθάρη, Χοσρόου, ὡς εἴρηται, τὴν εἰρήνην ἀπειπόντος δῆθεν διὰ Μαυρίκιον. Ὁ μὲν οὖν πάντα τὰ ἔξωθεν πυρπολῶν, κακῶς διετίθει· Φωκᾶς δὲ τὸ τῆς πόλεως ἔνδον χειρόνως ἐποίει. Ὅθεν καὶ ἐφ' ἵπποις ἀμίλλῃ τινῶν ἐς ἐκεῖνον σκωψάντων ὅτι μεθύοι, θυμῷ ζέσας οὐκ ὀλίγους τῶν ἐπισήμων συσχὼν, οὓς μὲν ἀφῄρει τὰ μέλη, ἄλλους δ' ἐπεκήδευσε τῷ βυθῷ, καί τισι δὲ περιετίθει φρουράν.

CAPUT XLIV.

De seditione inter Judæos et Christianos Antiochiæ orta: ut in eo tumultu etiam Anastasius Sinaites episcopus cæsus sit. Et de Cyriaco, Thoma, et Sergio, Constantinopolitanis episcopis.

Antiochiæ vero gravis tumultus fuit, quod Hebræi rursum adversus Christianos, per res novas insurrexerint. In ea seditione Judæi superiores fuere. Ingentem namque Christianorum multitudinem aut ferro conciderunt, aut igni, quem in ædes eorum conjecerant, exusserunt. Eos Phocas, impii

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης στάσεως Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν· καὶ ὡς ἀνῃρέθη τῇ στάσει καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης· καὶ περὶ Κυριακοῦ, Θωμᾶ τε καὶ Σεργίου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν.

Καὶ στάσις δεινή τις ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου κεκίνητο, Ἑβραίων αὖθις κατὰ Χριστιανῶν νεωτερισάντων· ᾗ δὴ στάσει ἐπικρατέστερα μᾶλλον τὰ Ἰουδαίων ἐγένετο. Ἠλού τι καὶ γὰρ στῖφος Χριστιανῶν, τὸ μὲν μαχαίρας ἔργον ἐγένετο, τὸ δὲ καὶ πυρὶ δεδαπάνητο, πῦρ ταῖς οἰκίαις τῶν στασιαστῶν

(1) Circensibus ludis Prasini conviciis eum lacessentes, clamarunt: *Iterum Ingabasta bibisti? Iterum sensum perdidisti?* (Diac.)

Digitized by Google

ἐνιέντων· οὓς Φωκᾶς εἰσπραττόμενος τὰς ποινὰς τῶν ἀνοσίων ἔργων καὶ πράξεων, κολάσει ὑπῆγε, καὶ τῆς πόλεως ἤλαυνεν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸν δῆτα τὸν ἱερέα τῆς πόλεως Ἀναστάσιον, ὃς Γρηγορίου διάδοχος ἦν, καθελόντες τοῦ θρόνου, σχοινόν τε τῶν ποδῶν ἐξαψάμενοι, διὰ τῆς πόλεως σύροντες θανάτῳ ἀσχήμονι ἐκδιδοῦσι. Τὴν γὰρ τῆς αἰδοῦς φύσιν μαχαίρᾳ διατεμόντες συρομένῳ, κατὰ τοῦ στόματος ἐπιβάλλουσιν. Ἐς ὕστερον δὲ, ὥσπερ τι τῶν ὁλοκαυτωμάτων παρεδίδοσαν τῷ πυρί· ἄνδρα σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ διαπρέποντα, πρῶτόν τε τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων στοιχειωτήν· πολλά τε βιβλία τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλελοιπότα. Τούτου καὶ ἡ βίβλος ἣ Ὁδηγὸς ὄνομα ἔσχεν, οἵ τε ὅροι τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ ἄλλα πολλά· καὶ ὁ εἰς τὸν Ἕκτον Ψαλμὸν λόγος ταῖς εἰσβάσεσι τῶν νηστειῶν ἐκδοθείς· ἐμοὶ δ' ἐντυχεῖν ἐγένετο καὶ λόγῳ αὐτοῦ ὃν πρὸς Ἀντιοχεῖς ἔγραψεν εἰσιτήριον, καὶ εἰρηνικὸν ἕτερον, διὰ τριῶν καὶ εἴκοσι ἐτῶν αὖθις ἐπανήκων ἐπὶ τὸν θρόνον, Μαυρικίου τὴν ἡγεμονίαν ἰθύνοντος· ὃν δὴ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἐξαίρει· καὶ ὡς τῆς ὑπερορίου ἀνεκλήθη φυγῆς. Τούτῳ δὴ τῷ Ἀναστασίῳ, διὰ τὸ ἐν Σινσίῳ φιλοσοφῆσαι, καὶ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἐκεῖσε κατακρατῆσαι, καὶ Σιναΐτης ἔστιν ἐπώνυμον. Καὶ ὁ μὲν δήμου γενόμενος παρανάλωμα ἀπεβίω· μετὰ δὲ τοῦτον ἔτη ς' διαπρέψαντα, τὴν τῆς Ἀντιόχου ποιμαντικὴν Ἀναστάσιος ἕτερος διεδέχετο. Πρὸ δὲ τούτου καὶ Κυριακὸς ὁ τῆς βασιλίδος ἐπίσκοπος ἑνδέκατον ἔτος τῇ ἱερατείᾳ ἐνδιαπρέψας, Θωμᾷ τὸν θρόνον καταλιμπάνει. Ὃς διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Ἐκκλησίας καθεστηκὼς, ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνῆει. Οὐ πλέον δὲ ἢ τρία ἔτη πρὸς μησὶ δυσὶ καὶ οὗτος ἱερασάμενος, τῷ δυσσεβεῖ Σεργίῳ τοῦ θρόνου παραχωρεῖ, τὸν μέγιστον οἶκον δειμάμενος τῷ ἐπισκοπείῳ· ὃς τὸ τοῦ δομησαμένου κληρωσάμενος ὄνομα, Θωμαΐτης ἐς δεῦρο τὸ ἐπώνυμον ἔσχεν. Ὁ δὲ Σέργιος διάκονος μὲν τῆς Ἐκκλησίας καθειστήκει, ἐκ Σύρων καὶ Ἰακωβιτῶν τὴν τοῦ γένους ἕλκων σειράν.

et flagitiosi facinoris pœnas sumens, tormentis subdidit, atque urbe exegit. Illi vero et civitatis ejus antistitem Anastasium, Gregorii successorem, e throno suo deturbatum, funeque pedibus alligato, per urbem tractum, fœda morte affecerunt. Pudendas namque naturæ partes inter trahendum ense excisas, in os ejus injecere. Postea vero illum perinde atque holocaustum quoddam, igni tradidere: virum sapientia et virtute præclarum, primariumque dogmatum Ecclesiæ doctorem: quippe qui lucubrationes multas eidem reliquerit. Hujus liber est cui nomen Ὁδηγὸς, hoc est, Viæ dux, et Ecclesiæ dogmatum definitiones, aliaque præterea multa. Item in sextum Psalmum liber, in ingressu jejuniorum editus. Ego vero orationem etiam ejus quamdam legi, ad Antiochenos in introitu suo scriptam, et pacificatoriam aliam, quam vicesimo tertio anno in thronum suum postliminio reversus composuit, Mauricio imperium obtinente: quem etiam in eo scripto, quod ab exsilio revocatus sit, laudibus effert. Huic Anastasio, propterea quod in Sinæo monte philosophatus sit, et sensum ibi carnis domuerit, Sinaitæ cognomen inditum est. Atque ille quidem in populi tumultu peremptus, vitam finiit. Post eum autem cum sex annis a reditu in episcopatu enituisset, pastorale munus Antiochiæ Anastasius alter suscepit. **868** Et ante hunc Cyriacus etiam, Constantinopolitanæ urbis episcopus, undecim annis in sacra functione transactis, sedem eam Thomæ reliquit: qui diaconi et sacellarii in Ecclesia munus obiens, ad pontificium thronum conscendit. Hic vero tribus annis, et duobus non amplius mensibus sacro munere functus, impio Sergio sede cessit. Thomas iste domum maximam in ædibus episcopalibus exstruxit: quæ domus, nomen a conditore suo acceptum, in hodiernum usque diem retinet, et Thomaitis vocatur. At Sergius diaconus quidem Ecclesiæ fuit: sed a Syris et Jacobitis generis originem traxit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἁγίαν δ' καὶ ε' σύνοδον γεγενημένων τῇ Ἐκκλησίᾳ σχισμάτων.

Τίς δὲ οὗτος Ἰάκωβος, ἐξ οὗ καὶ Ἰακωβῖται παρωνύμως ἐκλήθησαν, δίκαιον τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, καὶ ὅσα ἕτερα τῇ συγγραφῇ παραλέλειπται. Ἄνωθεν δὲ ἀρξάμενος διηγήσομαι. Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ὑπὸ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας δ' καθαιρεθέντων συνόδου, οἱ τῆς ἐκείνων δόγμασιν ἀντεχόμενοι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες διακρινομένους ἑαυτοὺς κατωνόμασαν, μηδαμῶς συντίθεσθαι τοῖς ὀρθῶς δογματισθεῖσι τῇ ἁγίᾳ ῥηθείσῃ συνόδῳ· οἳ καὶ εἰς δυοκαίδεκα τμήματα διῃρέθησαν· ἐξ ὧν καὶ μυρίαι αἱρέσεις ἐβλάστησαν· ὧν οἱ μὲν Εὐτυχιανισταὶ ὠνομάσθησαν, Διόσκορον καὶ Εὐτύχιον μόνον δεχόμενοι· οἱ τὸν Χριστὸν ἐδογμάτιζον ὁμοούσιον μὲν τῷ Πατρὶ, οὐ μὴν δὲ καὶ ἡμῖν· οἷς μὴ συντίθενται σώζεσθαι ἐν Χριστῷ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀληθειαν φύσεως. Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος τὸ βιοῦν

CAPUT XLV.

De schismatibus quæ post quartam et quintam sanctam synodum in Ecclesiam irrepserunt.

Quis vero Jacobus iste fuerit, unde Jacobitæ nomen acceperunt, et alia præterea quæ in historia hac omissa sunt, æquum esse puto ut hic referam. Altius autem narrationem petam. Postquam Eutycheti et Dioscoro a sancta quarta Chalcedonensi synodo dignitas abrogata est, qui illorum dogmata defenderunt, facta ab Ecclesia catholica defectione, διακρινομένους, hoc est, segregatos sive ambigentes, seipsos appellarunt: neque ullo modo, ut quæ recte in concilio sancto statuta essent, comprobarent, adduci potuere. Ii in duodecim sectas dissecti sunt; ex quibus multa millia hæresum pullularunt. Ex quarum sectatoribus quidam Eutychianistæ vocati, quod Dioscorum tantum et Eutychetem reciperent: qui Christum docuerunt Patri quidem consubstantialem esse, nobis autem minime: propterea quod

Digitized by Google

nobis non assentiuntur, veram esse in Christo humanam naturam profitentibus. Postquam autem imperator Leo diem suum obiit, atque Zeno et Anastasius imperii administrationem susceperunt, quam maximam libertatem sibi qui quartæ synodo restiterunt, usurpavere. Eodem tempore et Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi et carnis naturam male prædicantes : et præterea Jacobitarum, Theodosianorum, Julianistarum, et plurimorum aliorum catervæ, Ecclesiæ insultarunt, qui Monophysitæ appellati sunt, quod unam Verbi et carnis naturam post ineffabilem unionem in Christo esse sentiant et doceant. **869** Hi vero Acephali sunt nominati, qui henoticum Zenonis imperatoris scriptum, quo scilicet ad unionem ecclesias perducere voluit, propterea quod ille sanctam quartam synodum anathemati non subjecisset, minime receperunt. Acephali autem ob eam causam dicti sunt, quod sub episcopis non fuerint. Proinde episcopis et sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptismus juxta solemnem et receptum Ecclesiæ morem apud eos administratus, neque oblatio aut res aliqua divina facta, ministeriumve ecclesiasticum, sicuti mos est, celebratum est. Communionem vero illi a plurimo tempore asservatam habentes, feriis paschalibus in minutissimas incisam partes, convenientibus ad se hominibus dederunt. Quo tempore quam quisque voluisset, placitam sibi sumebat potestatem. Et propterea quod quilibet, quod sibi visum esset, fidei insertum voluit, quamplurima defectorum et hæreticorum turba exorta est : Tritheitarum, Agnoetarum, Theopascitarum, Jacobitarum, Armeniorum, Severitarum, et Aphthartodocitarum, initio a Juliano Halicarnassæo sumpto : qui creatum quidem Domini corpus esse opinatus est, sed idem ab ipsa conceptione incorruptibile esse docuit. Horum cohortem, qui eis adversati sunt, Phantasiastas et Manichæos vocarunt : quemadmodum et illi rursus hos Phthartolatras et Scenolatras nominarunt. Ejus generis hæresibus, et Severitis maxime, Ecclesiæ admodum ingruentibus, Chalcedonensis quoque synodi nomine presso, perquam longo tempore jactata ea est, et exagitata. Unde ingens diu seditio et confusio in Ecclesia exstitit. Ipsa namque plebs ad sanctioris altaris cancellos assistens, plagis se multaturam, et cum ignominia ex sacris templis sacerdotes ejecturam comminata est, sicubi ejus synodi mentionem inferre, aut eam sacrosanctis diptychis inscribere, eorumve nomina divinorum Patrum, qui decreta ejus promulgarunt, proferre ausi fuissent. Isti ipsi etiam maximo contenderunt opere, ut sacrum ejus, qui in sanctis est, divi Leonis veteris Romæ episcopi tomum, quem veræ pietatis studiosi rite columnam orthodoxiæ rectæque sententiæ nominarunt, tollerent, quod is synodum eam firmiter fulciret. Tomum eum divinissimus Alexandrinus papa Eulogius postea a se enarratum, optime, atque ita prorsus, ut oportuit com-

μεταλλάξαντος, Ζήνωνός τε καὶ Ἀναστασίου τὴν βασίλειον ἀρχὴν ὑποζωσαμένων, παῤῥησίαν ὅτι πλείστην οἱ δι' ἐναντίας οὗτοι τῇ δ' συνόδῳ ἰόντες ἐλάμβανον. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀκεφάλων, ὧν προστάτης ὁ τῆς Ἀντιόχου Σευῆρος ἐγένετο, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς κακῶς δογματίζων, καὶ τὸ τῶν Ἰακωβιτῶν, Θεοδοσιανῶν τε καὶ Ἰουλιανιστῶν, καὶ ἑτέρων πλείστων στῖφος τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσέῤῥησε· οἱ καὶ Μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μετὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν πρεσβεύοντές τε καὶ δογματίζοντες· οἱ δὲ Ἀκέφαλοι ὠνομάζοντο· οἱ τὸ ἑνωτικὸν τοῦ βασιλέως Ζήνωνος οὐ προσίεντο, οἷς μὴ τῷ ἀναθέματι καὶ τὴν ἁγίαν δ' καθυπέβαλε σύνοδον. Διὰ δὲ τὸ ὑπὸ ἐπισκόποις μὴ ἄγεσθαι, Ἀκέφαλοι ὠνομάσθησαν. Ἔνθεν τοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπισκόπων καὶ ἱερέων ἐκλελοιπότων, οὐδὲ βάπτισμα κατὰ τὸν Ἐκκλησίας ἐποίουν θεσμόν. Ἀλλ' οὐδὲ προσκομιδή τις ἢ λειτουργία παρ' αὐτοῖς οἷα ἔθος τετέλεστο. Κοινωνίαν δὲ πεφυλαγμένην ἐκ παλαιτέρων ἔχοντες χρόνων, ἐξ αὐτῆς καιρῷ τοῦ Πάσχα σμικροτάτας μερίδας κνίζοντες τοῖς συνιοῦσιν ἐδίδοσαν· ὁπηνίκα καὶ πᾶς τις τὴν ἐκείνῳ θυμήρη ἐντεῦθεν ἐπεσπᾶτο ἀρχήν. Κἀν τῷ θέλειν ἕκαστον τὸ δοκοῦν τῇ πίστει ἐγγίνεσθαι, πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἀποσχιστῶν καὶ αἱρέσεων ἀνεφύη· Τριθεῖται καὶ Ἀγνοῆται καὶ Θεοπασχῖται, Ἰακωβῖταί τε, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Σευηρῖται, καὶ Ἀφθαρτοδοκῆται ἀπὸ Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασέως ἀρξάμενοι· ὃς κτιστὸν μὲν εἶναι τὸ τοῦ Κυρίου ἐδογμάτιζε σῶμα· ἐξ αὐτῆς δὲ συλλήψεως ἄφθαρτον γεγονέναι. Ὧν τὸ σύνταγμα οἱ δι' ἐναντίας Φαντασιαστάς καὶ Μανιχαίους ἐκάλουν· ὥσπερ ἐκείνους οὗτοι πάλιν Φθαρτολάτρας καὶ Σκηνολάτρας ὠνόμαζον. Ὧν δῆτα αἱρέσεων καὶ μάλιστα τῶν ἄχρι καὶ αὐτοῦ Σευήρου σφόδρα τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπικειμένων, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἀμνημόνευτος ἐπιπλεῖστον χρόνου διέμεινε κλονουμένη καὶ μεταφερομένη· καὶ πολλή τις ἐντεῦθεν στάσις καὶ σύγχυσις ἐπὶ μακρὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνερῥιπίσθη. Τὰ γὰρ πλήθη πρὸς ταῖς κιγκλίσι τῶν θυσιαστηρίων ἱστάμενοι, παίειν ἠπείλουν καὶ ἀτίμως τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς ἱερεῖς ἐξωθεῖν, εἴγε μνείαν που τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ποιεῖν ἔλοιντο, κἀν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ταύτης καταγραφὴν καὶ ἐκφώνησιν τῶν ἐκθεμένων ταύτην θείων Πατέρων. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ πλείστην πάμπαν εἰσῆγον σπουδὴν, καὶ τὸν θεῖον Τόμον τοῦ ἐν ἁγίοις ἱεροῦ Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερέως, ἣν στήλην ὀρθοδοξίας οἱ εὐσεβοῦντες ἐνδίκως ὠνόμασαν, ἀνατρέπειν εὖ μάλα, ὡς σφόδρα τὴν σύνοδον ἐπερείδοντα. Ὃν δῆτα καὶ ὁ θειότατος πάππας Ἀλεξανδρείας Εὐλόγιος ἐξηγησάμενος ὕστερον, ἄριστα καὶ ὡς χρεὼν συγκεῖσθαι τοῦτων σαφῶς ἀπεφήνατο· ὃς καὶ ἕτερα πλεῖστα συγγράμματα λόγου καὶ μνήμης ἄξια τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ καταλέλοιπέν. Μετὰ δὲ τοῦτον χρόνῳ πολλῷ ὕστερον καὶ ὁ τῆς Ἀντιόχου προέδρος ὁ ἐκ Σινεΐου δηλαδὴ Ἀναστάσιος, πλεῖστον καὶ οὗτος ὑπὲρ τῆς ἁγίας δ'. συνόδου διαμαχόμενος, καὶ πολὺς κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν καὶ Ἀκεφάλων ῥέων, πᾶσι λόγοις τὸ

Digitized by Google

στερρὸν ἔχουσι, ἀδαμαντίναις πέδαις παρίστησιν, ὡς ἀριστά γε καὶ ὀρθοδοξίας ἔμπλεω ταύτην ἐπὶ πᾶσιν ὁρίσαι, πλήρη τε θεοσεβείας εἶναι τὰ ταύτης συνίστησι δόγματα. Οἵ γε μὴν περὶ Διόσκορόν τε καὶ Γάϊον, καὶ τὸν τῆς Ἀντιόχου Σεῦῆρον, πρὸς δὲ καὶ Ἰάκωβον, καὶ τὸν γραμματικὸν Ἰωάννην, ὃς ἐπεκλήθη Φιλόπονος, τὸν καὶ πλεῖστα συγγράμματα δυσχερῆ τε καὶ δυσεξέλεγκτα κατὰ τῆς τοιαύτης ἐξενηνοχότα συνόδου, ἐναντιούμενοι τῇ συνόδῳ, μίαν μὲν φύσιν, δύο δὲ ὑποστάσεις ἀσεβέστατα γράφοντες ἐδογμάτιζον· καὶ μᾶλλον Σευῆρος βίβλον ὅλην ἐνέταττεν. Πλὴν καὶ οὗτοι τῶν οἰκείων βιβλίων ἐνιαχοῦ δύο φύσεις ἀνομολογοῦσιν ἐπὶ Χριστοῦ· ὅπερ οἱ πολλοὶ μὴ ἀκριβοῦντες εὐσεβὲς ὂν ἦθεν ὠήθησαν, καὶ τρόπον ἕτερον εἰς τὴν ἐκείνων ὁσίαν εὐσέβειαν κατηνέχθησαν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπεκράτει ἄχρι καὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ ἀναῤῥήσεως· ἐκείνου δὲ τὰ σκῆπτρα γενναίως ἀνειληφότος, οἱ τῶν αἱρέσεων τούτων προστάται, ἄχρι δὴ καὶ Σευήρου, ὅσα δὴ καὶ κνώδαλα εἰς χηραμοὺς καὶ καταδύσεις τὰς ἑαυτῶν διατριβὰς ἔθεντο, τῆς ἁγίας ε' συνόδου τῶν ῥξ' ἁγίων Πατέρων ὑπ' ἐκείνου συγκροτηθείσης· κἂν καὶ οὗτος ἐς ὕστερον Τελχῖνος βασκανίᾳ τινὸς τῇ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν κατάκρας ἑάλω αἱρέσει τοῦ εὐθέος παρατραπείς· ὥσπερ μοι ἐν τῷ πρὸ τούτου τόμῳ διείληπται. Ὧν δὴ τούτων πλείστων αἱρέσεων τὰς πρὸς ἀλλήλας ἐπιμιξίας καὶ διαιρέσεις καθεξῆς διαλήψομαι.

positum esse, disertis verbis pronuntiavit : **870** qui alia quoque multa scripta lectu digna Ecclesiæ Christi reliquit. Post hunc itidem aliquanto tempore post Antiochenus antistes Anastasius Sinaites, qui et ipse sanctam quartam synodum propugnans, lucubrationibus suis firmissimis Monophysitas et Acephalos refutavit, et argumentis certissimis probavit, eum librum orthodoxiam rectissime plenissimeque in omnibus docere, dogmataque ejus vera pietate refertissima esse. Enimvero Dioscorus, et Gaius, et Antiochenus Severus, Jacobus item, et Joannes Grammaticus Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere non ita promptum sit, contra synodum quartam edidit) eam ipsam synodum oppugnantes, unam quidem naturam, duas autem subsistentias, per summam impietatem, in Christo esse scripserunt et docuerunt : potissimum vero Severus, qui librum integrum de ea re composuit. Verum et ipsi in libris suis alicubi naturas duas in Christo profitentur: quod sane multi non ita accurate observantes, rectum piumque esse existimaverunt, et alio deinde modo in illorum impietatem sunt adducti. Atque hæc quidem sic obtinuerunt, quoadusque Justinianus est imperator renuntiatus. Postquam vero is sceptra imperialia accepit, quæcunque exstitere belluæ, in specus et latibula sua contulere conventicula : cum ille sacram quintam synodum centum sexaginta quinque sanctorum Patrum coegisset. Quamvis et ipse Justinianus postea intemperiis fascinatoris cujuspiam in Aphthartodocitarum hæresim transversim raptus, a recta aberrarit via : sicuti a me in proximo libro est dictum. Cæterum plurimarum istarum hæresum commistionem simul et divisionem deinceps exponam.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Ἔτι περὶ τῶν Μονοφυσιτῶν, ὅτι σφαλερῶς περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως δογματίζουσι.

Ἀλλὰ τί ποτέ ἐστι τὸ παρὰ τῶν Μονοφυσιτῶν δογματιζόμενον, ὧν ὡς ἀπὸ κακίστης ῥίζης αἱ εἰρημέναι αἱρέσεις ἐβλάστησαν ὥσπερ κρίκος ἀλλήλοις ἐχόμεναι, ἤδη ἐρῶ. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς συνελθούσας τῷ Θεῷ φύσεις ἑκάστην καθ' ἑαυτὰς διαστήσωσι, δύο ταύτας ἀνομολογοῦσιν ἀναγκαζόμενοι, ὅταν δὲ ἀμφοτέρας εἰς τὴν τοῦ Λόγου ἑνώσωσι σάρκωσιν, οὐ δύο ἀσυγχύτους συνελθούσας φύσεις τιθέασιν, ἀλλὰ μίαν φύσιν σύνθετον. Καὶ γὰρ ἡμῶν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον λεγόντων, ἐκεῖνοι μᾶλλον μίαν σύνθετον φύσιν ἀντιτιθέασι. Καὶ τὸν λόγον τῆς θέσεως σφῶν οὕτωσὶ παραδειγματίζουσι λέγοντες, ὅτι ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ψυχὴν ἔχει καὶ σῶμα, καὶ ἄλλη μὲν ἐστι φύσις ψυχῆς, ἄλλη δὲ σώματος, εἴ τις ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν θεωροίη· ἐπειδὰν δὲ συνέλθωσιν, ἄνθρωπον ποιοῦσι, μίαν φύσιν ἔχοντα σύνθετον· οὐ γὰρ δεῖ, φασὶ δύο φύσεις λέγειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μίαν σύνθετον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ οἴονται, ἐκ δύο μὲν συνεστηκέναι φύσεων· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν τὰς δύο φύσεις ταύτας γεγονέναι συνθετον. Ὅπερ τῇ Ἐκκλησίᾳ παντάπασιν ἀποτρόπαιον. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἅπερ, φησὶ, σώ-

CAPUT XLVI.

Præterea de hæresi Monophysitarum ; quod insidiose admodum et periculose de Dei Verbi incarnatione opinantur.

Quod vero tandem Monophysitarum fuerit dogma, a quibus tanquam a radice pessima, quas diximus, hæreses pullularunt ceu circulus aut catena ex sese dependentes, modo dicam. Cum etenim convenientes in Christo naturas, quamlibet per seipsam discernunt, duas eas esse necessitate adducti confitentur. Cum vero utramque in Verbi incarnatione uniunt, non duas illi inconfusibili modo convenientes naturas, sed unam compositam naturam statuunt. Nobis enim unam subsistentiam compositam dicentibus, illi unam potius naturam compositam inferunt. Et rationem sententiæ suæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere et corpus : et aliam animæ naturam esse, aliamque item corporis, si quis quamlibet per seipsam contempletur; cum vero illæ coierint, hominem efficere, unam naturam compositam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, sed unam compositam. Atque ad eumdem modum de Servatore Christo opinantur : illum videlicet ex duabus quidem constitisse naturis, post unionem autem duas eas naturas in unam evasisse compositam, quod sane Eccle-

Digitized by Google

sia tanquam piaculum prorsus aversatur. Quapropter et magnus theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam suam exponens, sapientissime simul et subtilissime dicit, naturam suam eas servare, ex quibus scilicet, et in quibus, et quæ sint. Nam *ex quibus* propterea posuit, ut ex divinitate et humanitate naturam declararet : *in quibus* vero, ut naturas post unionem servaret, neque eas propter mutuam unionem confunderet ; *quæ sint* autem, ne quis aliud Christum post naturarum unionem factum esse existimaret. Dogmatis istius exactiorem rationem inde considerabimus. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua et terra, constitutum esse, in confesso est, in quibus etiam constitit. Atque in corpore ea ex quibus, et in quibus est, conservantur ; quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum unionem corpus nostrum non pure ignis est, neque sincere aer, neque incorrupte aqua, neque germane terra : sed aliud quiddam, quam quatuor ista. **872** Id satis ex sensu ipso patet. Unaquæque enim corporis nostri pars aliud quiddam quam elementa est. Verum in divina unione, non aliud quiddam, post duarum naturarum concursum, factum est : sed idem ipsum est, Christus videlicet, Deus et homo. Porro hæresis ista exquisitior subtiliorque aliis fuit, quod auctores defensoresque habuerit viros sapientes : et potissimum eum quem diximus, Joannem Philoponum, qui sub præsenti, de cujus rebus nunc agimus, imperio viguit, et in Aristotelis perplexitatibus maxime desudavit, et hæresis insuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

A

B

C

D

CAPUT XLVII.

De philosopho Joanne Philopono Tritheita.

Genere fuit Alexandrinus, et philosophus summus : quamvis autem stylo dictioneque sua non admodum sit laudatus, in disputationibus tamen argumentorumque et demonstrationum probationibus, sane quam fuit admirandus, in Platonis et Aristotelis doctrina maximopere versatus. Quapropter eorum, potissimum vero Aristotelis, obscure dictorum luculentissimas reliquit enarrationes, quæ hodie quoque exstant. Hic etiam impio Sergio Constantinopolitanæ tum Ecclesiæ hierarchiæ, admonitus ab eo, ut hæresim ejusmodi constitueret, librum acutissimum composuit, qui Διαιτητής, hoc est, *Arbiter*, sive *De unione* inscriptus, decem capitulis omnem eam hæresim contexit. Ad comprobandum autem piaculare suum dogma, omnem prorsus accuratissime movit philosophiam. Multa præterea alia scripta Philoponus iste edidit, ad Græcos et hæreses reliquas, et ad alios quosdam ; in quibus hæc etiam, impium dogma instituens, refert : « Omnia hæc sensui atque oculis subjecta corpora, juxta materiam et formam, ex eo quod non est, in id quod est, producta a Deo sunt : corruptabiliaque sunt, et corrumpuntur, secundum materiam et formam. Pro

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου καὶ Τριθεΐτου.

Τὸ μὲν γένος Ἀλεξανδρεὺς ἦν ὁ ἀνήρ· λίαν δέ ἐστι φιλόσοφος ἀκριβέστατος· κἂν καὶ τὴν ἰδέαν τῶν λόγων οὐ πάνυ τῶν ἐπαινουμένων ἔχων γνωρίζεται· περὶ δὲ τὰς ἀποδείξεις τῶν λόγων πάνυ ἐστὶ θαυμασιώτατος· ἄκρος δ' εἰσάγαν κατὰ τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους παιδείαν· οἷς καὶ πλείω, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἀπορρήτων λαμπροτάτας ἐξηγήσεις κατέλιπεν, αἳ καὶ ἐς δεῦρο δὴ διασώζονται· ὃς καὶ τῷ δυσσεβεῖ Σεργίῳ τηνικαῦτα τῆς Κωνσταντίνου ἱεραρχοῦντι παρακληθεὶς τὴν τοιαύτην συστήσασθαι αἵρεσιν, λόγον δεινότατον συνεγράψατο, ὃς *Διαιτητής*, ἢ *Περὶ ἑνώσεως* ἐπιγέγραπται. Ἐν κεφαλαίοις δὲ δέκα τὴν τῆς αἱρέσεως πᾶσαν τομὴν ἐξυφήνατο. Πρός γε μὴν ἀπόδειξιν τοῦ μυσαροῦ αὐτοῦ δόγματος, πᾶσαν φιλοσοφίαν κεκίνηκεν ἐξακριβωσάμενος. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα συγγράμματα ὁ ῥηθεὶς Φιλόπονος καταλέλοιπε, πρός θ' Ἕλληνας, καὶ λοιπὰς τῶν αἱρέσεων, καὶ ἑτέρους· ἐν οἷς καὶ ταῦτα συντίθησι δογματίζων ἀθέως· « Τὰ αἰσθητὰ πάντα ταῦτα καὶ ὁρώμενα σώματα, λέγων, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ἀπὸ Θεοῦ· φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος· καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττω τοῦ-

Digitized by Google

των τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια δημιουργεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ. » Πρὸς τούτῳ συντέλειαν μέν φησι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου, ἥγουν παρέλευσιν, καὶ αὖθις καινοῦ κόσμου ἑτέραν γένεσιν. Ὁρίζεται δὲ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Οἷς οἱ περὶ Κόνωνα ἐναντιούμενοι, αὐτόν τε καὶ τὰ τούτου συγγράμματα ἀπεώσαντο, ὡς μοι ῥηθήσεται· κἂν καὶ πρότερον αὐτὸν ἀπεδέχοντο· « Τὰ σώματα, λέγοντες, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρονται, ἀλλὰ κατὰ μόνον τὸ εἶδος· καὶ πάλιν ἀναμορφοῦνται, κρεῖττον εἶδος προσιεμένης τῆς ἐν αὐτοῖς ὕλης. » Καὶ γένεσιν μὲν κόσμου καὶ οὗτοί φασι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, φθορὰν δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ εἶδος μόνον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὴν ὕλην πάσχειν. Ὁρίζονται δὲ καὶ ἀνάστασιν εἶναι νεκρῶν, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Ὁ δὲ Φιλόπονος πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα φιλοσοφεῖ, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, φληναφεῖ· « Οὐκοῦν ἑκάστη φύσις οὐ μοναχῶς λέγεται τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἀλλὰ διχῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν τὸν κοινὸν ἑκάστης φύσεως λόγον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρῶμεν, οἷον τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἢ τὴν ἵππου ἐν οὐδενὶ τῶν ἀτόμων γινομένην· » ἑτέραν δὲ ὅταν αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν κοινὴν φύσιν ἐν τοῖς ἀτόμοις γινομένην κατίδωμεν, καὶ μερικωτάτην ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν λαμβάνουσαν ὕπαρξιν· καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ πλὴν ἐκείνῳ καὶ μόνῳ λοιπὸν ἐφαρμόζουσαν. Τὸ γὰρ ἐν ἐμοὶ ζῶον λογικὸν θνητὸν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐστὶ κοινὸν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷδε τοῦ ζώου φύσις ἐν ἄλλῳ τινὶ γένοιτ' ἄν. Ὅτι δὲ ταύτας τὰς ἐννοίας περί τε φύσεων ἔχει καὶ ὑποστάσεων ἡ τῆς Ἐκκλησίας διδασκαλία, δῆλον ἐξ ὧν μὲν φύσιν Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ τὰς τούτων ὑποστάσεις εἴτουν πρόσωπα δογματίζομεν· καθ' ἃς ἕκαστον ἰδιότητί τινι ἐκ τῶν λοιπῶν διακρίνεται. Τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις μία θεότητος ἢ ὁ κοινὸς τῆς θείας φύσεως λόγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος, καὶ τῇ ψιλῇ ἐπινοίᾳ τῆς ἑκάστου ἰδιότητος κεχωρισμένος; Ὅτι τε ἰδικώτερον πάλιν τὸ τῆς φύσεως γινώσκομεν ὄνομα, τὸν κοινὸν λόγον τῆς φύσεως ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀτόμων, ἥγουν τῶν ὑποστάσεων, ἑκάστης ἴδιον γινόμενον θεωροῦντες· καὶ οὐδενὶ λοιπὸν ἑτέρῳ τῶν ὑπὸ τὸ κοινὸν εἶδος ἐφαρμόζειν δυνάμενον, δηλαδὴ πάλιν ἐξ ὧν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων ἕνωσιν πρεσβεύομεν· τῆς θεότητος, φημὶ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος. Οὐ γὰρ δὴ τὴν κοινὴν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος νοουμένην θεότητα σεσαρκῶσθαί φαμεν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατηγοροίημεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἡνῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ δεξάζομεν. Οὕτω γὰρ ἂν πάλιν καὶ τοῖς πρὸ τοῦ Λόγου ἐπιδημίας γενομένοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖς μετ' αὐτὴν ἐσομένοις ἅπασιν ἡνῶσθαι ἂν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, δικαίως ἐλέγετο. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι φύσιν θεότητος ἐνταῦθά φαμεν τὴν ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ Λόγου τῆς κοινῆς θεότητος φύσιν. Ὅθεν καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογοῦμεν, σαφῶς ἀποκρίνοντες αὐτὴν τοῦ

A hisce vero corporibus corpora alia visibilibus istis longe præstantiora, incorruptibilia et sempiterna, a Deo conduntur. » Ad hæc consummationem sive interitum visibilis hujus mundi, ac rursum novi mundi creationem alteram, asserit. **873** Statuit etiam mortuorum resurrectionem esse, rationalium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem unionem. Quibus sententiis renitens Conon, ipsum juxta et lucubrationes ejus, sicuti a me dicetur, rejecit; quamvis eas antea receperit. « Conon ipse corpora dixit non secundum materiam, sed tantum juxta formam occidere, eaque denuo conformari, præstabiliorem speciem materia ipsa recipiente. Mundi ille quoque creationem juxta materiam et formam, interitum autem ejusdem juxta formam solummodo, non autem secundum materiam, ferre dicit. Resurrectionem vero mortuorum esse corporis istius cum anima rationali unionem indissolubilem decernit. » Enimvero Philoponus, præter ea quæ diximus, hæc quoque philosophatur: seu potius, ut verius dicam, nugatur: « Itaque natura quælibet non simpliciter, id quod est, dicitur, sed dupliciter. Uno enim modo, cum communem cujuslibet naturæ rationem ipsam per seipsam contemplamur: veluti hominis aut equi naturam, in nullo individuorum exstantem. » Alio vero modo, cum eam ipsam communem naturam in individuis exsistentem, et particularem maxime in quolibet eorum subsistentiam recipientem, neque cuipiam alii, præterquam illi ipsi soli de cætero convenientem, consideramus. Quod namque in me est animal rationale et mortale, nulli reliquorum homini commune est. Neque quæ in hoc ipso animante est natura, in alio quopiam fuerit. Quod vero has ipsas notiones de naturis et subsistentiis Ecclesiæ doctrina habeat, ex eo constat, quod naturam quidem Patris et Filii et Spiritus sancti profitemur, tres autem horum subsistentias sive personas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadam a reliquis discernitur. Quænam etenim sit natura una divinitatis, quam communis divinæ naturæ ratio, ipsa per seipsam considerata, et nuda contemplatione a proprietate cujusque discreta? Et quod proprie et peculiariter rursum naturæ nomen consideremus, dum rationem naturæ in quolibet individuorum sive subsistentiarum communem, propriam atque peculiarem cujuslibet factam, quæ nulli deinceps alii, quod sub communem speciem cadat, coaptari possit, contemplamur, ex eo patet, quod in duabus Christi naturis, unionem divinitatis, inquam, et humanitatis docemus. **874** Non enim communem, quam in sancta Trinitate consideramus divinitatem, incarnatam esse dicimus: sic etenim et Patris et Spiritus sancti incarnationem prædicaverimus; sed neque communem humanæ naturæ rationem unitam esse Deo Verbo opinamur. Eo namque pacto, et qui ante Verbi adventum exstiterunt, et qui postea futuri erant,

Digitized by Google

hominibus omnibus, unitum esse Dei Verbum A recte dicatur. Cæterum satis liquet, nos hic divinitatis naturam dicere eam quæ est in subsistentia Verbi, non communis divinitatis naturam. Itaque etiam unam naturam Dei Verbi incarnatam esse profitemur, diserte eam a Patre et Spiritu sancto secernentes : ita ut hic quoque communem naturæ rationem, propriam jam Dei Verbi esse intelligentes, Verbi naturam incarnatam dicamus. Et naturam itidem humanitatis unitam Verbo dicentes, particularem maxime illam subsistentiam, quam solam ex omnibus Verbum assumpsit, sentimus.

τε Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε κἀνταῦθα τὸν κοινὸν τῆς φύσεως λόγον ἴδιον τοῦ Θεοῦ Λόγου νενοηκότες, σεσαρκῶσθαί φαμεν τοῦ Λόγου τὴν φύσιν· καὶ φύσιν πάλιν ἀνθρωπότητος λέγοντες ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ, τὴν μερικωτάτην ἐκείνην ὕπαρξιν, ἣν μόνην ἐκ πασῶν ὁ Λόγος προσείληφε, δογματίζομεν.

CAPUT XLVIII.

Præterea de hæresi Monophysitarum, quod ea insidiose admodum et periculose de Dei Verbi incarnatione opinatur.

Sed Philoponus cum sectatoribus suis, commu- B nem humanam naturam, ipsamque etiam divinam, quam indivisibilem dicimus, in plurimas partitur personas, discernens eam, et singulatim individuis tribuens, et tribus supersubstantialis naturæ subsistentiis dispertiens. Id vero ipsum a recte sentientibus prorsus est alienum : quemadmodum hoc magnus in theologia vir Gregorius clarissime in libro ad Evagrium monachum de divinitate scripto, astruit. Quin etiam post illum eruditi quidam homines, ea quæ perperam a Philopono prolata sunt, refellerunt. Et cum plerique alii scriptis suis ea oppugnarunt, tum Leontius monachus omnium maxime egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit, quo simul et hæresim eam prorsus everit, et piam nostram C sententiam valde confirmat. Post hunc et admirandus ille diaconus atque referendarius Georgius Pisides, æqualis sive coætaneus illius, quamvis ætate aliquanto junior, iambis pulcherrimis, quos scribere consueverat, cum dicta hæresi congressus, **875** rem seriam ludicro temperando, ad hunc modum refert, absurditatem illius refutans :

Unam atque mox unam lapillo computat :
At unam et unam forte si unam dixeris,
Pueri vel ipsi tale dictum riserint.

Quod autem versiculis hic expressit, sic habet : Profiteris, inquit, Philopone, philosophorum omnium laboriosissime et sapientissime, duas naturas in Verbo unitas esse : unam divinitatis, et unam D humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo convenisse, quomodo duas in unam rursus contrahis ? Una namque et una duæ sunt, non una. Itaque si quis in eadem subjecta re duo quædam prædicando indicet, eaque ipsa rursum in unum redigat, ridendum se merito præbeat. Talis Monophysitarum fuit hæresis, impii Nestorii hæresi prorsus contraria. Nestorius enim, propter duas naturas, duas etiam subsistentias numerat, isti vero propter unam subsistentiam unam quoque substantiam et naturam. Verum Nestorii hæresis, ut de hac rursus agamus, non dicit Deum hominem factum esse, neque de cœlo descendisse, et humanæ na-

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Ἔτι περὶ τῶν Μονοφυσιτῶν, ὅτι σφαλερῶς περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως δογματίζουσι.

Ἀλλ' ὁ μὲν Φιλόπονος καὶ ὅσοι ἐκείνου σύμφρονες, τὴν κοινὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν θείαν ἣν φαμεν ἀδιαίρετον, εἰς πλεῖστα διίστησι πρόσωπα, ἀποδιαιρῶν αὐτὴν κατὰ μόνην ἐνιστῶν τοῖς ἀτόμοις, καὶ ταῖς τρισὶ μερίζων τῆς ὑπερουσίου φύσεως ὑποστάσεσι. Τοῦτο δὲ πάντη ἀλλότριον τοῖς ὀρθόφροσιν· ὡς δὴ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος τοῦτο ἀριδηλότατα παριστᾷ ἐν τῷ πρὸς Εὐάγριον μοναχὸν λόγῳ περὶ θεότητος. Οὐ μὴν δὲ καί τινες τῶν μετέπειτα λογίων ἀνεξέλεγκτα παρῆκαν τὰ τῷ Φιλοπόνῳ κακῶς ἐξενηνεγμένα. Ἀλλὰ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τούτοις ἀντέθεντο· μάλιστα δὲ πάντων ὁ μοναχὸς Λεόντιος γενναίως· ἐν λ' κεφαλαίοις βίβλον ὅλην τούτοις ἀντέστησεν, ἄρδην μὲν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν ἀνατρέπουσαν, σφόδρα δὲ καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς εὐσεβὲς δόγμα κρατύνουσαν. Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ θαυμάσιος διάκονος καὶ ῥαιφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισσίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβὰς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διεξέρχεται, σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον·

Ψηφίζεται θάττον μίαν τε καὶ μίαν·
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.

Ὁ δέ φησι τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁμολογεῖς, φησὶ, φιλοπονώτατε καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ· μίαν τῆς θεότητος καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος. Εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συνεληλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί· μία γὰρ καὶ μία δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. Γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγορίᾳ τινὰ, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Μονοφυσιτῶν αἵρεσις, ἐναντιωτάτη πάμπαν τῇ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου αἱρέσει καθεστηκυῖα. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος διὰ τὸ δίττὸν τῶν φύσεων καὶ δύο ὑποστάσεις καταριθμεῖ· οἱ δὲ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν καὶ μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν τίθενται εἶναι. Πλὴν ἡ τοῦ Νεστορίου αἵρεσις, ἵνα περὶ ταύτης καὶ αὖθις διαληψώμεθα, οὗ φησι τὸν Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, οὐδ' ἐξ οὐρανοῦ καταβῆναι, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἑνωθῆναι φύσει οὐσιωδῶς·

Digitized by Google

ἀλλά τινα σχετικὴν διάθεσιν. Φησὶ γὰρ ἑνωθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ, ὥσπερ εἴ τις φίλος φίλῳ ἕνωσιν διὰ σχέσεως ποιοῖτο. Καὶ λανθάνει μὲν πολλοὺς ἕνωσιν ὀνομάζων Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου· τὸ δ' ἀληθὲς διάστασιν καὶ οὐχ ἕνωσιν σαφέστατα δογματίζει· τὸ γὰρ λέγειν μὴ οὐσιωδῶς ἑνωθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ τὸν Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ κατὰ φιλικήν τινα σχέσιν, οὐχ ἕνωσις ἀκριβὴς, ἀλλὰ διάζευξις ἀληθής. Ὅθεν τὸν αὐτὸν καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ ὑψηλὸν ἔλεγεν ὁ Νεστόριος· ψιλὸν μὲν, ὡς ἐστερημένον τῆς οὐσιώδους τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως, ὑψηλὸν δὲ, ὡς ἐκ πρώτης γενέσεως τετελειωμένον ταῖς ἀρεταῖς. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς Θεοτόκον οὐ Θεοτόκον ὁ ἀλιτήριος κατωνόμαζεν, ἀλλὰ Χριστοτόκον ἐκάλει, ὡς ἄνθρωπον θεῖον δῆθεν καὶ Θεοῦ φίλον γεννήσασαν· καὶ ὡς χρίσμα τι λαβόντα παρὰ Θεοῦ, προφητικὸν ἢ βασιλικὸν καὶ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα· μὴ μέντοι γε δὴ καὶ οὐσιωδῶς Θεῷ ὁμιλήσαντα διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Νεστόριος· ὁ δὲ ἀτυχέστατος τὰ κρείττονα Εὐτυχὴς Θεὸν μὲν ὡμολόγει τεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἀχράντου παρθένου καὶ Θεοτόκου, καὶ τοῦτο μόνον ἐτίθετο εὐσεβῶς· πεπλασμένην δὲ τὴν σάρκα ἐδόξαζε, καὶ ὅσα ἑξῆς. Τὸν γὰρ Θεὸν αὐτὸν Λόγον τραπέντα ἀτρέπτως, καὶ σάρκα γενόμενον, φαντάσαι τὴν οἰκονομίαν· διὸ καὶ πάντα τὰ σωματικὰ τοῦ Θεοῦ φαντασιώδη ἔλεγεν εἶναι· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ σταυρῷ παγῆναι φύσιν ἐκείνην τὴν θείαν καὶ ἀπερίγραπτον φαντασιωδῶς γενέσθαι ὡρίζετο. Καὶ τὰ μὲν τῶν δύο τούτων αἱρέσεων, τῶν ἀλλήλαις παντάπασιν ἐναντίων, ὡς εἴρηται, τῶν τε Νεστοριανῶν, φημὶ, καὶ Μονοφυσιτῶν, ἧς ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἰωάννης, ὁ καὶ Φιλόπονος προσέστη ἐς ὕστερον, ἐπὶ τόσον εἰρήσθω.

A turæ substantia ipsa unitum esse, sed habitu quodam et affectione. Unitum namque Deum Verbum sic homini ex Maria prognato refert, uti se amicus amico per affectionem unit. Et multos Nestorius, unionem Dei et hominis nominans, latenti quadam fraude fallit: reipsa autem divisionem, non unionem apertissime docet. Si namque dicas, non substantia ipsa Deum Verbum homini, sed amica quadam affectione unitum esse, non unio certa, sed disjunctio vera fuerit. Quapropter eumdem et tenuem et sublimem hominem idem Nestorius dixit: tenuem quidem, veluti substantiali Dei unione destitutum; sublimem vero, tanquam a prima nativitate virtutibus perfectum. Proinde etiam revera Dei Genitricem, non Dei Genitricem B homo nefarius nominavit, sed Christi Genitricem vocavit: perinde atque divinum hominem et Deo amicum genuerit, qui unctionem quampiam a Deo, propheticam videlicet aut regalem et pontificalem dignitatem acceperit, non autem substantia etiam ipsa Deo unitus per incarnationem fuerit. Atque hæc quidem Nestorius. Infelicissimus autem melioribus etiam rebus suis Eutyches, **876** Deum quidem natum esse ex immaculata Virgine et Dei Genitrice profitetur, idque ipsum solum recte pieque posuit, fictam vero carnem ejus fuisse opinatus est, et quæ præterea illis alia perperam docuit. Ipsum namque Deum verbum dixit immutabili modo mutatum et carnem factum, in speciem finxisse C atque assimulasse salutis nostræ œconomiam et dispensationem. Itaque corporalia omnia in speciem phantasia quadam simulata atque ficta ei affuisse asseruit. Et hoc ipsum, quod natura illa divina, quæ circumscribi et comprehendi nequit, cruci affixa sit, in speciem per phantasiam gestum esse statuit. De duabus hisce hæresibus inter se prorsus, sicuti diximus contrariis, Nestorianorum, inquam, et Monophysitarum, quibus postea Joannes Philoponus Alexandrinus præfuit, hactenus sit dictum.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰωάννου, τοῦ Φιλοπόνου καὶ Τριθείτου.

Λέγεται μέντοι καὶ ταύτης δὴ τῆς αἱρέσεως τὸν Σευῆρον πρότερον καθηγήσασθαι, προστῆναι δ' ἐς ὕστερον τὸν Φιλόπονον· μετὰ δὲ Σευῆρον διαδέξασθαι πρῶτον τὴν αἵρεσιν ταύτην Θεοδόσιον τὸν παρ' ἐκείνοις πάππαν Ἀλεξανδρείας γενόμενον, εἶτα καὶ ἄλλους· ἐξ ὧν καὶ οἱ Ἀγνοῆται λεγόμενοι καὶ οἱ Κοντοβαβδῖται, ἀπό τινος τόπου κληρωσάμενοι τὸ ἐπώνυμον· οἳ δὴ καὶ Θεοδοσιανοὶ, ὡς τὸν προειρημένον μᾶλλον δεχόμενοι Θεοδόσιον, ὠνομάσθησαν· ὕστερον δ' ὑπ' ἐκείνου παραπεμφθέντες τῷ ἀναθέματι, ὡς τὸ τῆς ἀγνοίας ἀγνοήματι παραπεπτωκότες. Οἱ μέντοι ἄλλοι, ὡς μὴ τὸν παρ' ἐκείνου ἐκτεθέντα περὶ Τριάδος λόγον εἰσδεδεγμένοι, Κοντοβαβδῖται ἀπὸ τοῦ τόπου ἐκλήθησαν· οἳ δὴ ὡς τὸν Σευῆρον μόνον δεχόμενοι, Σευηρῖται ἐκλήθησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Σευηριτῶν σύνταγμα τῶν καὶ Θεοδοσιανῶν, οἳ καὶ ἄμφω τούτους προσίεντο· πρὸς δὲ καὶ Παῦλον τὸν ἐπίκλην Μελανόν. Καὶ τρίτοι δέ εἰσι

CAPUT XLIX.

De philosopho Joanne Philopono Tritheita.

Fertur sane, sectæ istius ducem primum Severum fuisse, postea autem Joannem Philoponum eam defendisse. Porro autem post Severum hæresim hanc primum recepisse Theodosium, qui D apud eos Alexandriæ papa factus est. Deinde et alios, a quibus et qui Agnoetæ dicuntur, et Contobabditæ, a loco quodam nomine hoc sumpto, prodierunt: qui et Theodosiani, quod scilicet eum quem diximus, Theodosium potissimum consectati sint, sunt appellati: sed postea ab illo anathemati subjecti sunt. Ita ut ignorantiæ hæresis intercidens, ignorantiæ mandata sit. Alii autem, quod scriptum ejus de Trinitate compositum non receperint, Contobabditæ a loco, sicuti diximus, nominati sunt. Ii quoque, quod Severum tantum receperint, Severitarum nomen habuere. Est alia etiam Severitarum cohors, qui et Theodosiani vocantur: propterea quod ambos hosce admiserint,

Digitized by Google

tertiumque insuper Paulum cognomento Nigrum. Tertii præterea Severitæ sunt, qui et ipsi Theodosiani dicuntur, et Angelitæ, et Damianistæ; ii episcopos suos quoque habent, a quibus congruentia nomina accipiunt; episcopos soli Contobabditæ non recipiunt. Porro Severitæ isti, qui iidem et Theodosiani et Angelitæ, necnon et Damianistæ sunt, **877** alium esse dicunt Patrem, alium esse Filium, et alium Paracletum, Spiritum videlicet sanctum; non esse autem horum quemque per seipsum naturam, sed habere communem Deum sive deitatem in eis exsistentem: atque de ea deitate indivisibili modo participantes, quemlibet esse Deum. Unam autem subsistentiam opinantur esse, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum: communem vero ipsum Deum, substantiam et naturam. Cæterum Angelitæ isti ab adversariis ita appellati sunt, a quodam Alexandriæ loco, Angelii nomen habente: in quo scilicet, qui primas apud eos ferunt, conventus cogebant. Hos iidem adversarii Sabellianistas etiam, et Tetraditas nominarunt. Sunt rursum alii etiam quarti Severitæ, iidemque Petritæ, nomen id ab episcopo quodam suo Petro consecuti: qui Severo et Theodosio recepto, Paulum et Damianum non admiserunt, quippe opinionem utriusque improbantes: et quod cum Ecclesia catholica communicantes, synodum quartam non approbarunt. Profitentur siquidem illi Deum, secundum veritatem et essentiam et naturam quamque per seipsam: Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicentes, non numero, sed per omnia simili essentia. Eos Paulus et Damianus Tritheitas nominarunt: sicuti illi hosce quandoque etiam Sabellianistas, sicuti modo dixi. Insuper alia quoque quinta Severitarum et Theodosianorum secta est, qui Cononitæ dicti sunt, et qui Severum et Theodosium, et episcopum præterea apud eos quemdam Cononem, a quo etiam nominati sunt, probant. Profitentur sane et isti, revera Deum quidem esse et naturam et essentiam quamque, Patrem videlicet et Filium et Spiritum sanctum: ad hæc, tres quoque personas dicunt, ipsam nimirum sanctam Trinitatem, et subsistentias tres. Tres autem numero substantias et naturas per omnia similes, secundum deitatem dicentes, unamque susbstantiam sive naturam, et unam deitatem sive Deum, sanctam et consubstantialem profitentes Trinitatem, non numero, sed per omnia simili deitate, tres deos aut tres deitates omnino dicere tergiversantur. Isti sane neque Damianum, neque Paulum, neque adeo postremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipsos Damianistæ et Pauliani et Petritæ Tritheitas primi appellarunt. **878** Discesserunt autem ab eis, propterea quod illi tres deos, sive tres deitates dicere, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, renuentes, tres quoque dicere numero substantias æquales, et nihil prorsus variantes detrectant. Hi autem tres quidem deos seu tres deitates dicere super-

A Σευηρῖται, οἱ καὶ Θεοδοσιανοὶ καὶ Ἀγγελῖται, καὶ Δαμιανισταί· οἱ καὶ ἐπισκόπους σφῶν δέχονται, ἀφ' ὧν παρωνύμως κικλήσκονται· οὓς οἱ Κοντοβαβδῖται μόνοι οὐ δέχονται· οἱ δὴ Σευηρῖται οὗτοι, οἱ καὶ Θεοδοσιανοὶ καὶ Δαμιανισταὶ, ἄλλον μὲν εἶναι λέγουσι τὸν Πατέρα, ἄλλον δὲ τὸν Υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν Παράκλητον, τὸ ἅγιον δηλαδὴ Πνεῦμα. Μὴ εἶναι δὲ τούτων ἕκαστον καθ' ἑαυτὸν φύσιν, ἀλλ' ἔχειν κοινὸν Θεὸν, ἥγουν θεότητα ἐνύπαρκτον καὶ ταύτης μετέχοντας ἀμερίστως, εἶναι Θεὸν ἕκαστον. Μίαν δὲ ὑπόστασιν δοξάζουσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν δὲ κοινὸν αὐτὸν Θεὸν οὐσίαν καὶ φύσιν. Ἀγγελῖται δὲ τοιοῦτοι ἀπὸ τῶν δι' ἐναντίας ἐκλήθησαν, ἔκ τινος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τόπου,
B Ἀγγελίου καλουμένου, ἐν ᾧ καὶ τὴν συναγωγὴν οἱ τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς φέροντες εἶχον· οὓς οἱ ἐξ ἐναντίας καὶ Σαβελλιανιστὰς καὶ Τετραδίτας ὠνόμασαν. Τέταρτοι πάλιν ἕτεροι Σευηρῖται, οἱ καὶ Πετρῖται ὄνομα ἔσχον ἀπό τινος ἐπισκόπου αὐτῶν Πέτρου τὴν κλῆσιν· οἱ Σεῦῆρον καὶ Θεοδόσιον ἀποδεχόμενοι, Παῦλον καὶ Δαμιανὸν οὐ προσίεντο, ἄθ' ἑκατέρων τὴν δόξαν ἐπαιτιώμενοι· καὶ ὅτι τῇ καθόλου κοινωνήσαντες Ἐκκλησίᾳ τὴν δ' οὐ προσήκαντο σύνοδον. Ὁμολογοῦσι γὰρ Θεὸν κατὰ ἀλήθειαν καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν ἕκαστον καθ' ἑαυτὴν, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λέγοντες οὐκ ἀριθμῷ,
C ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ οὐσίᾳ. Οὓς Τριθεῖτας οἱ περὶ Παῦλον καὶ Δαμιανὸν κατωνόμαζον· ὡς ἐκεῖνοι τούτους ποτὲ μὲν Τετραδίτας, ποτὲ δὲ καὶ Σαβελλιανιστὰς, ὥς μοι προείρηται· ἐν τούτοις ἄλλο πάλιν πέμπτον τμῆμα Σευηριτῶν καὶ Θεοδοσιανῶν, οἱ Κονωνῖται ἐκλήθησαν· οἱ δὴ Σεῦῆρον καὶ Θεοδόσιον δέχονται, πρὸς δὲ καί τινα ἐπίσκοπον παρ' αὐτοῖς ὄνομα Κόνωνα· οἱ δὴ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μὲν κατὰ ἀλήθειαν Θεὸν μὲν εἶναι καὶ φύσιν καὶ οὐσίαν ἕκαστον, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἔτι γε μὴν καὶ τρία πρόσωπα φασι, τὴν ἁγίαν Τριάδα, καὶ ὑποστάσεις τρεῖς. Τρεῖς δέ τινας τῷ
D ἀριθμῷ οὐσίας καὶ φύσεις ἀπαραλλάκτους κατὰ τὴν θεότητα λέγοντες, μίαν τε οὐσίαν, ἥγουν φύσιν, καὶ μίαν θεότητα, ἥγουν Θεὸν, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον ὁμολογοῦντες Τριάδα, οὐκ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ θεότητι, τρεῖς θεοὺς, ἢ τρεῖς θεότητας λέγειν παραιτοῦνται παντάπασιν. Οὗτοι δὲ οὐδὲ Δαμιανὸν, οὐδὲ Παῦλον, οὐδὲ τὸν ἔσχατον παρ' αὐτοῖς Πέτρον προσήκαντο· οὓς οἱ ἀπὸ Δαμιανοῦ καὶ Παύλου καὶ Πέτρου Τριθεῖτας πρῶτοι ὠνόμασαν. Διίστανται δὲ τούτων, ὅτι περ ἐκεῖνοι παραιτούμενοι τρεῖς λέγειν θεοὺς, ἥγουν θεότητας τρεῖς, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, παραιτοῦνται καὶ τὸ λέγειν τρεῖς τῷ ἀριθμῷ οὐσίας, ἴσας καὶ ἀπαραλλάκτους. Οὗτοι δὲ τὸ μὲν λέγειν τρεῖς θεοὺς ἤτοι τρεῖς θεότητας παραιτοῦνται· τρεῖς δὲ τῷ ἀριθμῷ οὐσίας, ἥγουν φύσεις τινὰς ἴσας, ὁμολογοῦσιν. Οἱ δὲ ἀπὸ Κόνωνος δεχόμενοι πρότερον τὰ συγγράμματα Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως γραμματικοῦ τοῦ Φιλοπόνου, ἃ καθ' Ἑλλήνων αὐτῷ καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων ἐπονήθη, ἔσχατον πάντων αὐτόν τε καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεβάλοντο καὶ ἀναθέματι ἐκδεδώκασιν.

Digitized by Google

sedent, tres autem numero substantias seu naturas quasdam similes profitentur. Sed enim Cononitæ, cum primum Joannis Philoponi Alexandrini grammatici scripta, quæ ab ipso contra Græcos seu ethnicos, et de aliis quibusdam argumentis ab eo composita sunt, comprobassent, postremo omnium et ipsum et lucubrationes ejus rejecerunt, et anathemate confixerunt

ΚΕΦΑΛ. Ν'.

Περὶ τοῦ μοναχοῦ Λεοντίου καὶ Γεωργίου τοῦ Πισίδου.

Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλεξανδρεὺς Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος οὕτως ἐς ὕστερον τῆς τῶν Τριθειτῶν προστάτης αἱρέσεως ἐγεγόνει· καθὰ δὴ καὶ ὁ πάλαι Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ Οὐάλεντος τῆς τῶν Ἀγνοητῶν πρῶτος αἱρέσεως καθηγήσατο· ἣ δὴ καὶ τῷ χρόνῳ μὲν ἀπέσβη· τηνικαῦτα δ' ἐπὶ τῶν εἰρημένων Σευηριτῶν ἀναζήσασα, τὰ πλήθη σφοδρότερον ἐπενέμετο, τοῦ Ἀκεφάλου Σευήρου ταύτην καὶ αὖθις ἀνηβῆσαι παρασκευάσαντος. Οἱ γοῦν ἐξ ἐκείνου οὐ μόνον Ἀγνοῆται, ἀλλὰ καὶ Σευηρῖται ἔσχον ἐπίκλησιν· οἱ καὶ λέγουσι τὸν Θεὸν Λόγον πάντα μὲν γινώσκειν, πάμπολλα δὲ ἀγνοεῖν, τὴν ἡνωμένην αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν ἀνθρωπότητα· ἔτι γε μὴν ἀγνοεῖν καὶ τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν τῆς παγκοσμίου συντελείας, οἷα ἐλάττονα τοῦ Πατρός· καὶ γάρ φησιν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον καὶ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ· *Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος.* Ἐκ τοίνυν τῶν τοιούτων ὁρμηθέντες φωνῶν πρώτως Ἄρειος καὶ Ἀέτιος καὶ Εὐνόμιος οἱ αἱρεσιάρχαι, καὶ ἐφεξῆς ἕτεροι, ἀμαθῶς καὶ ἀθέως ἐξεῖπον, ἄλλης φύσεως τὸν Πατέρα, ἑτέρας δὲ τὸν Υἱὸν εἶναι· καὶ τὸν μὲν ἄναρχον, τὸν δὲ κτίσμα, χρονικὴν ἀρχὴν εἰληφότα, καὶ μὴ πάντα ἐπίσης τῷ Πατρὶ διειδότα. Ὁ διαδεξάμενος Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ μᾶλλον ἐκράτυνεν. Ἔστι δ' ὡς ἄν τις εἴποι ἀπόῤῥοιά τις καὶ αὕτη ἡ αἵρεσις Ἀρειανική. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι ταύτης γεννήτορες τῆς εὐσεβείας ἀναλαμπούσης καὶ κρατυνομένης σὺν τῷ γεννήματι αὐτῶν διεφθάρησαν· τότε δὲ οἱ ἀπὸ Σευήρου ἐπὶ μέγα τὸ δεινὸν ἦραν. Οὐ μετ' οὐ πολὺ δὲ αὖθις διεῤῥύη, καὶ τῷ τῆς ἀγνοίας καὶ αὕτη παρεπέμφθη βυθῷ.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

Περὶ τῆς διαιρέσεως τῶν ἀπὸ Σευήρου Τριθειτῶν.

Πρὸς δὲ ταύταις τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ ἡ τῶν Θεοπασχιτῶν αἵρεσις αὖθις κατὰ μικρὸν ἀναζήσασα εἰς αὔξην πλείστην προῆλθε καθεκάστην ἐπιδιδοῦσα. Μικρὸν γὰρ παυσαμένην, Σευῆρος πάλιν ταύτην καὶ ἡ ἐξ ἐκείνου πολυκέφαλος ὕδρα σφοδρότερον ἀνεῤῥίπιζε. Ταύτης δὲ πρῶτος γεννήτωρ Πέτρος ἐκεῖνος ἐγένετο, ᾧ Κναφεὺς ἦν τὸ ἐπώνυμον, ὃς τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ, ὡς μοι καὶ ἄνωθεν εἴρηται, προσθήκην θεῖναι δυσσεβῶς ἀπετόλμησεν. Ἦν μὲν γὰρ ὁ τρισάγιος οὗτος ὕμνος, ὡς ἔοικεν, ἄνωθεν ἐκ τῶν ἀποστόλων, ὥς γε οἶμαι, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένος Χριστοῦ, καθὰ δὴ καὶ τὸ, Φῶς *ἱλαρόν*, προστεθέν· ὡς ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον τριάκοντα κεφα-

[1] Matth. xxiv, 36.

(1) Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, ἀθανάτου Πατρὸς οὐρανίου ἁγίου μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ. Ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν ὑμνοῦμεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ.

CAPUT L.

De monacho Leontio, et Georgio Pisida.

Joannes iste Philoponus Alexandrinus, ita ut diximus, Tritheitarum hæresis præfectus fuit: perinde atque olim Themistius philosophus sub Valente primum Agnoetarum sectæ præiit. Quæ secta tempore quidem ipso exstincta fuerat: tum autem sub eis quos diximus Severitis reviviscens, plebem maxime est depasta. Eam Severus Acephalus in apertum rursus produxit. Sectatores hujus non solum Agnoetæ, sed et Severitæ cognominati sunt. Hi dicunt, Deum quidem Verbum omnia nosse, humanitatem vero secundum subsistentiam ei unitam permulta ignorare. Nescire sane horam et diem mundi totius consummationis, utpote Patre minorem: propterea quod in Evangelio secundum Matthæum et Marcum dicat: *De die autem illa et hora nemo novit, neque ipsi angeli cœlorum, neque adeo Filius, præterquam Pater solus* [1]. Itaque cum hujusmodi vocibus primum Arius et Aetius et Eunomius hæresiarchæ, et deinceps alii progressi, imperite simul et impie prolocuti sunt, alterius esse naturæ Patrem, alterius Filium. Et illum quidem principio carentem: hunc autem creaturam, qui temporale principium sumpserit, neque omnia perinde ac Pater noverit. Id vero per manus acceptum Themistius philosophus magis etiam confirmavit et defendit. Liceat autem hæresim hanc rivum quemdam Ariani dogmatis dicere. **879** Ac veteres quidem ejus auditores, cum pietas reluxisset et invaluisset, una cum invento suo disperierunt. Eo vero ipso tempore Severitæ malum id magnopere propagarunt. Non longe autem post id rursum evanuit, et hæresis ea ignorantiæ profundo immersa est.

CAPUT LI.

De divisione et dissidio Tritheitarum, a Severo profectorum.

Ad hæc, eo ipso tempore, Theopaschitarum hæresis denuo paulatim repullulans, plurimum incrementi quotidie augescens cepit. Paulisper enim sopitam Severus eam, et quæ ex illa prognata est multiceps hydram, maxime excitavit. Primus vero ejus parens Petrus ille fuit cognomento Cnapheus, qui ter sancto hymno, quemadmodum a me supra dictum est, appendicem impie adjicere est ausus. Ter sanctum porro carmen id, ut apparet, et mihi videtur, jam inde ab apostolis, etiam ante Theodosii Junioris et Procli patriarchæ tempora, per manus Ecclesiæ Christi traditum est: sicuti et cantilena illa, (1) *Lux hilaris*: pro eo atque ad

Digitized by Google

Amphilochium, in triginta capitulis celebris et magnus testatur Basilius, sicuti, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, a Flaviano Antiocheno, adjuvante Chrysostomo, est inventum. Sub Theodosio sane Juniore, Proclo patriarcham gerente, cum quidam eo tempore perpessionem divinitati ipsius Unigeniti affingere contenderent, et ingentium terræmotuum gratia publice a populo omni supplicationes fierent, derepente in conspectu omnium puer in aerem (quemadmodum in decimi quarti tomi quadragesimo sexto capite dilucide diximus) raptus, auribus ipse suis, ita etiam simpliciter, ter sanctum eum hymnum absque adjectione, ab angelicis ordinibus concinne prorsus cantari audivit. Unde Ecclesia omnis hymnum talem ad eumdem modum continenter Deo canere consuevit. Sane quidem qui carmen hoc primus composuit, ab angelis mutuatus est: canentibus, *Sanctus, sanctus, sanctus*. Quod vero sequitur, a suavissimi concentus lyra et psalmo quadragesimo Davidis acceptum, venustissime adjecit, ubi dicitur: *Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum.* **880** Et hymni ipsius auctor hæc verba, *Deus* et *fortis*, integra, neque ulla ex parte mutata, sicuti ea apud Psalmistam invenit, conservavit: et dictionem, *vivum*, duntaxat in ejusdem significationis nomen *immortalis* commutavit. Ille etiam Deo addidit *sanctus*, nomen id idolis opponens, quæ abominationis omnis plena, et humanæ manus opera sunt. Sicuti et *fortis* posuit, propter simulacrorum imbecillitatem atque infirmitatem summam, quæ loco se movere prorsus non possit. Atque itidem *immortalis*: ut statuarum truncos traduceret, qui vita carentes, neque spirare possunt, neque sensu aut mente diriguntur. Verum enim vero Theopaschitæ, qui a Petro et Severo originem duxerunt, admirandum hunc maxime hymnum non divinæ Trinitati accommodare volentes, sed incarnato Verbo accinere satagentes, accessionibus quibusdam corrumpere ausi sunt, verbis hisce, *sanctus, immortalis*, clausulam illam: *Qui crucifixus es pro nobis*, maligne adjicientes. Quod malum primus instituere cœpit Petrus Cnapheus, et post eum deinde Séverus Acephalus, seu potius hydra multiceps. Quamvis sectatores ejus calumnia Constantinopolitanum Macedonium appetentes, adjectionem talem illum exorsum esse dicant. Fuit certe, sicuti videtur, vetus hæc hæresis; quemadmodum satis clare, qui multa pertulit certamina Athanasius, dictis suis declarat. Nisi forte sanctus ille Pater eam præviderit atque everterit, sicuti scilicet et alias plurimas scriptis suis sustulit, tametsi post obitum ejus primum exortas. Hæc ipsa ergo hæresis a Cnapheo primum producta, deinde a

λαίοις ὁ πολύς φησι καὶ μέγας Βασίλειος· ὥσπερ καὶ τὸ, *Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι*, πρὸς Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας, ὑπουργοῦντος καὶ τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν ἐξευρημένον. Ἐπὶ μέντοι Θεοδοσίου τοῦ νέου, Πρόκλου πατριαρχοῦντος, τινῶν τηνικαῦτα πάθος τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς προσάπτειν ἐπιχειρούντων, σεισμῶν τ' ἐξαισίων χάριν πανδήμου τελουμένης λιτῆς, ἡ τοῦ παιδὸς ἁρπαγὴ εἰς ἀέρα πάντων ὁρώντων ἐγένετο (ὡς ἐν ιδ' τόμῳ, κεφαλαίῳ μς', σαφῶς διελάβομεν), τοῦ παιδὸς οἰκείοις ἐνωτισθέντος ὡσὶν ἁπλῶς, οὕτω τὸν τρισάγιον ὕμνον προσθήκης ἄνευ, καὶ παρὰ τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων παναρμονίως ἐξᾴδεσθαι· ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἐκκλησία πᾶσα ἐπιμᾶλλον τὸν τοιοῦτον ὕμνον ᾄδειν διηνεκῶς παρείληφε τῷ Θεῷ· ἐκ μὲν τῶν ἀγγέλων λαβόντος τοῦ τὸν ὕμνον πρώτως συντεθεικότος τὸ Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, τὸ δ' ἑξῆς ἀπὸ τῆς παναρμονίου λύρας Δαβὶδ, Ψαλμοῦ μα' εὐφυῶς προσαρμόσαντος· *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου*, λέγοντος, *πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα*. Τὸ μὲν οὖν Θεὸς καὶ τὸ *ἰσχυρὸς* ἀπαράλλακτα συντηρηθῆναι τῷ συνθεμένῳ, καθὰ καὶ τῷ ψαλμῳδῷ· μόνον γε μεταμειφθῆναι τὴν *ζῶντα* λέξιν εἰς ἰσοδύναμον ὄνομα, τὸ *ἀθάνατος*· καὶ συντεθῆναι μὲν τῷ Θεῷ τὸ *ἅγιος* πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων, ἃ εἰσι βδελυρίας πάσης ἀνάμεστα, καὶ ἀνθρωπίνης ἔργα χειρός· τό γε μὴν *ἰσχυρὸς* πρὸς τὸ ἐκείνων μάλιστα ἀδρανὲς καὶ ἀνίσχυρόν τε καὶ παντάπασιν ἀμετάβατον· τὸ δ' *ἀθάνατος* πρὸς τὸ ἄπνοον σφῶν, καὶ μηδαμῶς αἰσθήσει καὶ νῷ διοικούμενον. Οἱ τοίνυν Θεοπασχῖται οἱ ἀπὸ Πέτρου καὶ Σευήρου δηλαδὴ καταγόμενοι, τὸν τοιοῦτον πανθαύμαστον ὕμνον μὴ τῇ θείᾳ Τριάδι προσάγειν ἐθέλοντες, ἀλλὰ τῷ σαρκωθέντι Λόγῳ ἐπᾴδειν βουλόμενοι, προσθήκαις τισὶ διαφθεῖραι τοῦτον ἐτόλμησαν· τῷ *ἅγιος, ἀθάνατος* τὸ *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς* κακοτρόπως προστιθέμενοι. Οὗ κακοῦ πρῶτος κατήρξατο Πέτρος ὁ Κναφεύς· μετὰ δ' ἐκεῖνον ὁ Ἀκέφαλος Σευῆρος, μᾶλλον δ' εἰπεῖν ὕδρα ἡ πολυκέφαλος· κἂν οἱ ἀπὸ τούτου διαβάλλοντες τὸν Κωνσταντινουπόλεως φασὶ Μακεδόνιον τῆς προσθήκης ταύτης κατάρξαι. Ἦν μὲν οὖν, ὡς ἔοικε, καὶ παλαιά τις αὕτη ἡ αἵρεσις, ὡς ὁ πολύαθλος Ἀθανάσιος ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐμφαίνει σαφῶς· εἰ μή πως προβλεπτικῶς καὶ ταύτην ἀνατρέπων ὁ Πατὴρ οὗτός ἐστιν, ὥσπερ δῆτα καὶ ἄλλας πλείστας προανεῖλε τοῖς σφετέροις λόγοις, καίπερ ἀναφύειν μελλούσας κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν. Ἡ γοῦν τυιαύτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Κναφέως ἀρξαμένη, τὸ δεύτερον καὶ παρὰ τῶν τοῦ Σευήρου θιασωτῶν ἐπιπολὺ αὐξηθεῖσα, οὐ μετὰ πολὺ τέλεον ἀπέσβη τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ καταργηθεῖσα, πλὴν μόνοις Ἀρμενίοις καὶ ἔτι κρατυνομένη, μὴ πειθαρχεῖν αἱρουμένοις ταῖς καθολικαῖς παραδόσεσι, μήτε μὴν δεχομένοις τὴν εἰς ἀέρα τοῦ παιδὸς ἁρπαγήν· ὃς τὴν τρισάγιον τοῦδε ᾄσμα-

mus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Deum. Dignus es tempore quovis celebrari faustis vocibus, Fili Dei vitæ dator: quapropter te mundus glorificat.

Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν διδούς· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει. *Lux hilaris sanctæ gloriæ, immortalis cœlestis sancti beati Patris, Jesu Christe. Cum ad solis occasum pervenerimus, lucem cernentes vespertinam, lauda-*

Digitized by Google

τος θείαν φωνὴν καὶ διδασκαλίαν ἄνωθεν ἰὼν τρανῶς διεσάφησεν· ἥνπερ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος παρεδέξατο, οὕτω παραδεδωκυῖα τὸν τρισάγιον ὕμνον ἐξᾴδεσθαι. Γέλως οὖν ὄντως καὶ παίγνιον, τὴν δι' ἀγγέλων καὶ αὐτῶν Σεραφὶμ ὑμνηθεῖσαν καὶ κηρυχθεῖσαν τρισάγιον ᾠδὴν, καὶ τῆς τρισυποστάτου μιᾶς θεότητος οὖσαν ἐμφαντικὴν, καὶ ὑπὸ συνόδου τοσούτων ἁγίων Πατέρων κυρωθεῖσάν τε καὶ βεβαιωθεῖσαν, τῇ τοῦ Κναφέως πρότερον καὶ Σευήρου οἰήσει ἐς ὕστερον καταπατηθῆναι, καὶ δῆθεν διορθωθῆναι, ὡς τὰ Χερουβὶμ ὑπερβάλλοντος. Ἀλλ' οἱ μὲν οὕτω φρονοῦντες Θεοπασχῖται ἐκλήθησαν, ἀρχηγοὺς τὸν Κναφέα Πέτρον, Σευῆρόν τε καὶ Ἰάκωβον ἐφεξῆς ἐσχηκότες, ὡς εἴρηται· οἳ δὴ καὶ τὴν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν ἐντεῦθεν πειρῶνται κρατύνειν, λέγοντες· Εἰ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ δοίημεν, συνέψονται πάντως ταύταις ἐξ ἀνάγκης δύο θελήματα· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ δύο ἐξ ἀνάγκης συνεισαχθήσονται πρόσωπα, καὶ δύο ἐνέργειαι ἐναντίαι ἀλλήλαις παντάπασιν.

A Severi sodalitate admodum aucta et frequentata, non ita multo post ab Ecclesia Dei abolita, prorsus evanuit. Quæ hunc usque apud solos Armenios retinetur, catholicis traditionibus parere nolentes, neque pueri illius in aerem raptum approbantes, qui ter sancti istius carminis divinam vocem et doctrinam e sublimi demissus aperte indicavit. Et hymnum eum Chalcedonensis sancta synodus recepit, sempliciterque ita canendum tradidit. Itaque risus plane et jocus fuerit, si ab angelis et Seraphim ipsis proditum atque decantatum carmen, atque a tot sanctis sacræ synodi Patribus comprobatum et confirmatum, quod unam in tribus subsistentiis divinitatem diserte deprædicat, B **881** Cnaphei primum, et Severi deinde opinione proculretur, atque eorum (si Deo placet) arbitrio, perinde atque Cherubim superarent, corrigatur. Sed enim qui hoc ita senserunt, Theopaschitæ vocati sunt, auctores primarios Cnapheum Petrum et Severum, quemadmodum dictum est, et deinde Jacobum, habentes. Atque ii sane exinde unam in Christo naturam astruere contendunt, ita dicentes : Si duas in Christo demus esse naturas, consequentur eas necessitate quadam omnino duæ etiam voluntates. Si vero hoc concessum fuerit, eadem necessitate duæ inducentur personæ, et duæ virtutes operatrices inter se contrariæ prorsus.

ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

Περὶ τῆς δόξης τῶν Ἀγνοητῶν.

Ὁ γε μὴν Ἰάκωβος, ἐξ οὗ καὶ ἡ τῶν Ἰακωβιτῶν αἵρεσις ἔτι καὶ νῦν περιᾴδεται, Σύρος μὲν ἦν τὸ γένος, ἄδοξος δὲ πάντῃ καὶ ἀφανέστατος· ὃς καὶ Τζάνζαλος οὕτωσὶ ἐπωνόμαστο διὰ τὴν ἄκραν, ὡς γε οἶμαι, εὐτέλειαν. Οὗτος τὸ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου, ἔτι δὲ τοῦ Κναφέως Πέτρου καὶ Σευήρου δόγμα διαδεξάμενος, εἰς μέγα ἐπιδοῦναι παρὰ Σύροις παρεσκευάσατο· μίαν οὖν ὑπόστασιν σύνθετον ἐκ δύο φύσεων τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ὁμολογούσης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἑκατέραν τούτων μετὰ τὴν ἕνωσιν σῶά τε τὰ τῶν φύσεων φυλάττουσαν ἰδιώματα· ὡς εἶναι τὴν τῶν φύσεων ἕνωσιν ἄφυρτον καὶ ἀσύγχυτον, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, διπλοῦν τὸν αὐτὸν ὄντα Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας θεϊκὰς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπικὰς ἔχοντα· ὁ Εὐτυχὴς δύο μὲν καὶ αὐτὸς πρὸ τῆς ἑνώσεως ἔλεγε φύσεις τὰς ὕστερον ἑνωθείσας· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν εἰς μίαν κραθῆναι ταύτας φύσιν, καὶ συγχυθῆναι καὶ φυρμὸν παθεῖν ἐδογμάτιζεν. Ὥστε καὶ τὴν θεότητα τὰ τῆς ἀνθρωπότητος πάσχειν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Διὸ καὶ τοὺς ταῦτα δογματίζοντας καὶ Μονοφυσίτας καὶ Θεοπασχίτας οἱ θεῖοι Πατέρες ἡμῶν κατωνόμασαν. Ταύτῃ τῇ δόξῃ ὅ τε Διόσκορος πατριάρχης Ἀλεξανδρείας, καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς καὶ ὁ Ἀκέφαλος Σευῆρος οἱ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχιερεῖς καὶ ἕτεροι καθυπήχθησαν. Τοῦ τοίνυν εἰρημένου Ἰακώβου τὴν τῶν Μονοφυσιτῶν δόξαν παρὰ Σύροις κηρύττοντος, σχίσμα μέγα ἐγγίνεται. Οἱ μὲν οὖν τῇ ὀρθῇ δόξῃ προσμείναντες Μελχῖται ἐκλήθησαν, ὡς τῇ ἁγίᾳ δ' συνόδῳ καὶ τῷ βασιλεῖ ἐξακολουθήσαντες· Μελχὶ γὰρ παρὰ Σύροις ὁ βασι-

CAPUT LII.

De opinione Agnoetarum.

Jacobus porro, a quo nunc quoque Jacobitarum hæresis denominata celebratur, Syrius genere fuit, C obscurus prorsus, et nulla gloria vir, qui etiam Zanzalus propter summam tenuitatem est cognominatus. Hic Eutychetis, et Dioscori Cnapheique, præterea Petri atque Severi dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit. Ecclesia sane Catholica Dominum nostrum Jesum Christum subsistentiam unam e duabus naturis consistentem, Deitatis, inquam, et humanitatis, profitetur, ita ut utraque harum post unionem proprietates suas salvas conservet, et duarum istarum naturarum unio mistionem et confusionem, mutationemque et alterationem nullam admittat; ipseque idem Deus sit et homo, et voluntates virtutesque operatrices duas, divinam videlicet simul et humanam, habeat. Eutyches autem duas quidem et ipse D ante unionem naturas dixit, deinde unitas. Post unionem autem in unam eas naturam abiisse, confusasque esse, et mistionem subiisse opinatus est, adeo ut et divinitas ea quæ humanitatis fuere passa sit, et contra. Proinde hæc ita opinantes Monophysitas et Theopaschitas divi Patres nostri cognominarunt. Et ipsa opinione Dioscorus Alexandriæ patriarcha, **882** et Petrus Cnapheus, Severusque Acephalus, episcopi Antiocheni, atque insuper alii transversim abducti sunt. Enimvero eo quem diximus Jacobo Monophysitarum opinionem apud Syros prædicante, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt, Melchitæ appellati sunt, quod sanctam quartam synodum, et imperatorem ipsum (Melchi enim Syris rex est)

Digitized by Google

consectarentur. Qui autem diversum senserunt, multa variaque habuere nomina. Jacobitæ tamen maxime sunt cognominati, propterea quod ei quem dixi Monophysitarum hæresis studioso Jacobo adhærerent. Qui etiam anathemati traditi sunt, ut Monophysitæ scilicet, et Theophaschitæ. Post vero aliud etiam hæresum examen ad se pertraxere, quæ Trinitatem consubstantialem credentes, unam naturam post unionem in Christo esse docuerunt, sacram quartam synodum repudiantes, ac deinceps omnes sanctos Patres rejicientes. Et quod maximum est, divinitati ipsius Unigeniti perpessionem tribuerunt, Ter sancto illi hymno appendicem hanc : « Qui crucifixus es pro nobis », adnectentes.

A λεύς ἐστιν· οἱ δὲ τἀναντία φρονήσαντες πολλοῖς καὶ διαφόροις ὀνόμασιν ἐπεκλήθησαν· τὰ μάλιστα δὲ Ἰακωβῖται προσηγορεύθησαν, ὡς τῷ εἰρημένῳ σπουδαστῇ τῆς τῶν Μονοφυσιτῶν αἱρέσεως; κατακολουθήσαντες Ἰακώβῳ· οἱ καὶ ἀναθέματι παραδέδονται, καὶ ὡς Μονοφυσῖται καὶ Θεοπασχῖται· ἐς ὕστερον δὲ καὶ ἄλλον ἐσμὸν αἱρέσεων περιβεβλημένοι, οἱ Τριάδα πιστεύοντες ὁμοούσιον, μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζουσι, τὴν ἁγίαν δ' σύνοδον ἀθετοῦντες καὶ τοὺς καθεξῆς ἅπαντας ἁγίους Πατέρας ἀποβαλλόμενοι· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, καὶ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς πάθος προσάπτουσι, τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς προστιθέντες.

CAPUT LIII.

De hæresi Theopaschitarum.

Talis Jacobitarum hæresis radix exstitit. Jacobus autem Armeniorum quoque sectæ dux fuit. Ea sane hæresis multiplex est, et ut quispiam dicat, hæresum omnium confluens sentina. Nam illi cum Ario aberrant in eo, quod Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, habentem carnem anima carentem, assumpsisse dicunt. Cum Apollinari autem, quod corpus Domini mentem non habere, eidemque divinam naturam sufficere, mentisque vim operatricem perficere dicunt. Atque hæreticis multis laudatis, depravatas ipsorum opiniones sibi ipsis arrogant. Magistri horum illi quos diximus fuere : et Echanius insuper Mantacunes. Et quandoque illi Deum Verbum, incorruptibile, et increatum, et cœleste, et a perpessione alienum atque subtile, nobisque non consubstantiale corpus recepisse, atque ea quæ carnis sunt, nobis in speciem tantum spectri more exhibuisse, exsecutumque esse opinantur. Quandoque autem carnem ejus in naturam Deitatis conversam, eidemque consubstantialem factam esse dicunt. **883** Multoties vero etiam Deum Verbum humanum ex Virgine corpus assumpsisse negant, sed ipsum immutabili modo mutatum, et carnem factum, transitum tantum per Virginem fecisse : et cruci divinitatem, quæ circumscribi et definiri nequeat, Unigeniti affixam, eamdemque sepulcro traditam asseverant. Atque fidem etiam nativitati Christi secundum carnem derogantes, et eam in speciem tantum, phantasmatis instar, factam esse dicentes. Et non sicuti nos, per intervalla, particulatim, sed ad quindecimum Januarii mensis diem jejunii tempus extendentes. Annuntiationem simul et nativitatem, et baptismum Christi celebrant. Quin multa etiam divini Evangelii dicta, suam ipsi opinionem astruere conantes, tollunt atque inducunt : ac veluti Monophysitarum, et Theopaschitarum, et Aphthartodocetarum, et Monotheletarum hæresim hæreditate creverint, Cnaphei Petri accessionem Tersancto hymno annexam valde complectuntur. Ecclesiam catholicam jam inde ab initio hymnum eum ita decantasse, post

B

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

Περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν Θεοπασχιτῶν.

Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ ῥίζα τῶν Ἰακωβιτῶν· ὃς δὴ καὶ τῆς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως καθηγήσατο. Ἡ δὴ αἵρεσις πολυσχιδής τέ ἐστι, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι μισγάγγεια πάσης αἱρέσεως. Καὶ γὰρ Ἀρείῳ συμφύρονται, οἷς φασι τρεπτὴν ἔχειν φύσιν τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ σάρκα ἀνειληφέναι ἄψυχον· Ἀπολλιναρίῳ δὲ, ὅτιπερ καὶ ἄνουν σῶμα τὸ τοῦ Κυρίου δοξάζουσιν· ἀρκέσαι γάρ φασι τὴν θείαν φύσιν τελέσαι τοῦ νοῦ τὴν ἐνέργειαν. Καὶ πολλοὺς τῶν αἱρετικῶν ἐπαινέσαντες, τὰς κιβδήλους δόξας αὐτῶν ᾠκειώσαντο. Διδάσκαλοι δὲ σφῶν οἱ προειρημένοι ἐγένοντο, καὶ Ἐχάνιος ὁ Μανταχούνης. Καὶ πῇ μὲν ἄφθαρτον καὶ ἄκτιστον καὶ οὐράνιον καὶ ἀπαθὲς καὶ λεπτὸν σῶμα ἀναλαβεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ μὴ ἡμῖν ὁμοούσιον δογματίζουσι, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς κατὰ φαντασίαν ἡμῖν ἐνεργεῖν· πῇ δὲ ὡς ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἰς φύσιν μετεβλήθη θεότητος, καὶ ὁμοούσιος αὐτῇ γέγονεν· ἐν πολλοῖς δὲ μηδὲ τὸν Θεὸν Λόγον ἀνθρώπειον ἐκ τῆς Παρθένου σῶμα ἀναλαβεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ἀτρέπτως τραπέντα καὶ σάρκα γενόμενον, τὴν πάροδον μόνην διὰ τῆς Παρθένου ποιήσασθαι, καὶ προσπαγῆναι σταυρῷ τὴν ἀπερίγραπτον καὶ ἀπεριόριστον θεότητα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ταύτην τάφῳ παραδοθῆναι. Ἀθετοῦντες δὲ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς φαντασιωδῶς γεγενῆσθαι λέγοντες, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀνὰ μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν ιε' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς παρατείνοντες τὴν νηστείαν, τὸν εὐαγγελισμὸν ὁμοῦ καὶ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἑορτάζουσι. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν τοῦ θείου Εὐαγγελίου ῥητῶν διαγράφουσι, τὴν σφετέραν δόξαν πειρώμενοι συνιστᾷν· κληρούμενοι δὲ καὶ τὴν τῶν Μονοφυσιτῶν καὶ Θεοπασχιτῶν καὶ Ἀφθαρτοδοκητῶν καὶ Μονοθελητῶν αἵρεσιν, τὴν τοῦ Κναφέως Πέτρου προσθήκην τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ λίαν ἀσπάζονται· λέγοντες, ὡς ἄνωθεν ἡ καθόλου Ἐκκλησία οὕτω τὸν τρισάγιον ὕμνον ἐκήρυττεν· μετὰ δὲ τὴν τοῦ παιδὸς ἁρπαγὴν οὕτως ἐνομοθέτησεν. Ἦν ἁρπαγὴν καὶ ὡς ψευδῆ ὅθεν παντάπασι διαγράφουσι· μηδὲ γὰρ τῇ τρισυποστάτῳ θεότητι, ὡς οἱ θεῖοι Πατέρες διδάσκουσι ταύτην προσάγεσθαι φάσκουσιν, ἀλλὰ τῷ μονογενεῖ Λόγῳ Χριστῷ. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ ἄζυμον οὐκ ἄρτον ἐν ταῖς ἱεραῖς

Digitized by Google

ἀγιστείαις προσφέρουσι, καὶ οἶνον ἀκέραστον ὕδατι· μίαν διὰ τούτου φύσιν ἐν τῷ Χριστῷ καταγγέλλοντες, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς κιρνῶσι, τὴν ἕνωσιν τῶν δύο φύσεων ὑπεμφαίνοντες. Ἀλλ' οἱ θεοβλαβεῖς καὶ τὸ Πάσχα Ἰουδαϊκῶς τελοῦσι, βόας καὶ πρόβατα κατὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν λατρείαν θύοντες· καὶ τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ τὰς τῶν οἰκιῶν φλιὰς χρίουσι· μὴ τοῦ δεσποτικοῦ μεταλαμβάνοντες σώματός τε καὶ αἵματος, ἀλλὰ τὸν ἀμνὸν Ἰουδαϊκῶς θύοντες, καὶ ὀπτῶντες πυρὶ, τούτου μετέχουσι. Καὶ τὸν σταυρὸν οὐ πρότερον τιμῶσιν εἰ μὴ βαπτίσουσιν ὥσπερ ἄνθρωπον, καὶ περὶ τὸ μέσον αὐτοῦ ἧλον ἐμπήξουσι, καὶ χρίσουσιν αὐτὸν τῷ ἐκ τῆς θυσίας αἵματι. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν εἰς ὄνομα τοῦ Χριστοῦ δεικνύντες ὡς ὁ εἷς τῆς Τριάδος ἐσταύρωται· μὴ συνιέντες ὡς συσταυροῦσιν οὕτω καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς θεότητος φύσιν, μίαν οὖσαν καὶ τὴν αὐτήν. Καὶ τρεῖς δὲ σταυροὺς συνάψαντες, ἁγίαν Τριάδα κατονομάζουσι· διὰ τούτων τάχα ἐμφαίνοντες, τὴν ἁγίαν Τριάδα συσταυρωθῆναι. Καὶ εἰκόνας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰκονίζουσιν· ὅπερ ἄτοπον· αἱ γὰρ εἰκόνες ὁρατῶν καὶ περιγράπτων σωμάτων εἰσὶν, οὐ μὴν τῶν ἀκατανοήτων καὶ ἀοράτων. Τὰς δὲ ἱερὰς εἰκόνας δῆθεν τιμῶσι μὲν, οὐχ ἁσπάζονται δέ· τῷ δὲ δακτύλῳ μόνῳ προσψαύοντες, τοῦτον ἁσπάζονται. Τὴν δὲ παρ' ἡμῶν κοινωνίαν οὐδὲν ἡγηνται· καὶ τὴν προσφορὰν ἐλαίῳ ἀναμάττουσι καὶ ἀλείφουσι. Λέγονται δὲ καὶ ἐκθέσεις ἔχειν διαφόρων λειτουργιῶν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν καὶ συνήθειαν. Τὸ δὲ Μονοφυσῖται εἶναι λίαν δεικνύντες, ἑνὶ δακτύλῳ καὶ ἐξ ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ σφραγίζουσιν ἑαυτούς· καὶ τὸν θεῖον σταυρὸν τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ ὑπὸ γῆν κατακρύπτουσιν ἄχρι τῆς μεγάλης Κυριακῆς· τότε δ' ἅμα φωτὶ τὰς ῥύμας περιιόντες καὶ τὰς γωνίας, καὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν ζητοῦντες καὶ ἀνευρίσκοντες, ὡσανεὶ φανεροῦσι. Χρόνῳ δὲ προϊόντι, καὶ ἄλλας ἀδιαφορίας συνεπεσπάσαντο, ἰδίας νηστείας ποιοῦντες. Καὶ ἐν τοῖς Σάββασι καὶ ταῖς Κυριακαῖς τῆς ἁγίας μεγάλης Τεσσαρακοστῆς γάλα καὶ τυρὸν καὶ ὠὰ ἐσθίουσι, καὶ δι' ἀζύμων τὴν θυσίαν ποιοῦσι· καὶ τὴν τοῦ Ἀρτζιβούρου λεγομένην νηστείαν μικρὸν πρὸ τῆς ἀπόκρεω συνεστήσαντο.

A pueri autem illius raptum, ut is aliter caneretur, constitutum esse dicentes. Quem quidem raptum, tanquam falsum scilicet omnino, negant. Neque trium subsistentiarum Deitati, sicuti divi Patres docent, sed unigenito verbo Christo carmen ejusmodi concini dicunt. Iidem ipsi re divina facienda azymo non pane utuntur (1), et ad eam vinum aqua non temperatum adhibent: unam ea re in Christo naturam designantes, neque sicuti nos, calicem miscent, per quam mistionem duarum naturarum unionem declaramus. At erga Deum impii illi Pascha quoque Judaico more celebrant, boves et oves, juxta ritum Judaicum, immolantes, et sanguine agni ædium postes inungunt. Non illi corpus et sanguinem Domini percipientes, sed agnum Judaice sacrificantes, atque igni torrentes, de eo participant. Crucem non prius honore debito prosequuntur, quam perinde atque hominem baptizaverint, atque in media ipsa cruce clavum figunt (2), eumque sanguine victimæ ungunt. Hoc vero faciunt in Christi nomen, unam sanctæ Trinitatis personam crucifixam esse ostendentes: nec interim intelligentes, quod eo modo simul etiam Patris et Deitatis naturam concrucifigunt, quæ una est et eadem. **884** Tres vero cruces connectentes, sanctam Trinitatem cognominant: eo pacto forte insinuantes, sanctam Trinitatem simul crucifixam esse. Imagines etiam Patris et Spiritus sancti effigiant, quod perquam est absurdum. Imagines enim corporum eorum sunt, quæ videri et circumscribi possunt, non eorum quæ invisibilia sunt, et intelligentia comprehendi nequeunt. Imagines sacras honorant illi quidem, sed non osculantur. Ac digito tantum eas contingentes, huic osculum figunt. Communionem nostram nihil esse dicunt. Et oblationem oleo subigunt, et ungunt. Dicuntur vero constitutiones habere multifariam divinorum officiorum, præter Ecclesiæ traditionem et consuetudinem. Atque ut Monophysitas se esse satis ostendant, digito uno a læva dextram versus seipsos cruce consignant. Et crucem sanctam magno Parasceves die sub terra abscondunt, usque ad magnum Dominicum diem. Tum vero cum lumine per plateas et angulos circumeuntes, hinc et inde eam quærunt, et inventam proferunt. Tempore autem procedente alias etiam ἀδιαφορίας, hoc est, ritus et cæremonias, quæ pietate salva vel observari vel omitti possunt, complexi sunt, peculiaria jejunia instituentes, et Sabbatis atque diebus Dominicis magnæ sanctæ Quadragesimæ lac, caseum et ova comedentes, et per panem azymum sacrificium peragentes: atque id quod Arziburi dicitur jejunium, paulo ante eum diem, quo carnium esus interdicitur, servantes.

ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'.

Περὶ Ἰακώβου τοῦ Σύρου καὶ τῶν Ἰακωβιτῶν.

Μάλιστα δὲ ταῦτα τελοῦσιν οἱ παρ' αὐτοῖς λεγόμενοι Χατζιντζάριοι· σχίσμα οὐκ ἐλάχιστον ὄντες τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος, εἰσὶ σταυρολάτραι· Χάτζους γὰρ ὁ σταυρὸς παρ' αὐτοῖς· τὸν γὰρ στα-

CAPUT LIV.

De Jacobo Syro, et Jacobitis.

Maxime autem hæc retinent, qui apud eos Chazinzarii nominantur. Factio autem non minima hæc dogmatis eorum est, Staurolatræ scilicet. Chazus namque crux ab eis dicitur, propterea

(1) Hoc ex Græcorum et Orientalis Ecclesiæ ritu et sententia dictum. Quid sibi velit in incruento sacrificio, vini et aquæ mistio.

(2) Clavum videlicet figentes in cruce in nomine S. Trinitatis baptizata.

Digitized by Google

quod crucem tantum adorare et colere dicantur. Qui sane per omnia illis consentientes, re ejuscemodi maxime a sectis talibus, et Jacobitis in primis, dissentire videntur. Quin et isti non unam confuse naturam, sicut illi, in Christo esse opinantur, sed duas : quemadmodum et nos. Cæterum aliam peregrinam impietatem perperam inducunt, quia duas personas in uno Christo esse **885** fabulantium more nugantur : juxta Anthropolatram, id est, hominem adorantem Nestorium ; ita ut passionis tempore alteram personam in cruce passam, alteram autem ab ea segregatam seorsim stetisse, passionisque spectatricem fuisse dicant. Insuper alia quoque generis ejusdem, impietate omni referta deblaterant. Atque illi quidem nunc ex traditione, quæ ratione nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum legislatores et doctores, magnæ Armeniæ Gregorium illum antistitem, ritus ejuscemodi eis per manus tradidisse, calumniose jactant : maxime vero oblationem azymam, et absque aqua poculum, propterea quod in mystica illa cœna azymum etiam sacrificium et vinum solum fuerit. Quarum rerum nullam apostolica Ecclesia admittit, veterem traditionem legitime servans. Porro de jejunio Arziburi interrogati, quandoque propter Adami proscriptionem eam se servare, quandoque propter Ninivitas, dicunt. Nonnunquam vero eam esse referunt, qua olim se Armenii a cibis abstinuerunt, cum baptizari a sancto Gregorio debuerunt. Aliquando etiam celebrari id asserunt, propter Sergium quemdam, qui olim apud eos martyrio sit defunctus : veram ejus originem et causam commemorare detrectantes, quæ ejusmodi est. Sergius quidam apud eos doctor canem habuit, quo ille a dæmone agitato, plurimum adventus sui designatore atque indice usus est. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem significat. Cum ergo in oppidis et vicis habitantes discipuli et sectatores ejus canem præcedentem viderent, obviam illi magistro suo ibant, eumdemque præeuntes producebant. Evenit autem, ut canem lupus devorarit. Et Sergius post cum diem, quo canem præmiserat, ad eos quo ille missus fuerat, profectus est, et cum, qui ei obviam prodiret, inveniret neminem, graviter eam rem tulit. At postquam certior factus est, a lupo canem devoratum esse, Armeniis mandavit, ut quotannis, diebus statis, ob canis ejus obitum jejunarent, lugerent, atque mœrerent : quod videlicet tantum bonum e medio sublatum esset. Nomenque canis jejunio ei, Arziburum cognominantes, imposuerunt. Sed hactenus de Monophysitis, et Tritheitis, et Agnoetis, et Theopaschitis, atque Aphthartodocetis, de quibus proximo libro fusius scripsimus, atque item de Jacobitis, Armeniis, et Chazizariis, et aliis, **886** quorum multi superioribus temporibus duces fuere et doctores, Nestorii quidam, Eutychetes, Dioscori,

ρὸν μόνον, ὡς φασι, καὶ προσκυνοῦσι καὶ σέβονται. Οἳ δὴ καθάπαν αὐτοῖς συμφερόμενοι, τούτοις μάλιστα διαφέρειν δοκοῦσι, καὶ μᾶλλον Ἰακωβίταις. Οὐ γὰρ μίαν καὶ οὗτοι φύσιν συγχυτικῶς ὡς ἐκεῖνοι ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζουσιν, ἀλλὰ δύο, καθάπερ ἡμεῖς. Ἄλλην δὲ ξένην ἀσέβειαν παρεισάγουσι, δύο πρόσωπα μυθολογοῦντες ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, κατὰ τὸν ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον· ὡς καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἕτερον πρόσωπον μὲν εἶναι τὸ πάσχον ἐπὶ σταυροῦ, ἕτερον δὲ τὸ ἔξωθεν κεχωρισμένως ἱστάμενον καὶ τὸ πάθος ὁρῶν. Καὶ ἄλλα τοιαῦτα ληροῦσι πάσης δυσσεβείας ἀνάμεστα. Καὶ οἱ μὲν νῦν ἐξ ἀλόγου παραδόσεως τὰ τοιαῦτα ποιοῦσιν· οἱ δὲ ἀρχαῖοι αὐτῶν νομοθέται καὶ καθηγηταὶ τὸν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας συκοφαντοῦσι Γρηγόριον τὰ τοιαῦτα παραδεδωκέναι αὐτοῖς· καὶ μάλιστα τὴν ἄζυμον προσφορὰν καὶ τὸ χωρὶς οἴνου ποτήριον· διὰ τὸ καὶ ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ ἄζυμον τὴν θυσίαν εἶναι, καὶ οἶνον μεμονωμένον· ὧν οὐδὲν ἡ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία προσίεται, τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ἐνθέσμως φυλάττουσα. Ἐρωτώμενοι δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἀρτζιβούρου νηστείας, λέγουσι ποτὲ μὲν διὰ τὴν Ἀδὰμ ἐξορίαν ταύτην νηστεύειν· ποτὲ μὲν διὰ τοὺς Νινευΐτας φασί· ποτὲ δὲ ταύτην εἶναι, ἣν πάλαι ποτ' ἐνήστευσαν οἱ Ἀρμένιοι, μέλλοντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου βαπτίζεσθαι· ἄλλοτε δὲ διά τινα Σέργιον πάλαι ποτὲ ἐν αὐτοῖς μαρτυρήσαντα τὴν ἀληθῆ αἰτίαν ἐκκλίνοντες, ἥτις ἐστὶν αὕτη. Σέργιός τις καθηγητὴς παρ' αὐτοῖς κύνα τινὰ ἐπεφέρετο· ᾧ ὑπὸ δαίμονος ἐνεργουμένῳ τὰ πολλὰ ὁ Σέργιος τῆς αὐτοῦ παρουσίας μηνυτῇ ἐχρῆτο· ὃν Ἀρτζιβούρτζην ἐκάλει· τὸν μανδάτορα δὲ παρὰ Ἀρμενίοις ἡ λέξις δηλοῖ. Ὀπηνίκα τοίνυν οἱ ἐν πολιχνίοις καὶ κώμαις οἰκοῦντες αὐτοῦ μαθηταὶ τὸν κύνα προϊόντα ἐώρων, εἰς ἀπάντησιν τοῦ σφῶν διδασκάλου ἐξῄεσαν, προϋπαντῶντες αὐτόν· συμβὰν δὲ τὸν κύνα λύκῳ βρωθῆναι, ὁ Σέργιος βαδίσας μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν καθ' ἣν τὸν κύνα προὔπεμψε πρὸς οὓς ἀπεστάλη, καὶ μὴ εὑρὼν ὑπαντήσαντας, βαρέως τὸ συμβὰν ἤνεγκεν. Ἐπεὶ δ' ἐς ὕστερον μάθοι ὡς λυκόβρωτος ὁ κύων ἐγένετο; διετάξατο Ἀρμενίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐν ὡρισμέναις ἡμέραις νηστεύειν ὑπὲρ τῆς τοῦ κυνὸς αὐτοῦ τελευτῆς· καὶ κατηφιᾷν, καὶ σκυθρωπάζειν, ὅτι τὸ τοσοῦτον ἀγαθὸν ἐκ μέσου ἐγένετο. Καὶ τὸ τοῦ κυνὸς ὄνομα τῇ νηστείᾳ ἐκείνῃ ἐπέθεντο, Ἀρτζιβούρτζην κατονομάσαντες. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν τὰ τῶν Μονοφυσιτῶν καὶ Τριθειτῶν καὶ Ἀγνοητῶν καὶ Θεοπασχιτῶν, καὶ Ἀφθαρτοδοκητῶν, περὶ ὧν πλατύτερον ἐν τῇ πρὸ ταύτης διελάβομεν ἱστορίᾳ· ἔτι δὲ περί τε Ἰακωβιτῶν, Ἀρμενίων καὶ Χατζιτζαρίων καὶ ἑτέρων· ὧν πολλοὶ μὲν ἀρχηγοὶ καὶ καθηγηταὶ διαγεγόνασιν ἄνωθεν· Νεστόριοί τινες καὶ Εὐτυχεῖς καὶ Διόσκοροι, Κναφεῖς τε καὶ Σευῆροι, καὶ Θεοδόσιοι, Ἰουλιανοί τε Ἀλικαρνασσεῖς καὶ Γαϊνοί, καὶ ἄλλος τοιοῦτος χορὸς δυστυχῶν· ὧν δυσσεβῶν δογμάτων καὶ σπουδαστὴς καὶ ἐφευρετὴς ὁ προρρηθεὶς Ἰάκωβος γέγονεν. Ἐξ οὗ καὶ Ἰακωβῖται τὸ πλεῖστον Σύρων ἔθνος ἄχρι καὶ ἐς δεῦρο κατωνομάσθησαν.

Digitized by Google

οὗ τῆς νόσου ἐπιμάλλον μετέσχε καὶ Σέργιος ὁ πρὸ βραχέος τὸν τῆς Κωνσταντίνου ἀρχιερατικοὺς ἐγχειρισθεὶς οἴακας· ἀφ' οὗπερ ἡ τῶν Μονοθελητῶν αἵρεσις εἰς πλάτος πεπαρρήσιασται. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας ἤδη πορεύομαι, τέλος καὶ τῇ παρούσῃ μοι ιη' τῶν ἱστοριῶν ἐπιθήσων.

A Chaphei, Severi, Theodosii, Juliani Halicarnassei, Gaini, et alius ejusmodi infelicium mortalium chorus. Quorum impiorum dogmatum sectator atque restaurator, quem diximus, Jacobus fuit : a quo maxima ex parte Syrorum gens ad hodiernum usque diem Jacobitæ sunt denominati. Sed enim ejus morbi contagione Sergius etiam, qui non ita pridem archiepiscopatus Constantinopolitani gubernacula susceperat, maxime infectus est, per quem Monothelitarum hæresis admodum est propagata. De his satis : nam ad historiam continuandam revertor, finem quoque decimo octavo hic historiarum libro impositurus.

ΚΕΦΑΛ. ΝΕ'.

Περὶ τῆς μυσαρᾶς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως.

Ἐπεὶ γὰρ στερρῶς δῆθεν ὁ Φωκᾶς τῇ ἀρχῇ ἐπηρείσθη, τὴν μὲν θυγατέρα Δομνεντίαν τῷ στρατηλάτῃ Πρίσκῳ εἰς κοινωνίαν γάμου συζεύγνυσιν· ἔκτινος δ' ἐπισυμβάσης αἰτίας ἐν ὑποψίᾳ σχὼν ἐν κινδύνῳ εἶναι αὐτῷ τὸ βιώσιμον, μισῶν τε ὁμοῦ τὸν τύραννον τῆς ὠμότητος, πάντα κάλων ἐκίνει παραλῦσαι αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. Ἐκτόπως δὲ καὶ τῷ πλήθει διὰ μίσους ἐτύγχανεν ὁ κρατῶν· ἅτε δὴ μέθῃ ἀνεὶς ἑαυτὸν καὶ ὠμότητι, καὶ ἀνθρώπων αἵμασι χαίρων διηνεκῶς· ὡς ἐκ μέσου θεῖναι καὶ σύμπαν διανοούμενος, ᾧ εὐγενείας ἢ δόξης ἢ φρονήσεως τεκμήριόν τι ἐνῆν. Ναρσῆν δὲ τὸν ἄριστον στρατηγὸν καὶ ὑπέκκαυμα ἐποίει πυρός. Καὶ τοίνυν Πρίσκος ὁ κηδεστής καὶ ὅσοι τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐνομίζοντο, ἐς ταυτὸ συνιόντες ἐν ἀπορρήτῳ Ἡρακλείῳ τῷ πατρὶ Ἡρακλείου τοῦ μετὰ Φωκᾶν περιβαλομένου τὴν ἀλουργίδα, ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἀφρικῇ καὶ Λιβύῃ σὺν δυνάμει πολλῇ τὰ ἐκεῖσε διέποντι, γράφουσιν ὥστ' ἐπιχειρεῖν πάντα τρόπον τῆς ἀνοσίου τυραννίδος τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπαλλάττειν φῦλον, καὶ μὴ οὕτως ὀλλύμενον διορᾷν. Ἦν δὲ τῷ εἰρημένῳ στρατηγῷ Ἡρακλείῳ ὑποστράτηγος Γρηγορᾶς. Ἀμφω τοίνυν συμπνεύσαντες τοὺς υἱεῖς ἑκάτερος καὶ πεζῇ στρατιᾷ καὶ νηΐτῃ στρατῷ, σὺν τῷ ὑπὸ σφίσι γενναίῳ στρατεύματι, κατὰ τοῦ τυράννου ἀνίστανται. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Ἡρακλείου παῖς Ἡράκλειος τοῦ κατὰ θάλατταν ἡγεῖτο στρατοῦ· Νικήτας δ' ὁ τοῦ Γρηγορᾶ, τῆς πεζικῆς ἐξῆρχε δυνάμεως. Ὁ μὲν οὖν Ἡράκλειος ἐπιφόρων πνευμάτων τυχὼν, διαπλῶσας φθάσας, τῷ τῶν Σοφιῶν λιμένι κατήγετο, σχολαιότερον τοῦ Γρηγορᾶ ὑστερήσαντος. Καὶ δὴ μάχης μετὰ τῶν τῷ Φωκᾷ συμμαχούντων συγκροτηθείσης, κατακράτος τὴν νίκην Ἡράκλειος περιβάλλεται. Θυμομαχῶν γὰρ ἦν, διακούσας ὡς ἡ γαμετὴ αὐτοῦ ἐξ Ἄφρων κατάγουσα τὴν σειρὰν, περιώριστο. Οὐκ ἐλάχιστα μέντοι καὶ διαχειρίζων τιμήν.

B confirmasset, filiam Domnentiam Prisco duci matrimonio junxit. Is certis de causis suspicione concepta de vita se periclitari, tyranno ob crudelitatem infensus, omnem funem, ut illum imperio dejiceret, movit. Mirum vero quanto etiam in illum odio multitudo flagrarit : adeo ebrietati et sævitiæ deditum, ut effuso hominum sanguine continue gauderet, et tollere e medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis aut gloriæ aut prudentiæ indicium aliquod inesset. Narsen equidem, ducem optimum, igni combussit. Igitur Priscus gener ejus, et quicunque senatorii ordinis erant, consilio inito, secreto Heraclio (1), Heraclii qui post Phocam imperavit, patri, in Occidentali Africa et Libya cum militaribus copiis multis C rempublicam administranti scribunt, ut modis omnibus populum Romanum impia tyrannide liberare contenderet, neque illum ita pereuntem in conspectu suo negligeret. Erat dicto duci Heraclio legatus Gregoras. Hi consilio inter se communicato, filium uterque suum cum fortissimis copiis pedestri navalique apparatu adversus tyrannum misit. Heraclius Heraclii filius classi præfuit : Nicetas Gregoræ filius **887** pedestres ordines duxit. Enimvero Heraclius, secundis ventis cursu confecto, in portum Sophiarum (2) illatus est, Niceta deinde terrestri itinere lentius subsecuto. Atque Heraclius cum Phocæ copiis prælio commisso, fortiter victoriam ex eo prœlio reportavit, maximo animo certamen id ingressus, quod D audivisset, uxorem suam genus ex Africa ducentem circumscriptam esse. Non parum certe et Crispus hunc adjuvit, præfecti dignitatem obtinens.

Κρίσπος τούτῳ κρύφα συνήρατο, τὴν τοῦ ἐπάρχου

CAPUT LV.

De abominanda Armeniorum hæresi.

Cum Phocas imperium suum, sicut ei videbatur,

ΚΕΦΑΛ. ΝϚ'.

Περὶ τοῦ παρ' αὐτοῖς σχίσματος τῶν Χατζιτζαρίων.

Τούτων οὕτω γινομένων, καὶ πολλοῦ ταράχου τὴν πόλιν διειληφότος, τῶν τις ἐπιφανῶν καὶ γένει διάσημος, Φωτεινὸς ὄνομα, Φωκᾷ τὰ μάλιστα χαλεπαίνων, οὗ τὴν γαμετὴν ἐβιάσατο, σὺν πλήθει πολλῷ τὰ βασίλεια εἰσῆρεμῶν, τοῦ θρόνου τὸν τύραννον

CAPUT LVI.

De schismate Chatzitzariorum apud eosdem.

Rebus hisce ita actis, tumultus ingens urbem invasit, et ex illustribus et præclaris viris Photinus Phocæ quam maxime infestus (nam uxorem ejus ille constuprarat) cum multitudine magna imperialem regiam ingressus, tyrannum throno

(1) Al. *Heracleonem* vocant.

(2) Ad portum Sophiæ (Diac.)

Digitized by Google

suo detraxit, eique amicis ministrisque ejus huc atque illuc dilapsis, purpuream vestem ademit, et pullam injecit, ac mox vinctum ad Heraclium adduxit. Ille porro cum perlibenter eum vidit, tum conviciis plurimis conjectis, calcibus ei insultavit. Et statim tyranno manus et pedes resecari, deinde petulantem ejus luxuriam veluti publico monimento traducens, propterea quod conjugibus multis vim intulisset, pudibunda excindi, postremoque omnium caput amputari jussit (1). Corpus infelicis ejus hominis in bovem æneum, qui Pergamo allatus fuerat, conjectum, atque in cineres, pro eo atque par erat, redactum est: genere ejus reliquo una cum illo exstincto. Hic tyrannidis malorum Phocæ pessimo finis fuit qui annis octo Romanorum imperio insultavit. Res ecclesiasticæ sub hujus imperii administratione haudquaquam rebus novis expetitæ sunt, rebus profanis in Oriente simul et Occidente ærumnarum calamitatibus omni ex parte turbatis atque confusis. Eo tempore Romanam Ecclesiam post Gregorium Magnum (2) gubernavit Innocentius. In urbe imperante, post Thomam, ecclesiasticum clavum obtinuit Sergius. In Alexandrina sede, post Eulogium, qui ei annos viginti quinque præfuit, Theodorus Scribo biennio episcopalem obiit functionem. Cui Joannes Misericors Cyprius cum laude successit. **888** At Antiochiæ post Anastasium Anastasius alter episcopatum gessit. Hierosolymis autem Joannis successor fuit Neamus. Hujus autem Isaac. Deinceps vero ante captam direptamque eam urbem Zacharias sacrum ibi antistes administravit munus. Porro decimus octavus iste historiæ liber triginta duorum annorum tempus continet: cum ab orbe condito sexies (3) millesimus centesimus et tricesimus; a divina autem Domini nativitate (4) sexingentesimus et vicesimus quintus ageretur annus (5).

A κατασπᾷ. Οἱ δὲ περὶ αὐτὸν δείσαντες, ἄλλος ἀλλαχοῦ διεδίδρασκον· καὶ τὴν πορφυρίδα τοῦτον ἀποδύσας, καὶ στολὴν ἀμφιασάμενος μέλανα, δέσμιον τῷ Ἡρακλείῳ παρίστησιν. Ὁ δὲ γηθοσύνως μάλα τοῦτον ἰδὼν, καὶ σκώψας πλεῖστα, λὰξ τούτῳ ἐνέθορε. Καὶ αὐτίκα, χεῖρας μὲν καὶ πόδας ἀθρόον ἐκκόπτεται· ἔπειτα καὶ τὸ ἀσελγὲς στηλιτεύων ἐκείνῳ, πολλῶν αἰσχύναντι γαμετὰς, τοῖς αἰδοίοις ἐπῆγε τομήν· τέλος δὲ δύστηνον ἐκείνου σῶμα κατὰ τὸν χαλκοῦν βοῦν, ὃς ἐκ Περγάμου ἀνεκομίσθη, ἐμβάλλεται· καὶ εἰς τέφραν ὥς γε ἦν εἰκὸς διαλύεται, καὶ τοῦ λοιποῦ γένους αὐτῷ συναφανισθέντος. Τοιοῦτον μὲν δὴ τῷ κακῶν κακίστῳ Φωκᾷ τῆς τυραννίδος ἐγένετο τέλος, ἔτη ὀκτὼ τῆς Ῥωμαίων κατορχησαμένῳ ἀρχῆς. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἐν B ταῖς ἡμέραις τούτου οὐδαμῶς ἐνεωτερίσθη, τῶν κοσμικῶν ἅρδην, τῶν τε ἑῴων καὶ ἑσπερίων ταῖς τῶν δεινῶν συγκεχυμένων ἐπιφοραῖς. Τηνικαῦτα δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγεῖτο μετὰ Γρηγόριον Ἰννοκέντιος· τῆς δὲ τῶν πόλεων βασιλίδος μετὰ Θωμᾶν Σέργιος τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἡνίας διεῖπεν. Ἐπὶ δὲ τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου θρόνον, μετὰ Εὐλόγιον ἔτη ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἱερασάμενον, Θεόδωρος ὁ Σκρίβων ἔτη δύο ἱέρωται, ὃν ὁ ἐκ Κύπρου Ἰωάννης ὁ ἐλεήμων λαμπρῶς διεδέχετο. Μετὰ δὲ Ἀναστάσιον τὴν τῆς Ἀντιόχου ἐκληροῦτο ἱερωσύνην ὁ ἕτερος Ἀναστάσιος. Ἀνὰ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα διάδοχος Ἰωάννου Νεαμὼς ἦν· μεθ' ὃν Ἰσαάκ. Ἔπειτα δὲ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας Ζαχαρίας καθίστατο. Περιέ- C χει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ὀκτωκαιδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν δύο πρὸς τριάκοντα· ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ,ς ἑκατοστὸν καὶ τριακοστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως ἑξακοσιοστὸν καὶ πέμπτον πρὸς τῷ εἰκοστῷ ἐπεραίνετο.

(1) Unum in hoc homine laudes quod Romanum pontificem principem omnium jure declararit. (Egnat.)

(2) Alii post Gregorium Rom. pontif. qui in Divos relatus est, ponunt Sabinianum, qui Ecclesiæ Romanæ præfuit anno 1, mensibus 5, diebus 9. Post hunc rursum Bonifacium tertium. Ad cujus petitionem Phocas antistitem Rom. principem episcoporum omnium dixit. (Blond. lib. IX.)

(3) Secundum neotericos Chronologos 4688.

(4) 610.

(5) Sub Phoca Chosroes Persa multas in Oriente urbes et regiones occupavit, urbem sanctam diripuit, et crucem Servatoris nostri inde secum abstulit. Sub eodem ab imperio desciverunt Langobardi, Hispani, Galli, Germani, etc.

EXPLICIT NICEPHORI CALLISTI XANTHOPULI HISTORIA ECCLESIASTICA.

Digitized by Google

IN SEQUENTEM

NICEPHORI CALLISTI XANTHOPULI

PATRIARCHARUM CONSTANTINOPOLITANORUM

CATALOGUM

ANSELMI BANDURII MONITUM

(*Imperium Orientale*, tom. I, Præf. et p. 190.)

—

Catalogus patriarcharum CP., a Nicephoro Callisti conscriptus, nunc primum in lucem prodit a nobis Latine versus, et notis chronologicis ac historicis illustratus. Exstat autem in codice ms. bibliothecæ Regiæ n. 3502, adeo exesi ac detriti caracteris, ut non absque magna difficultate legi possit, imo pagina prima nonnulla verba penitus deleta compareant; quæ quidem ex aliis catalogis supplemus, et, ut ab aliis distinguerentur, uncinis inclusimus. Hic autem catalogus patriarcharum CP. a Nicephoro Callisti conscriptus, qui mihi accuratissimus videtur, desinit in Joannem, qui et Cosmas dicitur, Sozopolitanum, qui quidem inauguratus fuit patriarcha post Athanasium anno Christi 1294, sed e sede pulsus fuit 1304. Verum quia historiam imperatorum Constantinopolitanorum a Constantino Magno ad ultimum imperatorem Christianum texere fuit animus, libuit etiam huic Catalogo Nicephori Callisti seriem integram patriarcharum CP. in Commentariis nostris subjungere, nimirum illorum qui post Athanasium secundo patriarcham sederunt, ad Gregorium qui ultimus fuit patriarcha ante captam a Turcis Constantinopolim; quod quidem fecimus ex Catalogo patriarcharum CP. edito ab eruditissimo P. Labbeo ex codice ms. bibliothecæ Claromontanæ, in *Apparatu Historiæ Byzantinæ*; ille vero catalogus desinit in Josephum illum, qui Florentiæ tempore concilii ibidem celebrati diem obiit. Cæteros autem patriarchas ad captam usque a Turcis Constantinopolim ex Historia Georgii Phrantzæ decerpsimus. Hunc autem catalogum notis chronologicis ac historicis ideo illustravimus, quod nemo, quod sciam, de patriarchis CP. data opera scripserat, et qui de iis obiter in historia universali Ecclesiæ locuti hucusque sunt, passim a nobis citantur, non solum scriptores Byzantini, sed et alii cum editi, tum inediti, quin et quamplurima opuscula integra inedita ad rem hanc illustrandam peropportuna suis locis inseruntur.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

—

Ibid. Τούτου ἐξωσθέντος. Ita sane Paulum episcopatu tantum dejectum a Constantio prima vice, non vero in exsilium missum testatur et Socrates, lib. II, cap. 7. Sed Baronius confundit exsilium a Constantino Magno Paulo irrogatum, quod illi accidit ante episcopalem dignitatem acceptam, cum ejus depositione ab episcopatu, quæ Constantio imperante accidit.

Ibid. Εὐσέβιος ὁ Ἀρειανὸς, etc., ἔτη ιβ'. Vide quid de hujus episcopatus annis scribunt Baronius et Pagius.

Col. 453 A. Πάλιν ὁ Παῦλος. etc. Post Eusebii mortem catholici Paulum restituunt, Eusebiani vero Macedonium eligunt. Quæ quidem res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut prodit Socrates; quippe Hermogenis magistri militum ab imperatore missi, ut Paulum expelleret, domus incensa, ipseque pedibus tractus ac misere truncatus; in mare a populo præcipitatur. Cujus quidem facinoris nuntium cum ad Constantium Augustum delatum esset, statim ille Constantinopolim venit, ut scribit Libanius in Basilico. Et sontes quidem ab illo castigatos esse ait, neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis CP. pro reis apud ipsum intercessisset. Tunc etiam Singaram relegatum fuisse a Constantio Paulum, et aliquanto post inde Emesam translatum, scribit Athanasius. B

Ibid. Ἐκεῖσέ τε ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἀναιρεῖται. De morte Pauli vide Sulpicium, cap. 2: Socratem, lib. II, cap. 21; Theodoretum, lib. II, cap. 5; Sozomenum, lib. IV, cap. 2. Mors autem S. Pauli cujus festum Græci die 6 Septembris colunt, Latini die VII Junii, a Baronio consignatur anno Ch. 351.

Ibid. Μακεδόνιος, etc., ἔτη ε'. Anni quinque quos in episcopatu CP. sedisse Macedonium scribit Nicephorus, nescio unde numerandi, nimirum an a quo primum post Eusebii mortem occupaverit illam sedem, an vero a morte Pauli; quippe scriptor Chronici Alexandrini Macedonium propter multa crimina exauctoratum fuisse ait, coss. Constantio Augusto XII et Juliano Cæsare III, anno Christi 360: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Περιτίῳ, ιε', καθιερώθη ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως. Μακεδόνιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος καθῃρέθη ἐπὶ πολλοῖς, ἰδίοις αὐτοῦ ἐγκλήμασι, καὶ κατέστη ἀντ' αὐτοῦ Εὐδόξιος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, etc.: *Hoc anno, mense Peritio, die 15, Magna Ecclesia Constantinopoleos dedicata est. Macedonius episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius*, etc. Ex quo quidem Chronici Alexandrini loco apparet Macedonium plusquam quinque annos episcopatum CP. occupasse. C

Ibid. Εὐδόξιος, etc. ἔτη ζ'. Scribitur hic supra rubris literis, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ. Eudoxius autem plus fortasse quam septem annos sedem CP. rexit; verum non annos *novemdecim*, ut legitur apud Socratem; quod quidem mendum librarii esse, docet Valesius in Not. ad eumdem. Alioquin Socrates secum ipse pugnaret; quippe idem scriptor lib. V, cap. 42, Eudoxium in concilio CP. anno 359 inchoato, sequentique continuato, substitutum fuisse in locum Macedonii depositi scribit, mortem vero obiisse coss. Valentiniano Aug. III, et Valente Aug. III, tradit idem Socrates lib. IV, cap. 14, necnon Philostorgius lib. IX, cap. 8. Sozomenus vero lib. VI, cap. 15, Eudoxium obiisse ait, quando Valens Antiochiam tendens, pauluum Nicomediæ substitit. Caterum Theophanes annis decem obtinuisse Eudoxium sedem CP. scribit. D

Ibid. Δημόφιλος, etc., ἔτη ιβ', μῆνας ε'. Id

Digitized by Google

est, *Demophilus*, etc., *sedit annis* 12, *mensibus* 5. Et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *sub Valente;* quod quidem in scriptis nostris ad marginem tantum reperitur, et in ms. legitur supra rubris litteris, ἐπὶ Ἰοβιανοῦ, et infra, ἐπὶ Οὐάλεντος. Cæterum de Demophilo ab Arianis in locum Eudoxii subrogato legendus est Philostorgius lib. IX, cap. 10 et 14.

Col. 453 B. *Εὐάγριος ὀρθόδοξος*, etc, *ἔτη ς'*. Theophanes ad annum V Valentiniani Augusti Evagrium statim post Eudoxii mortem a parva manu Orthodoxorum electum fuisse scribit; quo quidem tempore Ariani sibi Demophilum præfecerunt : verum Evagrius statim a Valente sede pellitur, Demophilus vero in ea confirmatur, ut narrat ibidem laudatus scriptor.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ*, etc., *ἔτη ιβ'*. Ita habent S. Nicephori catalogus, Menæa die 30 Januarii in memoria trium sanctorum Ecclesiæ doctorum; Amphilochius, in Vita sancti Basilii de Gregorio Nazianzeno loquens; et Gregorius presbyter in Encomio, quo texit Vitam Gregorii. At Theophanes sanctum Gregorium Nazianzenum duobus tantum annis sedem CP. administrasse scribit : Cedrenus Gregorium decennium et paulo amplius Constantinopoli moratum esse tradit. Certum tamen est Gregorium non amplius quam triennio Constantinopoli commoratum, et episcopatum Constantinopolitanum a paucis tantum hebdomadis administrasse; in eadem quippe synodo et renuntiatus fuit episcopus et exauctoratus; et anno Christi 381, III Kalend. Aug. quo Theodosius dedit legem 3 Codicis Theodosiani *De fide catholica* jam Nectarius episcopus Constantinopolitanus erat, et concilium Constantinopolitanum jam finitum, uti patet ex eadem lege.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος Ἀντιοχείας*, etc., *ἔτη ε', μῆνας ς'*. . . . S. Joannes Chrysostomus bis e throno pellitur; primum in synodo ad Quercum, anno Christi 405, deinde in synodo Constantinopolitana anno 404, quod quidem accidit festo Paschæ die appropinquante, et post duos menses in exsilium pellitur Chrysostomus. Vide Socratem lib. VI, cap. 18. Cæterum multa de sancto Joanne Chrysostomo ac ejus episcopatu dicenda essent, nisi sedulo omnia examinasset Pagius; unde eo lectorem remittere est animus.

Ibid. C. *Ἀρσάκιος*, etc., *ἔτη β'*. Duobus annis sedisse in episcopatu Constantinopolitano Arsacium scribit et Theophanes. Verum Arsacius ordinatus fuit die 26 mensis Junii, in quem Dominica incidebat; quo quidem die ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solitæ erant. Quare in Chronico Alexandrino, ut docet Pagius, loco ἡμέρᾳ δευτέρᾳ legendum ἡμέρᾳ πρωτέρᾳ, id est, *feria prima*, quæ hoc anno cum die 26 Junii concurrit. Arsacius vero moritur anno sequenti Christi 405, die tertio Idus Novembris, ut scribit Socrates, lib. VI, cap. 20. Unde, si Socrates non fallitur, Arsacius sedisse videtur annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius, cui potior fides adhibenda quam Socrati, utpote tunc viventi et de rebus Chrysostomi optime edocto, scribit in Dialogo Arsacium sedisse annum et menses duos, διακρατήσας δὲ τὸ ζῆν ἐνιαυτοῦ δεκατέσσαρας μῆνας ἀπούνησεν, *ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset mortuus est.*

Ibid. *Ἀττικός*, etc., *ἔτη ιε'*. Atticus coss. Arcadio Aug. VI et Anicio Probo Christi anno 405 electus fuit in Arsacii locum, ut scribit Socrates lib. VI, cap. 20. Sozomenus vero lib. VIII, cap. 17, quarto post Arsacii mortem mense ordinatum fuisse Atticum tradit. Verum error irrepsit in numerum illum apud Socratem lib. VII, cap. 25, ubi ait, Atticum anno episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, mortem obiisse coss. Theodosio XI, et Valentiniano Cæsare I. nam horum consulatus hic annus cadit in annum Christi 425, unde si Atticus, ut ait Socrates superius citato loco, ordinatus est anno Christi 406, vicesimum certe sedis annum non absolvit.

Ibid. *Σισίννιος*, etc., *ἔτος α', μῆνας ι'*. In Chronographia compendiaria sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani et in Tabulis Theophanis anni duo Sisinnio attribuuntur. At Socrates lib. VII, cap. 26, asserit, ordinatum fuisse Sisinnium pridie Kalendas Martii, consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii XII, et Valentiniani Junioris Aug. II. Quo quidem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidebat, qua ordinationes episcoporum fieri solitæ erant. Mortem autem obiit Sisinnius, ut narrat idem Socrates paulo superius laudato loco, coss. Hierio et Ardaburio anno Christi 427, die IX Kal. Januarii.

Ibid. *Νεστόριος*, etc., *ἔτη γ', μῆνας β'*. Nestorius ordinatur episcopus Constantinopolitanus coss. Felice et Tauro anno Christi 428, quarto Idus Aprilis, ut scribit Socrates, lib. VII, cap. 29. At Liberatus Diaconus, cap. 4 sui Breviarii ordinationem Nestorii peractam fuisse ait Kalendis Aprilis. Quod quidem verosimilius est, nam dies Dominica hujus anni, qua ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solitæ erant, incidebat in Kalendas Aprilis, seu diem primam ejusdem mensis, uti optime docet Pagius contra Baronium et Garnerium, qui Socratis errori astipulantur. Nestorius deponitur anno Christi 431, et in ejus locum Maximianus consecratur, ut infra videre est.

Ibid. *Μαξιμιανός*, etc. *ἔτη β', ἡμέρας ε'*. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus Maximianum sedisse scribit ἔτη β', μῆνα; ε', *annis* 2, *mensibus* 5. Ita habet et Socrates lib. VII, cap. 40. At videtur secum ipse pugnare Socrates; nam Maximianus electus fuit episcopus elapso quatuor mensium spatio a Nestorii depositione, ut ait idem scriptor lib. VII, cap. 35 : Τετραμηνιαίου δὲ διαδραμόντος χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανὸς ὄνομα, ἀνὴρ ἀσκητικὸς μὲν τὸν βίον· ἐν τοῖς πρεσβυτέροις δὲ καὶ αὐτὸς ἐτέτακτο. *Elapso igitur quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur episcopus, vir monasticam quidem vitam degens : in presbyterorum tamen ordinem ipse quoque cooptatus.* Quod quidem accidit die 25 Octobris, coss. Basso et Antiocho, anno Christi 431, ut narrat laudatus Scriptor, cap. 37 ejusdem libri : Μαξιμιανοῦ τοίνυν προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἡσύχαζε πράγματα· *Cum Maximianus ad episcopatum Constantinopolitanum evectus fuisset, Basso et Antiocho consulibus, die octavo Kalendas Novembris, Ecclesiarum tumultus quievere.* Moritur autem Maximianus coss. Areobindo et Aspare anno Christi 434, pridie Idus Aprilis, etc., ut prodit idem Socrates cap. 40 ejusdem libri. Unde apparet Maximianum in episcopatu Constantinopolitano vixisse annis duobus, mensibus quinque, et aliquot etiam diebus; quod quidem non animadvertit Valesius in Notis ad eumdem Socratem, neque Pagius qui rem ex professo, ut aiunt, tractat.

Ibid. *Πρόκλος*, etc., *ἔτη ιβ', μῆνας γ'*. Proclus antequam Maximiani corpus sepulturæ mandaretur, ab episcopis qui aderant jussu Theodosii Junioris in episcopali throno collocatur, ut narrat Socrates, lib. VII, cap. 40, loquens de morte Maximiani, ubi etiam hujus præproperæ electionis causam exponit. Hoc quidem accidit, ut tradit idem scriptor paulo superius citato loco, Areobindo et

Digitized by Google

Aspare coss. anno Christi 451, pridie Idus Aprilis. Moritur autem Proclus die 24 Octobris ut habetur in Menologio Græcorum ad eumdem diem; anno Christi 446, ut nemo dubitat. Igitur sedit in episcopatu Constantinopolitano Proclus, non annos tantum 12, et menses tres, seu annos undecim, ut idem Nicephorus Callisti scribit in *Hist.* lib. XIV, cap. 47, sed annos tredecim et menses aliquot, ut certum est ex prædictis.

Col. 453 D. *Ἐν τῷ ἱερατείῳ. In sacris adytis* interpretatus sum. At ἱερατεῖον quænam pars fuerit ecclesiæ omnino incertum est, ut ait Ducangius. Dionysius Areopag. *De hierarch.* cap. 3, diserte distinguit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατείου, ita ut θυσιαστήριον sit quod Græci vulgo βῆμα, Latini *presbyterium*, vocant: ἱερατεῖον vero, *navis ecclesiæ*, nam prima sæcula *chorum*, qualis est hodie, non agnovere; ut observavimus, inquit Ducangius, in nostra *Constantinop. Christ.* lib. III, n. 77. Dionysius igitur loco laudato, ubi duos statuit demortuorum ordines, sic ait: Συναγαγὼν ὁ Θεῖος ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως· ὁ κεκοιμημένος, ἔμπροσθεν τοῦ Θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν, ἀπέρχεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. Quæ postrema verba de portis templi intelligenda sunt. Nam Pachymeres in Paraphrasi non omnino sensum Dionysii percepit, ut nec Allatius in Dissert. de Narthece: is enim est, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori ναοῦ parte versus portas templi collocari: ut presbyteri ante portas bematis. Ea notione forte ἱερατεῖον usurpavit Theophanes anno 14 Zenonis: Οἱ δὲ τοῦ Δίου μοναχοὶ τῇ Κυριακῇ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀκακίῳ τὴν ἐπιστολήν. Tametsi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipso bemate accipi. Cum igitur ἱερατεῖον sic proprie vocetur ipse, in quo ἱερὸς λαὸς consistebat, inde ἱερατεῖον, dicta *plebs*, seu *populus episcopo subditus*, qui scilicet ἐν ἱερατείῳ ecclesiæ consistit, etc.

Ibid. *Φλαβιανὸς*, etc., *ἔτος α', μῆνας ι'*. Ita habent sanctus Nicephorus in sua Chronographia necnon Menæa ad diem 16 Februarii, quo Græci sancti Flaviani Procli successoris memoriam celebrant. Theophanis tabulæ, et Zonaras in Theodosio Juniore, per biennium sedisse Flavianum in episcopatu Constantinopolitano ostendunt. At cum Flavianus in exsilium missus sit anno Christi 449, quo et mortuus est, ut scribit Marcellinus, putat Pagius Flavianum non ante annum Christi 447, sedem Constantinopolitanam obtinuisse. Vide laudatum Pagium ad annum Christi 446, n. 8 et seqq., et ad an. Christi 449, num. 14.

Ibid. *Ἀνατόλιος*, etc., *ἔτη η', μῆνας η'*. De Anatolio vide Baronium ad annum Christi 458, num. 31 et seqq., necnon Pagium ad eumdem annum num. 8 et seqq.

Col. 455 A. *Γενν άδιος*, etc. *ἔτη . . . μῆνας γ'*. S. Nicephorus in Chronographia Gennadium sedisse in episcopatu Constantinopolitano scribit ἔτη τ', μῆνας β', *annos tredecim, menses duos*. Unde numerus annorum supplendus est, qui in catalogo Nicephori Callisti a blattis et tineis exesus comparet. Tabulæ Theophanis et Zonaras Gennadio numero rotundo annos 13 ascribunt. Optime igitur mors Gennadii, qui Anatolio in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 458 successerat, assignatur a Baronio anno Christi 471.

Ibid. *Ἀκάκιος*, etc. *ἔτη . . . μῆνας . . .* Perperam Acacius in hoc catalogo Nicephori Callisti bis repetitus est, nimirum ante et post Phraitam, ut apparet ex Chronographia S. Nicephori CP. et ex Tabulis Theophanis; necnon ex aliis scriptoribus. Sed id scribæ inscitia factum puto, qui pro uno Acacio duos effingit; Acacius siquidem post Gennadium ad Constantinopolitanum thronum A evectus fuit anno Christi 471, in episcopatu vixit annis 17, mensibus 9, ut habet uterque Nicephorus. Moritur Acacius, ut scribit Theophanes, anno Incarn. secundum Alex. 481, qui Kalend. Septemb. anni Christi 489 inchoatur. His astipulatur Victor Tunnensis qui Acacii obitum Eusebio consule contigisse scribit, nimirum anno Christi 485. *Acacius*, inquit laudatus scriptor, *Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur, et pro eo Flavianus episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius synodi Chalcedonensis decretorum custos in episcopatu succedit.* Sed quem *Flavianum* Tunnensis appellat, Nicephorus *Fraitam* vocat. Cæterum Acacius depositus fuit primum a synodo Ephesina quæ Basilisco imperante coacta fuit; deinde a Felice papa. Damnatus autem fuit non ut hæreticus, sed ut hæreticorum fautor.

Ibid. *Φραΐτας*, etc., *μῆνας γ', ἡμέρας ιζ'. Phraitam* hunc appellat et sanctus Nicephorus in B Chronographia, atque eum tres menses et dies 17 in Constantinopolitano throno sedisse ait. Theophanes *Phravitam* vocat, eique menses tres episcopatus CP. attribuit. *Flavitam* eum nuncupat Nicephorus Callisti, lib. VI, cap. 13. Ita habet et Zonaras qui ei menses tres cum semisse attribuit. Victor vero Tunnensis paulo superius citato loco *Flavianum* eum appellat, atque eum *tertio promotionis suæ mense* mortem obiisse narrat. Quod quidem accidit, ut habet idem scriptor, Eusebio consule anno Christi 489.

Ibid *Εὐφήμιος*, etc., *ἔτη ς', ἥμισυ*. Theophanis Tabulæ Euphemium annos septem in throno Constantinopolitano sedisse ostendunt. Neque enim, ut secum pugnans ait Pagius, Euphemius episcopatum CP. suscepit anno Christi 490, sed 489, ut patet ex paulo superius laudato Victoris Tunnensis loco. In exsilium vero pellitur ab Athanasio imperatore Euphemius anno 6 ejusdem Augusti, Christi 496, ut tradit Theophanes, C non vero anno 5 imperii Anastasii ut habet Cedrenus. Rem pluribus refert idem Theophanes citato loco.

Ibid. *Μακεδόνιος*, etc., *ἔτη ις', μῆνας ζ'*. Macedonius anno 6 imperii Anastasii, Christi 496 sedem CP. suscepit; pellitur vero in exsilium ab eodem Augusto coss. Secundino et Felice, anno Christi 511, ut scribit Marcellinus in Chronico, unde fallitur hic Nicephorus Callisti dum ei annos sexdecim et menses septem attribuit; melius Theophanes in Tabulis qui ei annos sexdecim utrinque incompletos ascribit. Quod vero dicitur in Chronographia sancti Nicephori Macedonium sex tantum annos Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse, id factum puto scribæ incuria qui numerum denarium omisit.

Ibid. B. *Τιμόθεος*, etc., *ἔτη ς', ἥμισυ, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου*. Theophanes sex tantum annos Timotheo attribuit, quemadmodum et D sanctus Nicephorus in Chronographia. Timotheus siquidem, ejecto Macedonio, invasit episcopatum Constantinopolitanum sub finem anni Christi 511, uti supra monuimus. Moritur autem Timotheus, ut scribit Theophanes, anno Incarnat. secundum Alex. 510, qui Kalend. Septemb. anni Christi 517 inchoatur. Victor Tunnensis hujus mortem contigisse tradit die quinta mensis Aprilis: *Timotheus*, inquit, *Constantinopolitanus episcopus obtrectator synodi Chalcedonensis 5 die mensis Aprilis occubuit, et Joanni Cappadoci in cella propria, atque presbytero episcopatum tradidit.* Sic legendum, non vero *Joannes Cappadox*. Cæterum fallitur hic Nicephorus Callisti, dum Timotheum suo Justiniano Magno vixisse ait; nam Anastasio adhuc regnante obiit Timotheus.

Ibid *Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης*, etc., *ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἔτος α', μῆνας ι'*. Ita habet et sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P.

Digitized by Google

Goar. At in nostra Joanni Cappadoci anni quatuor, et menses decem attribuuntur. Tabulæ Theophanis Joannem Cappadocem sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 2 ostendunt. Verum Joannes sedit annum unum menses decem, et aliquot dies, quos Nicephorus neglexit; nam ordinatur episcopus Constantinopolitanus Joannes anno Christi 518, non vero 517, ut ex Victore Tunnensi scribit Baronius: idque accidit die 17 mensis Aprilis. Moritur autem Joannes anno Christi 520, et in ejus locum Epiphanius ejusdem Ecclesiæ presbyter et syncellus ordinatur die 25 mensis Februarii. Quod quidem accidit anno Justini Thracis tertio, non vero secundo, ut habet Theophanes, Christi scilicet 520. Perperam igitur hic Nicephorus Callisti Joannem sub Justiniano vixisse scribit. Fallitur et Baronius qui Joanni Cappadoci annos tres attribuit. Cæterum Joannes hic Cappadox primus fuit, ut aiunt, qui titulum patriarchæ œcumenici ausus est usurpare.

Col. 456 B. *Ἐπιφάνιος*, etc., *ἔτη ις', μῆνας γ'*. Sic etiam sanctus Nicephorus in Chronographia et Theophanes Epiphanio episcopo Constantinopolitano annos sexdecim menses tres attribuunt. Hæc laudatus Theophanes anno 10 Justiniani, Christi 536: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἐπιφανίου ἐπισκόπου τελευτήσαντος μηνὶ Ἰουνίῳ ε', ἰνδ. ιε', ἐπισκοπήσαντος ἔτη ις', καὶ μῆνα γ', Ἄνθιμος αἱρετικὸς ἐπίσκοπος Τραπεζουντίων μετετέθη ἐν ΚΠ. *Hoc anno Epiphanio præsule, mensis Junii die quinto, indictione decima quinta, post episcopatus annos sexdecim, et menses tres vivis erepto, hæreticus Anthimus Trapezuntinus episcopus in sedem Constantinopolitanam translatus est.* At Theophanes secum ipse pugnare videtur, nam anno 2 Justini Thracis Epiphanium thronum Constantinopolitanum conscendisse scribit die 25 Februarii anni Christi 520, unde non annos 16, sed 17, et menses tres Epiphanium sedisse dicendum erit. Verum Pagius mendi arguit Theophanem ex aliis monumentis, et sic Epiphanii obitum contigisse ait anno Christi 535, mensis Junii die 5, indictione 13 post episcopatus annos 15, et menses 3. Vide Pagium eodem anno num. 9.

Ibid. *Ἄνθιμος*, etc., *μῆνας ι'*. Sanctus item Nicephorus in Chronographia et Theophanes anno 10 imperii Justiniani Anthimo menses decem assignant: qui quidem scriptor secundus Anthimum hæreticum ab Agapeto papa, dum Constantinopoli esset, e sede dejectum scribit. Fallitur autem laudatus Theophanes, ut monet Pagius, dum hæc anno 10 Justiniani narrat; nam Anthimus sedem Constantinopolitanam occupat mense Junio anni Christi 535, deponitur vero mense Martio anni sequentis; unde decem illi menses sedis Anthimi utrinque incompleti fuere.

Ibid. *Μηνᾶς*, etc., *ἔτη ις', μῆνας ς'*. Menas ordinatus est episcopus Constantinopolitanus die 13 mensis Martii anni Christi 536. Moritur autem mense Augusto anni Christi 552, uti pluribus ostendit Pagius num. 17 eodem loco; unde menses illi sex utrinque incompleti fuere.

Ibid. C. *Ἐν τῷ ἱερατείῳ*. Ita habet et Theophanes, ubi ipsius interpres vertit *in sacris adytis*; quomodo et nos supra n. 555, hanc vocem interpretati sumus; sed quid ἱερατεῖον significet pluribus ibi exposuimus.

Ibid. *Εὐτύχιος*, etc., *ἔτη ιβ', μῆνας ε'*. Eutychio Tabulæ Theophanis ante depositionem annos tredecim assignant; sanctus Nicephorus in Chronographia annos duodecim et menses duos eidem attribuit; Eustathius vero in hujus sancti patriarchæ Vita cap. 4, annos tantum duodecim eidem ascribit. Verum Eutychius mense Augusto anni Christi 552, non vero anni 553, ut perperam credidit Baronius, ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus, ut aperte ostendit Theophanes, qui Eutychium eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jaceret, in ejus locum suffectum fuisse scribit. Pellitur vero e sede Eutychius a Justiniano, quod ejus impio edicto subscribere nollet die 22 Januarii anni 565, ut scribit laudatus Eustathius; unde optime scribit Nicephorus Callisti Eutychium ante persecutionem sedisse annos 12 et menses quinque. Fallitur autem Baronius, uti observat Pagius, dum edictum illud Justiniani anno Christi 563 consignat, et exsilium Eutychii in annum sequentem congerit. Nam edictum Justiniani, ut scribit Pagius, initio anni 565, emissum esse ex Theophane cum Eustathio collato magis confirmatur. Hic enim cap. 5, testatur Eutychium e palatio in monasterium quoddam ab Hætherio deportatum fuisse; quo in loco postquam diem unum moratus esset, collocarunt eum in alio monasterio prope Chalcedonem. Post diem octavum conventus episcoporum convocatus, et Eutychius ad causam dicendam citatus; cumque comparere recusasset, in insulam Principis dictam, quæ in Astaceno sinu Propontidis sita, translatus est, ubi tres hebdomadas sub militari custodia egit, indeque Amaseam Helenoponti metropolim, in quo primum monachus, ac dein archimandrita fuerat. Vide Theophanem ad annum 58 imperii Justiniani.

Ibid. *Ἰωάννης Σχολαστικός*, etc., *μεθ' ἡμέρας γ', ἔτη ιβ', μῆνας ς'*. Joannes Scholasticus ordinatur episcopus Constantinopolitanus, ut scribit Theophanes ad annum 58 Justiniani, die 12 mensis Aprilis, in quam anno Christi 565 Dominica cadebat: nam ibi laudatus Theophanes loquitur de depositione Eutychii (quæ, ut paulo superius diximus ex Eustathio, contigit die 22 Januarii ejusdem anni) occasione ordinationis Joannis. Moritur autem Joannes, ut scribit idem Theophanes, die tricesimo primo mensis Augusti, indictione decima, hoc est, anni Christi 577, ex quibus apparet Joannem sedisse annos 12 et menses quinque, utrinque incompletos. Cæterum in Tabulis Theophanis recte Joanni anni 12 assignantur, neglectis scilicet mensibus.

Ibid. *Εὐτύχιος ἔτη δ', μῆνας ς'*. Eutychius patriarcha haud diu post Joannis Scholastici mortem in sedem Constantinopolitanam restituitur, hoc est, die tertia mensis Octobris, ut scribit Eustathius in hujus sancti patriarchæ Vita, anni Christi 577, non vero 578, ut putat Baronius. Quod confirmatur ex Theophane, qui anno Incarnat. secundum Alex. 570, qui kalendis Septembris anni Christi 577 inchoatur, ait: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ια', Εὐτύχιος ἀπέλαβε πάλιν τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. *Hoc anno mense Octobri, indictione undecima, Eutychius thronum Constantinopolitanum secundo accepit.* Moritur autem Eutychius die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. 574 kalendis Septembris superioris Christi anno inchoato: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλίῳ ς', ἰνδικτιῶνι ιε', ἐτελεύτησεν Εὐτύχιος ὁ πατριάρχης, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ ἓξ ἡμέρας Ἰωάννης ὁ διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ Νηστευτής. *Hoc anno, die sexto Aprilis, indictione decima quinta, Eutychius patriarcha diem ultimum obiit: et post dies sex Joannes Magnæ Ecclesiæ diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est.* Quod patet etiam ex Eustathio in ejus Vita cap. 10. Unde apparet Eutychium secundo Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis quatuor, mensibus sex, et diebus aliquot.

Ibid. D. *Ἰωάννης διάκονος*, etc., *ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ Μαυρικίου ἔτη ις', μῆνας ε'*. Joannes Jejunator consecratus est episcopus Constantinopolitanus post dies sex a morte Eutychii, quæ accidit die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejusdem anni, in quam illo anno Dominica faci-

Digitized by Google

debat. Moritur autem Joannes anno Christi 595, ut patet tum ex utroque Nicephoro qui eidem annos tredecim et menses quinque assignant, tum etiam ex Menologio Basilii imp. ad diem secundum mensis Septembris, cujus pars in tomo VI Italiæ sacræ exstat; ubi eidem Joanni anni quoque tredecim, et menses quinque attribuuntur. Cur autem hujus patriarchæ mortem Baronius anno sequenti consignaverit pluribus docet Pagius, qui, ut mihi videtur, nodum egregie solvit. Cæterum non abs re patriarcha iste a pluribus reprehenditur tanquam ambitiosus, eo quod synodum Constantinopoli celebraverit, ut œcumenici titulum synodali judicio sibi confirmaret.

Col. 456 D. *Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας . . . ἐπὶ τῆς Βασιλείας Τιβερίου.* Sic locus hic mutilus ex Theophanis paulo superius citato loco restituendus est: Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας ξ̄, etc., nimirum Joannes *consecratus est post dies sex* a morte Eutychii.

Ibid. *Τελευτᾷ δὲ τῷ ιδ' ἔτει τῆς Μαυρικίου Βασιλείας.* Hinc manifesto liquet Joannem mortem obiisse anno Christi 595, cum annus quartus decimus imperii Mauricii huic anno Christi respondeat.

Ibid. *Κυριακὸς*, etc., *ἔτη ια'*. Cyriaco patriarchæ undecim etiam annos assignant Theophanes et sanctus Nicephorus in Chronographia; electus enim ille fuit episcopus Constantinopolitanus anno Christi 595, non vero anno 594, nempe sub indictione 12, ut perperam tradit scriptor Chronici Alexandrini: qui tamen scriptor optime Cyriaci mortem consignat anno 4, post consulatum Phocæ Aug. II, indictione 9, hoc est, anno Christi 606. Τούτῳ, inquit, τῷ ἔτει, τελευτᾷ Κυριακὸς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ κθ', ἡμέρᾳ ζ', καὶ κ δεύεται τῇ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ πρώτῃ, καὶ ἀπετέθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συνήθειαν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους. *Hoc anno, Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus moritur mense Hyperberetæo, secundum Romanos Octobri die* 29, *feria* 7; *illinsque funus curatum est* 30 *ejusdem mensis, feria* 1, *et depositum est corpus illius juxta morem receptum in æde sanctorum Apostolorum.* Quod vero hic ait scriptor Chronici Alexandrini, Cyriaci corpus depositum fuisse juxta morem receptum in æde sanctorum Apostolorum, id verum esse ostendit Evagrius lib. IV, cap. 30, ubi loquitur de æde sanctorum Apostolorum condita vel instaurata a Justiniano: Ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, in qua et imperatores et pontifices debitam sepulturam consequuntur. Hujus autem consuetudinis seu potius sanctionis hanc causam reddit Sozomenus, lib. II, cap. ult.: Ἀπὸ τούτου δὲ, ὡς ἔκ τινος ἔθους γενομένου καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς Χριστιανοὶ κεῖνται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῇ βασιλείᾳ οὔσης, μᾶλλον μὲν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχούσης· *Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore consuetudine ducta, imperatores Christiani post mortem Constantinopoli sepeliuntur, atque etiam ipsi episcopi: quippe cum dignitas sacerdotalis imperii dignitati par sit, imo verò in locis sacris primas partes obtineat.* Id autem factum esse a tempore Constantini Magni docet Socrates, lib. II, cap. 26, de Constantino: Ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο πεποίηκει, ὅπως ἂν οἱ βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων μὴ ὑπολιμπάνοιντο. *In ecclesia Apostolorum deponitur, quam idcirco ædificaverat, ut et imperatores et pontifices apostolicis non destituerentur reliquiis.* Postmodum vero patriarchas Constantinopolitanos passim humatos fuisse in æde sanctorum Apostolorum legimus. Reliquos autem quos aut patriarchalis, aut Augustalis dignitas non ornasset, in laudata æde sanctorum Apostolorum sepeliri vetant Gratianus, Valentinianus, et Theodosius Augusti in l. 6, Cod. Th. *De sepulcris violatis.* Sed vide quæ lib. VI de sepulcris imperatorum annotavimus.

Ibid. *Θωμᾶς διάκονος*, etc., *ἔτη γ', μῆνας β'*. Item Nicephorus Callisti, lib. XVIII, cap. 44, huic patriarchæ annos tres et menses duos attribuit. Huic consentiunt Menologium Basilii imperatoris; vetustum Synaxarium ms. Collegii Parisiensis Ludovici Magni, et Menæa excusa, ac mss. ut videre est apud Bollandum ad diem 20 Martii, quo sancti Thomæ festum occurrit. At sanctus Nicephorus in Chronographia Thomæ annos tres et menses quinque assignat; sed perperam; quippe Thomas ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus die 23 Januarii anni Christi 607, ut habetur in Chronico Alexandrino: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Αὐδυναίῳ, κατὰ Ῥωμαίους κγ' Ἰανουαρίου, γέγονε πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς ἀπὸ διακόνων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ σακελλάριος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν. *Hoc anno, mense Audynæo, secundum Romanos* 23 *Januarii, dictus est patriarcha Constantinopolitanus Thomas ex-diacono Magnæ Ecclesiæ, et sacellarius patriarchæ, ac ordinationibus præpositus;* unde fallitur Theophanes, qui anno Incarnat. secundum Alex. 598 kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, prolit Thomam mensis Octobris die undecimo in locum Cyriaci suffectum esse. Moritur autem Thomas indictione XIII, anno scilicet Christi 610, die 20 mensis Martii, qui incidenat in feriam sextam, et die 22 ejusdem mensis, quæ erat Dominica sepelitur, ut narrat idem scriptor Chronici Alexandrini: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Δύστρῳ, κατὰ Ῥωμαίους, Μαρτίῳ κ', ἡμέρᾳ ς', τελευτᾷ Θωμᾶς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κηδεύεται τῇ κβ' τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ α'. Cæterum ab hoc Thoma exstructum fuisse Triclinium illud, quod Thomaites dicebatur, auctor est Nicephorus Callisti lib. XVIII, cap. 44. Sed vide quæ de hoc Triclinio habet Ducangius, lib. II, n. 8.

Ibid. *Σέργιος διάκονος*, etc., *τῶν ἐν . . . καὶ φιάλῃ τῶν λιμένων πτωχείων*, etc., *ἔτη κη', μῆνας ζ'*. Locus hic mutilus suppleri aliquo modo potest ex Chronico Alexandrino, ubi sic de Sergio habetur: Σέργιος διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πτωχοτρόφος, φρουρὸς λιμένος. Quod sic interpretatur Ducangius: *Sergius, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus, et ptochiorum præfectus, custos portus.* Sed perperam ibi in notis monet laudatus Ducangius: *Alius, ni fallor, a Sergio, quem diaconum duntaxat indigitant scriptores.* Sergius autem hic licet esset Magnæ Ecclesiæ diaconus, tamen a Syris et Jacobitis generis originem traxit, ut testatur idem Nicephorus Callisti, lib. XVIII, cap. 44. Quid vero significet πτωχεῖον, vide Ducangii Gloss. Græc. eodem v. Quod autem attinet ad hujus sedis tempus, cum sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 29, ostendunt Tabulæ Theophanis; sanctus vero Nicephorus in Chronographia ex editione doctissimi P. Goar eidem assignat annos 21, dies 21, ex nostra editione annos 28, menses 7, dies 21. Certum tamen est ex Chronico Alexandrino, Sergium successisse S. Thomæ die octavo Aprilis, indictione XIII, hoc est, anno Christi 610, qui dies illo anno in Sabbatum sanctum incidebat. Sed ibi in eodem Chronico pro die octavo Aprilis scribendum esse die 18 docet Petavius in Notis ad Nicephorum, ubi de morte Sergii agitur; cujus quidem integra verba, quæ ad hujus patriarchæ sedis annos spectant, hic exscribere post verba s. Nicephori libet: Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην ἰνδικτιῶνα τελευτᾷ Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος, etc. *Indictione duodecima Sergius Constantinopolitanus patriarcha moritur.* Ubi istæc monet Petavius;

Digitized by Google

Indictio hæc a. 638 inchoata est, Heraclii 29. Quare a 639 ejus obitus notatur in Magnis Annalibus, cum sed sset a. 28, dies 21, ut est in Chronico Nicephori : sed falso. Nam ab eo constat Heraclium esse coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur a. C. 608, indict. 11, Phocæ 6, adeo ut 32 annos ei Ecclesiæ præfuerit. Verum Theophanes 29 sedisse tantum asserit. Qua ratione anno Christi 610 episcopatum iniit, Phocæ imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in 638, indict. 11, Heraclii 28. Alexandrinum Chronicon, pag. 875, annum illum, quo Sergius patriarcha creatus est, multiplici charactere designat. Siquidem Martii 20, feria 6, mortuum refert Thomam illius antecessorem : qui 22 mensis ejusdem sepultus est, Dominica die. Postea vero Aprilis 8, indict. 13, Sabbato magno Sergium creatum pontificem. Subjicit et alium feriæ characterem, Octobris 3, indict. 14, Sabbatum fuisse, de quo supra disputatum est. Annus ille procul dubio Christi est 610, cyclo solis 3, lit. Dom. D. Ideo Martii 20, feria 6, et 22, Dominica. Cyclus lunæ 3, terminus Paschalis 15 Aprilis, Cyclus solis Constantinopolitanus 26, concurrentes, sive epactæ solis 3, quæ cum regularibus diei dant feriam 2. Quare Pascha Aprilis 19, et Sabbatum magnum 18 ejusdem. Unde in Chronico pro 8 rescribendum 18. Ex hac observatione superiorum patriarcharum seriem iisdem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus annus comparatur cum a. 606, Phocæ 4. In quo suffragatores quidem, quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, sed utrumque errore lapsum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, et a. 4 Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accommodat, 7 et 8. Longe melius in Alexandrino Chronico Cyriacus e vivis excessisse dicitur Octobris 29 die Sabbati, curatumque illius funus postridie Domin. Fuit hic annus 607, cyc. solis 27, lit. Dom. B, indict. 10, Phocæ 4 pene absoluto. Sequenti a. 607, Phocæ 5, indict. 10, post Cos. Phocæ a. 4 Januarii 23 creatus est Thomas. Sedit itaque a. 3. Nicephor. in Chron. tribuit a. 5, m. 5. Sed interregni spatium complexus est. At vero corrigendum rursus Chronicon, dum Phocæ 5, quo creatus est Thomas indict. 10 notat post consulatum Phocæ 3. Siquidem Phocæ primus inchoatur, ex eodem Chronico, indict. 6 Novemb. 25 Dominica, cum die 23, feria 6 inauguratus esset a Cyriaco. Annus est Christi 602, cyclo solis 23, lit. Dom. G. Anno 603, indict. 6, Phocas consulatum iniit. Ergo anno 604, Phocæ 2, indict. 8, numerari cœpit post ejus consulatum I, anno deinde 605, Phocæ 3, indict. 8, annus fuit post consulatum II. Itaque a. 606 Phocæ 4, indict. 9, est ab ejus consulatu III. Annus vero 607 Phocæ 5, indict. 10, post ejus consulatum ordine IV est. Male igitur in Græco, indict. 9 et 10 bis iteratur τὸ γ'. Hac paulo accuratius a nobis excussa sunt, ut et illorum temporum historiæ, et luculentissimo Chronico aliqua ex parte consuleretur. Sic Petavius. Unde apparet optime S. Nicephorum Sergio tribuisse annos 28, menses 7, dies 21. Vide quid post Petavium habet Pagius ad annum Christi 639, n. 8.

Col. 456 D. *Πύῤῥος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη β', μῆνας θ' ἡμέρας θ'*. Idem temporis spatium Pyrrho assignat et sanctus Nicephorus in Chronographia. At vero Theophanes annos tres eidem attribuit. Certum est enim Pyrrhum Sergio successisse anno Heraclii 30, Christi 639, mense Januario, sed qua die non liquet. Pellitur autem e sede Pyrrhus anno ab Heraclii morte altero, ac in ejus locum Paulus instituitur mense Octobri, indictione 15, ut habent Theophanes et Cedrenus : quibus astipulatur et sanctus Nicephorus in Breviario historico. Igitur anno Christi 641, eodem quo Heracleonas obiit, ejectus est Pyrrhus, non vero anno 642, ut perperam habetur in Annalibus; siquidem indictio 15 iniit anno 641 mense Septembri. Vide Petavii eruditissimas notas ad sancti Nicephori Breviarium historicum; quas sæpe Pagius ad verbum, ut aiunt, exscripsit. Cæterum quod ait hic Nicephorus Callisti, Pyrrhum a Philippico et Gordia constitutum fuisse temporis ratio non admittit.

Col. 457 A. *Παῦλος πρεσβύτερος*, etc., *καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη β', ἡμέρας κς'*. Totidem annos totidemque dies Paulo attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia. Verum Zonaras et Theophanes tam in Chronico quam in tabulis eidem insertis Paulo annos duodecim assignant. Sic idem Theophanes in Chronico : ΚΒ. ἐπίσκοπος Παῦλος ἔτη ιβ', *Episcopatum Constantinopolitanum annos duodecim Paulus obtinuit.* At cum Paulus iste ordinatus sit mense Octobri indictione 15, hoc est, anno Christi 641, uti supra demonstravimus, obieritque inter diem decimum nonum mensis Decembris anni sexcentesimi quinquagesimi quarti, et diem 13 mensis Martii anni insequentis, necesse est, eum sedisse annos tredecim, et menses aliquot, uti pluribus docet Pagius ad annum Christi 651. Cæterum ἐπὶ τῶν φυλακῶν interpretatus sum *super custodias* secutus veterem interpretem concilii Constantinopolitani sub Martino, Act. 3. Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος ἐκκλησιεκδικος, καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, εἶπε. Ubi vetus interpres : *Ecclesiæ advocatus, et super custodias.* Unde apparet φυλακαῖς seu *carceribus* præfuisse Ecclesiæ officialem, qui ἐπὶ τῶν φυλακῶν dicebatur.

Ibid. *Πύῤῥος ἀποκατέστη*, etc. *μῆνας δ', ἡμέρας κγ'*. Pyrrho postquam restitutus est in sedem CP. menses item quatuor ac dies 25 attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia, necnon Theophanes in Chronico ad annum Incarnat. secundum Alex. 644, qui Kalend. Septemb. anni Christi 652 inchoatur. Quare Pyrrhi mortem biennio anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis, inquit Pagius, liquet mortem Pyrrhi contigisse anno sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Ibid. *Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ*, etc., *ἔτη γ', μὴν εἷς, ἡμέραι β'*. Falsitur hic Nicephorus in computandis annis totius temporis episcopatus Pyrrhi, nisi librarius loco ἡμέραι λβ', qui numerus optime quadrat, per errorem scripserit ἡμέραι β', omisso λ.

Ibid. *Πέτρος διάκονος*, etc., *καὶ περιοδευτὴς Θρᾴκης, καὶ γηροκόμος τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἔτη ιβ', μῆνας δ'*. Petrus hic qui eadem hæresi infectus fuit, substituitur in locum Pyrrhi eodem anno Christi 655. Hunc mortem obiisse scribit Zonaras post annos sedis duodecim; totidemque anni in Tabulis Theophani insertis eidem tribuuntur. In Chronographia sancti Nicephori perperam ei anni duo et menses septem assignantur. Hunc etiam deceptus Baronius annos duos eidem tribuit. At Pagius Petrum ultra annos undecim et menses septem vitam in episcopatu Constantinopolitano protrahere non potuisse scribit; diemque ultimum obiisse anno Christi 666. Tarasius quippe in actione 2 sextæ synodi generalis de Monothelitarum hæresi loquens : *A Petro*, inquit, *usque ad sextam synodum non plures anni transierunt quam quindecim; quinque intermedio eo tempore pontifices fuerunt, Thomas, et Joannes, et Constantinus a prædictis hæreticis fuerant ordinati : nec propterea reprobati sunt.* Quare cum prædicta synodus sexta anno Christi 680 celebrata fuerit, et ex annis quibus Petri successores usque ad sextam synodum, prout ipsemet S. Nicephorus scribit, sederunt, manifesto constat Petrum non ante annum sexcentesimum sexagesimum sextum exstinctum fuisse. Cæterum περιοδευτής, hoc est,

Digitized by Google

visitator, *lustrator*, *circitor* seu ut Ducangius, *circator*, dignitas est hodie in majoribus ecclesiis, cujus munus describit Catalogus Allatianus: Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδευόμενος τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Ea dignitas est ex ordine presbyterorum, ut scribit Joannes episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam pag. 328. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν· ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, ὁ νομοδότης καὶ ὁ περιοδευτής. Vide quæ de hac dignitate habent Ducangius et Meursius in Gloss. Græc. eodem v.

Col. 457 B. Θωμᾶς διάκονος, etc., ἔτη β', μῆνας ζ'. Postquam igitur Ecclesia Constantinopolitana orbata esset pastore mensibus sex, diebus sedecim, in locum Petri defuncti eligitur Thomas; sed cum mensis, quo obierat Petrus a scriptoribus non indicetur, num Thomas electus fuerit anno Christi 656, quo Petrus defunctus dicitur, vel sequenti, nescitur. Thomam vero e vivis excessisse putat Pagius anno tantum sexcentesimo sexagesimo octavo, vel sequenti. Huic annos tres assignant Theophani insertæ Tabulæ. Zonaras in Constante Aug. et sanctus Nicephorus in Chronographia idem temporis spatium eidem attribuunt, quod Nicephorus Callisti. Cæterum Thomæ apologiam contra Baronium adornare conatus est Pagius.

Ibid. Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ πρωτέκδικος, etc., ἔτη δ', μῆνας. . . . . Sanctus Nicephorus in Chronographia huic Joanni annos quinque et menses novem assignat. Tabulæ insertæ Theophani eidem annos sex attribuunt. At Joannes, ut putat Pagius, successit Thomæ in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 668, vel sequenti. Moritur, ut idem scribit, anno Christi 674, aut circiter. Cæterum πρωτέκδικος dicitur *primus defensor Ecclesiæ*. Vide Ducangii *Gloss. Græc.* v. Ἔκδικος.

Ibid. Κωνσταντῖνος καγκελλάριος, etc., ἔτη η', μῆνας ια', ἡμέρας ζ'. Perperam hic Nicephorus Callisti huic Constantino annos octo, menses undecim, et dies septem ascribit; nam in Tabulis Theophani insertis eidem assignantur anni duo. Sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P. Goar eidem attribuit annum unum, menses octo, et dies septem: Constantinus quippe sedem Constantinopolitanam anno Christi 674 accepit: moritur vero anno 676, ut pluribus docet Pagius.

Ibid. Θεόδωρος πρεσβύτερος, etc., ἔτη β'. Huic Theodoro in Tabulis Theophanis anni duo assignantur, quemadmodum et in Chronographia sancti Nicephori, nisi quod ibidem menses insuper tres eidem attribuuntur. At Baronius, qui annos decem Petro uni e decessoribus Theodori ademerat, loco *annos duos*, *annos duodecim* legendum contendit, et sic annos duodecim sedisse Theodorum asserit; sed falli hac in re doctissimum cardinalem ostendit Pagius: qui etiam scribit Theodorum thronum Constantinopolitanum nactum fuisse anno Christi 676, et ab eadem sede dejectum anno 678. Cæterum qua de causa Theodorus patriarchatu spoliatus fuerit, non satis liquet, licet Baronius id factum putet ob hæresis causam.

Ibid. C. Γεώργιος πρεσβύτερος, etc. ἔτη ς', μῆνας γ'. Perperam huic Theodoro tribuuntur anni tres totidemque menses in Chronographia sancti Nicephori ex editione R. P. Goar, et in nostra anni duo, menses tres. Potior fides habenda hac in re Theophani qui ad annum 17 Constantini Pogonati loquens de Georgio ait, annum patriarchatus ejus tertium numeratum fuisse, cum ageretur sancta œcumenica synodus, additque eidem post synodum alios tres in dignitate exactos esse: Διατελεῖ ὢν ἐν τῇ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου ἔτος ἄγοντος τῆς πατριαρχίας γ', καὶ μετὰ τὴν σύνοδον πατριαρχήσαντος ἄλλα ἔτη γ'. *Patriarcham nimirum agente in sancta œcumenica synodo Georgio, cujus patriarchatus annus tertius numerabatur: cuique post synodum alii tres in dignitate exacti sunt.* In Tabulis Theophani insertis anni etiam sex Georgio attribuuntur. Georgius igitur anno Christi 678 patriarchatum suscepit. Moritur autem, seu, ut scribit hic Nicephorus Callisti, e sede pellitur, anno 685.

Ibid. Καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν, etc., ἔτος α', μῆνας ι'. Theodoro restituto Nicephorus in Chronographia tam ex editione Scaligeriana quam R. P. Goar annum unum et menses tres assignat; at in nostra editione annus unus et menses decem eidem attribuuntur; et ita habuit exemplar, quo usus est Baronius. Verum hac in re potior fides habenda Theophani qui cum in Tabulis tum ad 17 Constantini Pogonati Theodoro restituto annos tres ascribit. Igitur Theodorus restitutus fuit post Georgium anno Christi 685. et pervenit usque ad annum 686. Fallitur itaque hic Nicephorus Callisti dum Theodori totum episcopatus tempus annis tribus et mensibus aliquot coarctat, ut ex prædictis liquet.

Ibid. Παῦλος ἀπὸ λαϊκῶν, etc., ἔτη ς', μῆνας η'. Totidem anni totidemque menses Paulo attribuuntur et in Chronographia sancti Nicephori. At Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati eidem annos septem assignat. Igitur Paulus qui Theodoro successit anno Christi 686, mortem obiit anno 693. Cæterum quod dicitur Paulus ex laico a secretis electus, id etiam confirmat Agatho in sua Peroratione, ubi scribit, se cum eodem Paulo tum laico et imperatori a secretis, universa in sexta synodo mota, quæsitaque ordine assectatum esse, seque Actorum sextæ synodi scribam exstitisse.

Ibid. Καλλίνικος πρεσβύτερος, etc., ἔτη ιβ'. Huic patriarchæ tam Nicephorus in Chronographia, quam Theophanes in Tabulis annos duodecim assignat. Successit quippe Paulo anno 9, Justiniani 2, Christi 693. Pellitur e sede Callinicus ac orbatus oculis Romam relegatur anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, hoc est, anno Christi 705. Cæterum non Callinicus patriarcha, ut putavit Baronius, sed Paulus synodo Trullanæ præfuit, uti pluribus ostendit Pagius.

Ibid. D. Κῦρος πρεσβύτερος, etc., ἔτη ς'. Theophanes anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, nimirum Christi 705, Cyrum in locum Callinici suffectum fuisse scribit: Καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κῦρον ἐν τῇ νήσῳ Ἀμαστρις ἔγκλειστον ὄντα, ὡς προσημάναντα αὐτῷ τὴν τῆς δευτέρας βασιλείας ἀποκατάστασιν προεβάλετο. *Et in ejus locum Cyrum quemdam in Amastri insula monachum inclusum, quod imperii secundo gerendi vaticinium edidisset, suffecit.* Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori, quam in Tabulis Theophanis anni sex assignantur. At perperam idem Theophanes ad annum 11 Constantini Pogonati annos duos eidem patriarchæ attribuit. Pellitur autem a Philippico e sede Cyrus statim primo imperii ipsius anno; cujus quidem initium alii numerant a die 15 Augusti, alii a mense Decembri anni Christi 711. Cæterum Baronius huic patriarchæ titulum confessionis ascribit, et Bollandus ad diem 8 Januarii eum inter sanctos collocat, quod Græci eodem die in Menæis eum celebrent tanquam religionis causa exulem.

Ibid. Ἰωάννης διάκονος, etc., ἔτη δ', μῆνας. . . . . Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori quam in Tabulis Theophanis insertis anni tantum tres assignantur. Idem habet laudatus Theophanes in Chronico ad annum 17 Constantini Pogonati, ubi sic legitur: Μετὰ δὲ ἔτη

Digitized by Google

γ', τελευτήσαντος Ἰωάννου, μετατεθῆναι Γερμανὸν ἀπὸ Κυζίκου, etc. *Post annos tres vero mortuo Joanne, Germanus Cyzico translatus est*, etc. At si initium primi anni imperii Philippici sumendum est a die 15 Augusti anni Christi 711, ut nonnulli putant, anni quatuor optime videntur attribui huic patriarchæ a Nicephoro Callisti; siquidem Philippicus, uti supra diximus, ipso sui imperii initio, dejecto e sede Cyro, Joannem quemdam, ut scribit Theophanes, improbitatis ac pravæ opinionis consortem in ejus locum substituit: Κῦρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξώθησεν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συναιρετικὸν προεβάλετο. *Cyro vero patriarchæ sede ab eo dejecto, Joannem quemdam improbitatis et pravæ opinionis consortem in ejus locum promovit.* Germanus e Cyzicena metropoli transfertur atque in locum Joannis substituitur anno 2 Artemii, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, hoc est, anno Christi 715, ut tradit laudatus Theophanes ad eumdem Artemii annum: Τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, ιγ' ἰνδικτ., μηνὶ Αὐγούστῳ ια', μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυζίκου εἰς ΚΠ. *Eodem porro secundo anno imperii Artemii, qui etiam Anastasius, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, e Cyzicena metropoli CP. Germanus translatus est.* Cæterum fallitur Baronius, uti optime monet et Pagius, dum Joannem hunc depositum fuisse ait, teste Theophane, cum Theophanes contraria scribat ad annum 17 Constantini Pogonati; quem quidem Theophanis locum paulo superius proponimus. Zonaras Joannem post triennium exauctoratum fuisse narrat; verum cum nemo alius, quod sciam, hujus depositionis meminerit, potior procul dubio hac in re fides habenda Theophani.

Col. 457 D. *Γερμανὸς ὁ μέγας*, etc. *Ἔτη ιε'.* Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati et in Tabulis Germano patriarchæ annos quindecim assignat. At idem Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri eidem annos quatuordecim, menses quinque, et dies tres attribuit. De hujus patriarchæ sedis tempore sic scribit Pagius: Quare cum episcopus Constantinopolitanus die 11 mensis Augusti anni Christi 715 consecratus fuerit Germanus, ut patet ex Theophanis capite præcedenti laudato loco, liquet Baronium sancti Germani ordinationem in annum 714 perperam contulisse; sic enim non annos quatuordecim, sed quindecim integros cum aliquot mensium appendice pontificatum tenuisset. Liquet secundo, loco horum verborum, *dies tres*, legendum esse cum Anastasio, auctore Miscellæ, et Cedreno, *dies septem*. Sic Pagius. At perperam; nam melius legendum *dies tres*: siquidem a die 11 mensis Augusti, anni Christi 715, quo Germanus consecratus fuit episcopus Constantinopolitanus ad diem 22, anni Christi 730, quo Anastasius in ejus locum suffectus est, intercedunt anni quatuordecim quinque et dies tres.

Ibid. *Ἀναστάσιος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη κδ'.* Huic impiissimo Anastasio annos viginti quatuor assignat et Theophanes non solum in Tabulis, sed etiam ad annum 17 Constantini Pogonati. Eumdem annorum numerum ipsi attribuit sanctus Nicephorus in Chronographia ex nostra editione; at ex editione R. P. Goar anni 21 perperam eidem ascribuntur; siquidem Anastasius die vicesima secunda mensis Januarii anni Christi 730, in locum Germani depositi substituitur, ut scribit Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri: Τῇ δὲ κβ' τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς χειροτονοῦσιν Ἀναστάσιον τὸν ψευδώνυμον μαθητὴν καὶ σύγκελλον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Γερμανοῦ συνθέμενον τῇ Λέοντος ἀσεβείᾳ διὰ φιλαρχίαν κοσμικὴν προχειρισθείς; ΚΠ. ψευδεπίσκοπος. *Die autem vicesima secunda ejusdem mensis Januarii Anastasium falsi nominis virum, ivsius A beati Germani discipulum, et syncellum in ejus locum suffecerunt, qui videlicet dominii sæcularis ambitione motus, cum Leonis imperatori assentiret, falsus Constantinopolitanus episcopus est.* Et quidem legendum esse, τῇ δὲ κβ', non vero ut in textu editionis Regiæ habetur, τῇ δὲ ζ' suadent codex Barberinus, Miscella et Anastasius: et quidem dies vicesima secunda mensis Januarii hoc anno cum Dominica concurrebat, qua ordinationes episcoporum fieri solitæ erant, ut supra sæpe monuimus. Moritur sacrilegus Anastasius anno 13 imperii Constantini Copronymi, Christi 753, ut narrat Theophanes eodem loco. De morte Anastasii vide Breviarium historicum sancti Nicephori patriarchæ CP. ex editione Petaviana pag. 205.

Ibid. *Κωνσταντῖνος μοναχὸς*, etc., *ἔτη ιβ'.* Huic patriarchæ annos duodecim assignant sanctus Nicephorus in Chronographia, et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Verum Pagius qui existimavit statim post mortem Anastasii suffectum fuisse in ejus locum Constantinum, hoc est, anno Christi 753, nec animadvertit post mortem Anastasii aliquot mensibus Ecclesiam Constantinopolitanam orbatam fuisse pastore, hoc modo ratiocinatur: Constantinus monachus et episcopus Silæi patriarcha Constantinopolitanus ab imperatore renuntiatus fuerat anno Christi 753. Mensis vero Augusti die tricesimo indictione quarta, hoc est, anno 766, imperatorem, ut scribit Theophanes, Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsum postea in exsilium misisse, et in ejus locum mensis Novembris die decimo sexto quintæ indictionis Nicetam consecratum fuisse; ideoque Constantinus sedit annos 13, non vero 12, ut legitur in Chronico Nicephori et in Tabulis Theophanis. At si Pagius non tantum Theophanis versionem, sed ipsum textum Græcum legisset, animadvertisset proculdubio interpretem omisisse in versione numerum indictionis, qui sane in textu Græco septenarius reperitur; insuper ex eodem Theophanis loco, nimirum ad annum 15 Constantini Copronymi intelligere facile potuit Pagius, et Anastasium obiisse hoc ipso anno, et conciliabulum indictum fuisse, ac celebrari cœptum a mensi Februarii die decimo, indictione septima, hoc est, anno Christi 754, et sub finem illius conciliabuli die octavo mensis Augusti ejusdem anni, Constantinum hunc renuntiatum fuisse ab imperatore patriarcham: sic ibi laudatus Theophanes, postquam de Anastasii morte locutus esset, subjungit: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων παράνομον συνέδριον τλὴν ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆς Ἱερείας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχεν Θεοδόσιος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀφιμάρου, καὶ Παστιλλᾶς ὁ Πέργης· οἱ καὶ ἑαυτοὺς τὰ ὄξαντα δογματίσαντες μηδενὸς παρόντος τῶν καθολικῶν θρόνων, Ῥώμης φημὶ, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, ἀπὸ δεκάτην τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι, διήρκεσαν ἕως ἡ' Αὐγούστου τῆς αὐτῆς ζ' ἰνδικτιῶνος· καθ' ἣν ἐν Βλαχέρναις ἐλθόντες οἱ τῆς Θεοτόκου πολέμιοι, ἀνῃρέθη Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἄμβωνι κρατῶν Κωνσταντῖνον μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλαίου, καὶ ἐπευξάμενος ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Κωνσταντίνου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Καὶ τῇ κζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνῃλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνιέρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίσαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσορρόαν Δομασκηνὸν τὸν Μανσοὺρ, ἄνδρας ἁγίους καὶ ἀδεσίμους διδασκάλους. *Eodem etiam anno impius Constantinus adversus sanctas et venerandas imagines illegitimum trecentorum triginta et octo episcoporum in Hieriæ palatio coegit conciliabulum, cujus præses extitit Theodo-*

Digitized by Google

sius Ephesi episcopus Apsimari filius, et Pastillas Pergensis antistes. Isti privatas suas sententias privata auctoritate sancientes, nullo catholicarum sedium, Romæ, dico, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum præsente a mensis Februarii die decimo octavo initio ad Augusti diem octavum cœptis institerunt eadem indictione septima; qua ad Blachernas convenientibus istis Deiparæ adversantis, Constantinus Constantinum monachum, qui Sylæi episcopus fuerat, manu tenens, conscendit ambonem, et clara elataque voce votis conceptis bene precatus: Constantino, inquit, œcumenico patriarchæ multi anni. Et vicesimo septimo mensis Augusti, imperator in forum progressus cum sacrilego Constantino et reliquis episcopis, qui omnes pravam suam hæresim coram universo populo promulgaverunt, et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chrysorrhoam Damascenum Mansuris filium, viros sanctos, et venerandos doctores, anathemate ferire ausi sunt. Eadem fere narrat et sanctus Nicephorus in Breviario historico, postquam de morte Anastasii patriarchæ disseruisset pag. 203 editionis Petavianæ. At idem Nicephorus in Opere ms. cui titulus: *Liber Antirrheticus, cujus duæ partes. Prima: Refutatio et eversio decreti illegitimi et pseudonymi, quod promulgatum est ab iis qui catholicam et apostolicam Ecclesiam deseruerunt, et alienæ sententiæ se accommodarunt ad evertendam divini Verbi incarnationem. Pars altera: Refutatio testimoniorum quæ Iconomachi contra imagines protulerunt.* Hoc, inquam, in opere parte prima cap. 2, laudatus Nicephorus expresse tradit, concilium Copronymianum acephalum fuisse; habitum enim esse Constantinopolitana sede vacante, nec creatum esse novum patriarcham nisi sub finem concilii. Sic ibi ille loquens de episcopis qui illi conciliabulo interfuere, de Constantino Copronymo, necnon de concilio Copronymiano: Οὗτοι δὴ οὖν οἱ τῶν ἱερῶν χώρων καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ Χριστιανικοῦ λόγου μακρὰν τὴν κατὰ τῶν ἁγίων φέρουσι ψῆφον, ἠγερμόα καὶ διδάσκαλον τῆς ἀσεβείας ἔχοντες τὸν ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβοημένον μετὰ τῆς ἐνδοξείσης αὐτῷ παροράσει θεοῦ ἐξουσίας. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἄθεον ἐργαστήριον ἀκέφαλον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἄχρηστον καὶ ἀπαράδοτον, ἵνα τοῖς αὐτοῖς ἐκείνων λόγοις χρησώμεθα, δικαίως ἂν καλοῖτο. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς βασιλευούσης ὑρόνος ἀρχιερέως ἔρημος τὸ τηνικάδε ἐτύγχανε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τέλει τῶν παρ' αὐτοῖς σκευωρηθέντων ἀναγορεύει καὶ προχειρίζεται ὁ Μαμώνα, τὸν ὁμώνυμον Κωνσταντῖνον, τὸν δύστηνον ὄντως καὶ τρισάθλιον, ἀθύρμως καὶ ἀνιέρως, ἐπὶ ὀλέθρῳ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, τῆς βασιλίδος ἐπισκοπον· ὃν καὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἱερομύστου πλείστας ὅσας ὕβρεις κατέχεε· πολλάκις παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ κακοδοξίᾳ ἐπιλεγμένος. *Hi igitur a sacris locis omnique sacerdotali ac Christiano statu procul dissiti, in sanctos sententiam ferunt, impietatis suæ ducem ac magistrum nacti impietate celebrem, post quam permittente Deo imperium adeptus est. Itaque impia hæc officina vere capitis expers, inutilis ac traditione destituta (ut ipsorum verbis utamur) merito vocaretur. Quandoquidem et sedes Constantinopolitana tunc temporis vacavit. Nam sub finem eorum quæ ipsi impie moliti sunt, Mamonas, cognomine sibi Constantinum, injelicem sane ac miserrimum, nefarie ac impie episcopum Constantinopolitanum renuntiat ac creat, in animæ ac corporis sui exitium. Unde et a Romano antistite plurimas contumelias retulit: sæpenumero ab ipso ob pravam doctrinam reprehensus.* Sic sanctus Nicephorus in laudato opere ms., ubi quamplurima alia ignota habentur spectantia ad concilium Copronymianum. Sed quia propediem prædictum opus sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, una cum aliis omnibus ejusdem sancti operibus tum editis cum ineditis typis mandabimus, duobus in tomis, ideo hic plura exscribere necessarium esse non duximus. Satis quidem superque quispiam ex propositis intelliget, per plures menses vacasse tunc sedem Constantinopolitanam, et non nisi sub finem concilii Copronymiani Constantinum ab imperatore Copronymo nuntiatum fuisse patriarcham. Quod quidem accidit, ut scribit Theophanes, die octavo mensis Augusti, indictione septima, nimirum anno Christi 754, uti paulo superius demonstravimus, non vero anno 753, ut perperam Pagius existimavit. Restat modo ut videamus quo anno Constantinus e sede dejectus fuerit: quod quidem ipse Theophanes facile præstabit dum scribit ad annum 25 Constantini Copronymi, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta, hoc est, anno Christi 766, imperatorem Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsum primum in Hieriam, tum in Principum insulam exsulem deportari sanxisse. Unde liquet Constantinum sedem Constantinopolitanam obtinuisse annis duodecim, et diebus octo. Cæterum de hujus sacrilegi Constantini miserrima morte legendus Theophanes ad annum 27 ejusdem Augusti.

Col. 460 A. *Νικήτας Θλαδίας εὐνοῦχος*, etc., . . . *μῆνας δ'*. Hic pro Θλαδίας, cum sit repetitio omnino inutilis, legendum puto Σκλάβος vel Σθλάβος, aut ὁ ἀπὸ Σκλάβων, ut habetur apud Theophanem, vel ὁ ἀπο Σθλάβων, ut legitur in aliis Catalogis Patr. Constantinop.; nam Nicetas iste eunuchus a Sclavis originem ducebat. Numerus autem annorum sedis hujus patriarchæ, cum lacunosus sit mutilusque in codice regio, supplendus est ex Chronographia sancti Nicephori, et ex Theophane. Huic porro patriarchæ laudatus Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati annos quatuordecim assignat. Sanctus vero Nicephorus editione R. P. Goar annos quindecim eidem ascribit; ex nostra vero editione annos tredecim et menses quatuor. At certum est ex Theophane anno 27 Constantini Copronymi Nicetam eunuchum consecratum fuisse patriarcham Constantinopolitanum die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta, hoc est, annis Christi 766. Τῇ δὲ ἐκκαιδεκάτῃ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος ψήφῳ του βασιλέως χειροτονεῖται Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος ἀθέσμως πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως: *Cæterum mensis Novembris die decimo sexto ejusdem quintæ indictionis Nicetas a Sclavis originem ducens eunuchus præter fas canonum Constantinopolitanus patriarchu imperatoris suffragio consecratur.* Fallitur ergo sanctus Nicephorus dum ait in Breviario historico, pag. 230 editionis Petavianæ, et Constantini depositionem, et Nicetæ electionem contigisse Augusto mense, indictione quarta; quippe Constantinus deponitur, uti supra ex Theophane diximus, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta; Nicetas vero consecratur, uti hic demonstravimus, die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta. Moritur autem Nicetas eunuchus, ut scribit Theophanes ad annum 5 Leonis, die sexto Dominico mensis Februarii, indictione tertia, nimirum anni Christi 780. Τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆ. γ' ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ Κυριακῇ τῆς Τυροφάγου τέθνηκεν Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος πατρ ἀρχης ΚΠ. *Mensis autem Februarii die sexto, eoque Dominico, indictione tertia, die Dominico, quo ante Quadragesimam ultima caseum comedendi fit potestas, Nicetas genere Sclavus, eunuchus, Constantinopolitanus patriarcha diem extremum obiit.* Hinc igitur manifesto liquet Nicetam hunc Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis tredecim mensibus quatuor, utrimque incompletis, ut habetur in Chronographia sancti Nicephori ex nostra editione, ubi eidem anni tredecim et menses quatuor assignantur. Perperam itaque in eadem Chronographia ex editione R. P. Goar huic anni quindecim attribuuntur.

Digitized by Google

Col. 460, A. *Παῦλος ὁ Κύπριος*, etc. *Ἔτη ε'.* Huic patriarchæ annos quinque assignat et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Sanctus Nicephorus vero in Chronographia ex nostra editione annos quinque, menses sex eidem attribuit: ex editione R. P. Goar annos quinque et menses octo. Verum Pagius ibidem loco annos 5 legendum ait annos 4. A sexto enim, inquit, die Februarii anni Christi 780, quo ejus decessor vivere desiit, ad mensem Septembrem præsentis Christi anni, elapsi sunt anni quatuor, et menses octo, utrinque incompleti. Sic Pagius. Cæterum Theophanes ad annum 5 Leonis, postquam de morte Niceræ eunuchi, quæ contigit die sexto mensis Februarii, indictione tertia, anno Christi 780, locutus esset, Secunda, inquit, jejuniorum Dominica Paulus Cyprius vel invitus patriarcha Constantinopolitanus instituitur: Καὶ τῇ δευτέρᾳ Κυριακῇ τῶν νηστειῶν Παῦλος ὁ τίμιος ἀναγνώστης ὑπάρχων Κύπριος τῷ γένει, λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων, μετὰ πολλὴν παραίτησιν διὰ τὴν κρατοῦσαν αἵρεσιν, βίᾳ πολλῇ, χειροτονεῖται πατριάρχης ΚΠ. *Secunda vero jejuniorum Dominica Paulus venerabilis lector, Cyprius natione, doctrina et virtute præstans, quamvis ob hæresim, quæ tunc obtinebat, multum reluctaret, imo vim omnino passus Constantinopolitanus patriarcha instituitur.* Idem Theophanes ad annum 4 Constantini filii Irenes Pauli mortem indicat inquiens die tricesimo primo mensis Augusti indictione septima, hoc est, anno Christi 784. Paulum Cyprium, cum in morbum incidisset, inscia Irene imperatrice throno nuntium remisisse, et in Flori monasterio monasticum habitum assumpsisse, et haud diu post ad Deum migrasse.

Ibid. *Ταράσιος*, etc., *Ἔτη κα'.* Tarasio patriarchæ annum unum et viginti assignat et Theophanes: sic etiam habet et sanctus Nicephorus in Chronographia, nisi quod eidem insuper dies duos attribuit. At Tarasium anno uno et viginti, mensibus duobus, non vero diebus administrasse Ecclesiam Constantinopolitanam colligitur ex eodem Theophane: quippe Tarasius renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut scribit laudatus Theophanes ad annum 5 Constantini filii Irenes, die quinto supra vicesimum mensis Decembris, indictione octava, hoc est, anno Christi 784. Moritur autem Tarasius, ut tradit idem scriptor, ad annum 4 Nicephori, die vicesimo quinto mensis Februarii, indictione decima quarta, videlicet anno Christi 806. Ignatius item diaconus in Tarasii Vita, cap. 11 ait cum e vita migrasse hac ipsa die Februarii, postquam viginti et duos annos pontificalem cathedram decorasset.

Ibid. *Νικηφόρος*, etc., *Ἔτη θ'.* Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati Nicephoro annos octo assignat; at in Tabulis ipsius anni novem eidem attribuuntur. Ignatius vero diaconus in Vita sancti Nicephori ei annos novem, uno mense demptо, adscribit: quem quidem numerum optime quadrare scribit Pagius ad annum Christi 814, siquidem, ut tradit Theophanes, ad annum 6 Nicephori imperatoris, sanctus Nicephorus electus fuit patriarcha Constantinopolitanus mensis Aprilis die duodecima magna Paschatis Dominica, indictione decima quarta, numerum anno Christi 806. Dignitate autem motus est Nicephorus et in exsilium missus, ut scribunt Theophanes presbyter in Oratione de Translatione ejus reliquiarum et Ignatius diaconus in ipsius Vita, die 13 Martii anni Christi 815. Sed quia de hujus sancti patriarchæ annis ac scriptis pluribus acturi sumus in Præfatione ad ejusdem Opera, quæ propediem typis mandabimus et quorum conspectum paucis ab hinc annis edidimus, ideo hic pauca, quæ diximus, sufficient.

Ibid. B. *Θεόδοτος ὁ Μελισσηνός*, etc., *Ἔτη ς'.* Statim ac ejectus fuit in exsilium sanctus Nicephorus, in ejus locum suffectus Theodotus pseudo-patriarcha, ut scribit Ignatius diaconus in Vita sancti Nicephori num. 73. Hunc Cassiteram cognominatum ait Leo Grammaticus in Leone Armeno, pag. 446. Sed eum pluribus describit Anonymus continuator Theophanis, pag. 441, qui etiam tradit ordinationem ejus factam Paschatis festo; Paschа autem incidebat anno Christi 815, in diem primum mensis Aprilis. Moritur autem impius Theodotus anno Christi 821, ut apparet ex Symeone logotheta, qui in Michaele Balbo, pag. 412, antequam Theophili inaugurationem narrasset quæ contigit anno Christi 821, eo tempore, inquit, summum sacerdotium Antonius Sylæi tenebat. Igitur Zonaras, qui Theodoto annos sex optime assignat, perperam ejusdem mortem tardius differt.

Ibid. *Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Συλαίου*.., etc., *Ἔτη ιγ'.* Huic patriarchæ annos tredecim et Zonaras ascribit. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori anni duodecim eidem assignantur. Et hic quidem numerus optime quadrare videtur si anni duodecim utrinque incompleti dicantur; Antonius quippe, uti capite præcedenti diximus, pontificatum iniit anno Christi 821. Moritur autem anno 832, cum Joannes seu Jannes, qui ei in pontificatu successit, ordinatus fuerit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, ut scribit continuator Constantini Porphyrogeniti, ejusdem anni. Cæterum falluntur Curopalata et Cedrenus qui Antonii patriarchæ nullam mentionem faciunt; cujus quidem præter alios scriptores meminit et Theophanes presbyter in oratione de Translatione reliquiarum sancti Nicephori; Nicetas item in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP., ubi Antonium hunc cognominatum fuisse Byrsodepsam tradit.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰαννῆς μάντις*, etc., *ἔτη η', μῆνας γ'.* Zonaras pag. 153 perperam Joanni annos tantum sex attribuit. Melius autem in Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori huic patriarchæ anni novem assignantur. Joannes porro, ut tradit continuator Constantini Porphyrogeniti, ordinatus fuit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, hoc est, anni Christi 832. Fallitur igitur Baronius qui initium pontificatus Joannis anno 835 consignat, uti optime animet Pagius. Pellitur autem e sede Joannes cum in hæresi esset obstinatus paulo post mortem Theophili, hoc est, anno Christi 842, uti apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, et ex infra dicendis; unde etiam liquet Joannem annos decem incompletos sedisse. Cæterum de hoc Joanne seu Janne patriarcha pluribus agit laudatus Scriptor anonymus pag. 96.

Ibid. *Μεθόδιος*, etc., *ἔτη δ', μῆνας β'.* In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Methodio anni quatuor et menses tres assignantur; verum Pagius Methodium sedisse ait annis quatuor et viginti sex diebus, die emortuali excluso; quippe a die 12 Februarii in quam Dominica incidebat anno Christi 842, et qua Methodium ordinatum fuisse apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, ad diem 14 Junii, qua Methodius obiisse dicitur in Vita sancti Joannicii abbatis apud Surium ad diem 4 Novembris, hoc est, anno Christi 846, ut scribit laudatus Pagius, intercedunt anni quatuor, menses quatuor, et viginti sex dies, die emortuali excluso.

Ibid. C. *Ἰγνάτιος*, etc., *ἔτη ια'.* In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Ignatio anni undecim et menses quinque assignantur. Auctor Libelli synodici, qui eo tempore vivebat, annos undecim, menses quatuor, dies viginti eidem attribuit. Nicolaus vero papa in epistola 2 ad imperatorem Michaelem ait, Ignatium per duodecim fere annos regiæ urbis innocue sacerdotium egisse. Certum tamen est,

Digitized by Google

ut scribit Pagius, Ignatium anno Christi 846, die quarto mensis Julii, in quam Dominica incidebat, ordinatum fuisse : et eumdem postmodum e sede pulsum anno 857 die vicesima tertia mensis Novembris. Unde liquet auctorem Libelli synodici optime Ignatio annos undecim, menses quatuor, et dies viginti assignasse ; et eodem anno Theodoram ex aula, et Ignatium e sede Constantinopolitana ejectos fuisse, uti laudatus Pagius pluribus demonstrat.

Col. 460, C. *Φώτιος*, etc., *ἔτη θ'*. Photius, ut scribit Nicetas in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP. hactenus laicus, ordinatus fuit a Gregorio Asbesta Syracusano archiepiscopo, qui ab aliquot annis a sancto Ignatio dignitate ob improbitatem motus erat ; et quidem Photius hunc in modum, ut idem scribit, ordinatur : primo die monachus ex laico, altero lector, tertio subdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, sexto denique, Decembris die 25, Natali Christi sacro, anni scilicet Christi 857, episcopus consecratur. Pellitur autem e sede Photius a Basilio Macedone et in monasterium Scepen relegatur postero die quam renuntiatus erat imperator idem Basilius, ut scribit laudatus Nicetas, hoc est, die vicesima quinta mensis Septembris anni Christi 867. Igitur Photius sedit annis novem et mensibus novem.

Ibid. *Ἰγνάτιος πάλιν ἔτη ια'*. S. Ignatius in sedem restituitur, ut scribit Nicetas Paphlago in ipsius Vita, die 23 mensis Novembris, anni scilicet Christi 867, cum per annos undecim utrinque incompletos absque episcopatu vixisset. Moritur autem Ignatius, ut scribit idem Nicetas, die 23 mensis Octobris, anni Christi scilicet 877, ut ait Pagius. Itaque Ignatius præfuit iterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis novem mensibus undecim.

Ibid. *Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἔτη θ'*. Photius, mortuo Ignatio, iterum sedem Constantinopolitanam occupat, nonnum toto triduo elapso a morte Ignatii, ut scribit Nicetas in ejus Vita, die scilicet vicesima sexta mensis Octobris anni Christi 877. Pellitur autem e sede Photius a Leone Philosopho, ut scribit Leo Grammaticus, et in Armeniacorum monasterium, Bordi dictum, relegatur anno Christi 886, ut constabit ex iis quæ dicturi sumus de Stephano, qui ei in patriarchatu successit.

Ibid. *Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη γ'*. Stephanus Basilii Macedonis filius post patris obitum, a Leone Philosopho fratre patriarcha renuntiatur, qui, ut scribit Leo Grammaticus, imminentibus Christi Natalitiis, patriarcha consecratus est a Theophane primæ post patriarcham sedis episcopo, anno scilicet Christi 886. Georgius item Monachus Stephanum ante Christi Natalem patriarcham ordinatum fuisse tradit. Perperam autem hujus patriarchæ sedis tempus intra triennium concludunt Nicephorus Callisti et Cedrenus ; siquidem Stephanus thronum Constantinopolitanum tenuit annis sex, mensibus quinque ; ut produnt Leo Grammaticus, continuator anonymus Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius Monachus ; qui sane mense Maio anni octingentesimi nonagesimi tertii ad Deum migravit, ut ostendit Pagius ad annum Christi 888, quo anno perperam Stephani mors a Baronio consignatur.

Ibid. *Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη β'*. Sanctum Antonium Cauleam renuntiatum fuisse patriarcham mense Maio anni Christi octingentesimi nonagesimi tertii ; fatis vero functum anno 895, pluribus ostendit Pagius ad annum Christi 890. Cæterum hujus sancti patriarchæ memoria colitur cum a Græcis tum a Latinis die 12 mensis Februarii ; et in Actis Bollandianis ad eumdem diem Februarii recitatur : *Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris, seu Vita encomio contexta, magni inter Dei pontifices et admirabilis inter patriarchas Antonii.* In hac quidem oratione Antonius ob egregias ipsius virtutes, præsertim liberalitatem in pauperes valde celebratur.

Ibid. *Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἔτη ια'*. Huic patriarchæ annos undecim et Zonaras assignat ; Nicolaus quippe mysticus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus anno Christi 895, ut scribit Symeon logotheta, qui Antonii mortem et hujus ordinationem cum anno Leonis decimo copulat. Pellitur autem Nicolaus in exsilium a Leone quod ejus quartas nuptias improbaret, ac propterea eumdem Ecclesiæ liminibus excluderet, anno Christi 906, uti plurium scriptorum auctoritate docet Pagius.

Ibid. D. *Εὐθύμιος*, etc. *ἔτη ε', ἥμισυ*. Euthymius Syncellus, vir religiosus ac pius, eodem tempore quo in exsilium missus fuit Nicolaus, renuntiatur a Leone imperatore patriarcha Constantinopolitanus. Pellitur vero postmodum in exsilium Euthymius ab Alexandro ipso imperii ejus initio, anno scilicet Christi 911, uti ex dicendis patebit.

Ibid. *Νικόλαος αὖθις*, etc., *ἔτη ιγ'*. Alexander imperator ipso imperii initio, pulso e sede Constantinopolitana Euthymio, Nicolaum Mysticum in eamdem restituit anno Christi 911, ut scribunt incertus continuator Theophanis pag. 233, Symeon logotheta pag. 471, et Georgius Monachus pag. 563. Verum in epistola ad papam Romanum, quam Latine Baronius edidit ad annum 912, Nicolaus ipse testatur restitutum se fuisse ab ipsomet Leone : *Ille vero (Leo) antequam e vita migraret, agnovit flebiliter errorem suum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore et deprecatore (aderam enim tunc forte ab exilio revocatus, ab eoque Ecclesiæ gubernationi restitutus)*, etc. Sed huic difficultati præsto occurrit Pagius inquiens : Sed auctores isti cum Nicolao conciliari possunt, licet fatendum sit, eos subobscurius locutos. Georgius enim Monachus in Leone, num. 44, refert, hunc imperatorem cœliaco morbo ægrotantem, *Alexandrum fratrem suum imperii clavo* præfecisse. Quare, vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exsilio revocatus est, et gubernationi Ecclesiæ Constantinop. restitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. 1, de hoc imperatore scribit : *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha ; eumdemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque in Manaura concilio, adductoque Euthymio e Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere.* Narratis injuriis tunc Euthymio illatis, subdit : *Rursusque ad Agathi relegatus est*, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ. Ex his verbis apparet, *Euthymium* bis in exsilium actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeste supponit, cum ait mortuo Leone adductum esse Euthymium *ex Steno, Agathique monasterio*, et relata solemni ejus depositione subjungit, *rursusque ad Agathi relegatus est*. Sic Pagius ; qui procul dubio egregie fallitur, dum ita locum Georgii monachi intelligit, cum ille omnino diversa dicat. Laudatus quippe scriptor mortuo Leone Nicolaum ex Galacrenis adductum esse tradit, non vero Euthymium ex Steno ; cum tunc primum postquam restitutus fuit Nicolaus, Euthymius in Stenum relegatus fuerit ; quem quidem postmodum coacto in Magnaura concilio ex Steno adductum coram omnibus deposuit, ac innumeris injuriis eidem illatis rursus ad Agathi monasterium ablegavit. Sic Georgius : Ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς Βασιλείου ἔτος ἕν, ἡμέρας χθ', σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. Ἀποστείλας δὲ ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν Εὐθύμιον πατριάρχην, καὶ ἐνεύρονσα τὸ δεύτερον τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην· ἐποίησε

Digitized by Google

δὲ τελέντιον καὶ σύνοδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαναύρᾳ, ἀγαγὼν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀγαθοῦ. Καὶ συγκαθίσας ἅμα Νικολάῳ πατριάρχῃ, ἐποίησαντο τὴν κατ' αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποτιλλοντες τοῦ ἱεροπρεποῦς καὶ ἀξιαγάστου ἀνδρὸς τὴν τιμίαν αὐτοῦ γενειάδα, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ ποινὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἃς ἡσύχως καὶ πράως ὑπέμεινεν ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνήρ. Καὶ ὑπερωρίσθη πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ, ἔνθα καὶ τελευτήσας, κατατίθεται ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν τῇ πόλει εἰς τὰ Ψαμαθίου. *Imperavit Alexander Basilii filius annum unum, dies viginti novem cum Constantino Leonis filio. Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha; eumdemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque in Manaura concilio, adductoque Euthymio ex Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere, indignis modis vellentes sacri viri, ac decori, digneque suscipiendi, venerabilem barbam, aliasque quasdam injurias ac pœnas illi inferentes, quas vir venerabilis ac sacer sedato, ac silentio, placideque ferebat. Rursusque ad Agathi relegatus est; ubi et vita functus, deponitur in suo monasterio in urbe ad Psamathi ædes.* Ita et incertus continuator Theophanis pag. 233, necnon Symeon logotheta pag. 471, nisi quod hic secundus addit statim id factum ab Alexandro: Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος ἀποστείλας εὐθὺς, etc., hoc est, statim post Leonis obitum, vel statim ac una cum Constantino post Leonis mortem imperare cœpit. Huic patriarchæ annos tredecim attribuunt etiam incertus continuator Theophanis, et Georgius monachus. At melius Symeon logotheta huic annos 14 assignat; quippe Nicolaus restitutus fuit in sedem ab Alexandro imperatore, anno Christi 911, uti supra demonstravimus; obiit autem idem patriarcha, ut ipsi scribunt, die quinta decima mensis Maii, indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 925, unde annos 14, et non 13, eum sedisse necessario dicendum est. Cæterum scribæ incuria legitur in Symeone logotheta ἰνδικτιῶνος γ', pro ιγ'. Perperam et Baronius Nicolai patriarchæ mortem ad annum Christi 930 distulit, uti ex dictis liquet.

Col. 460, D. *Στέφανος μητροπολίτης*, etc., *ἔτη β', μῆνας ια'*. Huic patriarchæ annos duos et menses undecim assignant et incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius monachus. Stephanus quippe, ut tradunt laudati scriptores, renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus Augusto mense indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 925. Moritur autem die quinta decima mensis Julii, ut ait incertus continuator Theophanis, seu die decima octava ejusdem mensis, ut scribit Georgius monachus, aut, ut tradit Symeon logotheta, die decima octava mensis Junii, indictione sexta; at pro *sexta* legendum esse *prima*, hoc est, anno Christi 928, nemo non videt: nam a mense Augusto anni Christi 925, quo electus fuit Stephanus, ad mensem Julium anni 928, intercedunt anni duo et menses undecim. Cæterum numerus indictionum apud scriptores illius ævi passim corruptus deprehenditur: unde necessario supplendus est ex conjectura.

Ibid. *Τρύφων μοναχὸς*, etc., *ἔτη γ'*. Tryphon ordinatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut tradunt sæpius laudati scriptores, post Theophanem, die quarta decima mensis Decembris, indictione prima, non vero sexta, ut apud eosdem legitur, hoc est, anno Christi 928. Tryphon vero per fraudem depositus indictione quarta, hoc est, anno Christi 931, ut scribit Symeon logotheta, pag. 489. Post hujus abdicationem Ecclesia Constantinopolitana viduata fuit pastore annum unum menses quinque, ut tradunt incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta et Georgius Monachus. Igitur si a die secunda mensis Februarii anni Christi 933, qua Theophylactus ordinatus fuit patriarcha CP., retrocedas per annum unum, et menses quinque, quibus Ecclesia CP. pastore viduata mansit, pervenies procul dubio ad diem secundum mensis Septembris anni 931. Itaque anni tres, quibus Tryphon præfuisse dicitur, integri non fuere. Cæterum qua fraude Tryphon coactus fuit abdicare patriarchatum CP, et cur frans ei structa, pluribus narrat Symeon logotheta pag. 487 et 488, quæ cum sint longiuscula hic non exscribo.

Ibid. *Θεοφύλακτος*, etc. *ἔτη κγ', ἡμέρας κε'*. Theophylactus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus die secunda mensis Februarii indictione sexta, hoc est, anno Christi 933, ut scribunt incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius monachus. Moritur patriarcha. Theophylactus, ut scribit Cedrenus, die 27 mensis Februarii indictione 14, nimirum anno Christi 956. Huic patriarchæ annos viginti tres, et dies viginti quinque assignat et laudatus Cedrenus; scriptores vero post Theophanem sæpe a nobis citati numero rotundo loquentes eidem annos viginti quatuor attribuunt. Cæterum hujus patriarchæ perditos mores pluribus laudati scriptores describunt.

Col. 461 A. *Πολύευκτος*, etc., *ἔτη ιδ'*. Sanctus Polyeuctus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus die tertia mensis Aprilis indictione 14, ut scribit Cedrenus; quo quidem anno scilicet 956, feria quinta in Cœna Domini cum die tertia Aprilis concurrebat. Moritur sanctus Polyeuctus die tricesima quinta a quo acclamatus fuit imperator Joannes Zimisces, ut scribunt Cedrenus et Zonaras; quod quidem accidit die undecima mensis Decembris anni Christi 969. Igitur Polyeucti mors contigit circa diem 16 mensis Januarii anni 970, cum sedisset, ut ex dictis patet, annis tredecim, mensibus novem, et diebus tredecim.

Ibid. *Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνὸς*, etc., *ἔτη δ'*. Basilius Scamandrenus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus Dominica Orthodoxiæ, ut scribit Leo diaconus in Historia ms. Festum autem Orthodoxiæ incidebat hoc anno nimirum Christi 970, in diem 13 Februarii, quæ Quadragesimæ Dominica prima fuit. Pellitur autem e sede Basilius et in exsilium mittitur anno Christi 974, ut scribit Pagius; qui hujus rei testem Leonem diaconum citat, qui de Basilii morte agit cum de iis quæ anno 974 gesta fuere, loquitur. Igitur si hoc anno e vivis Basilius excessit, anni quatuor qui eidem assignantur cum a Zonara, tum hic a Nicephoro Callisti, certe utrinque imcompleti fuere.

Ibid. *Ἀντώνιος ἡγούμενος Στουδ ου*, etc., *ἔτη ς'*. Antonio Studitæ annos sex attribuunt et Zonaras: qui quidem anni utrinque fuerunt incompleti, ut patebit ex iis quæ dicturi sumus de ejus successore Nicolao ex Cedreno et Zonara: Antonius quippe ipso initio anni Christi 974, patriarcha CP. renuntiatus fuit; anno vero 979 ineunte patriarchatum abdicavit.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης*, etc. Totum hoc caput quod cum a librario, tum a typographo depravatum fuit, ita restituendum: Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων, τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ χρόνοις δ' καὶ ἡμίσει ἀποτμάντου μηνάσης, ἔτη ιβ', μῆνας η'. Quæ sic interpretamur: *Nicolaus Chrysoberges sub iisdem imperatoribus, cum Ecclesiæ pastore carnisset ad annos quatuor, et dimidium, præfuit annis duodecim mensibus octo.* Et ita legendum etiam supra in versione. Nam Antonius Studita, uti supra diximus, anno nongentesimo septuagesimo nono ineunte abdicavit patriarchatum: tum Ecclesia CP., ut scribit etiam Cedrenus, cum per annos quatuor et dimidium

Digitized by Google

vacasset, paulo post medium annum nongentesimum octogesimum tertium Nicolaus Chrysoberges patriarcha Constantinopolitanus ordinatur. Huic patriarchæ annos duodecim et menses octo attribuit et laudatus Cedrenus; verum idem scriptor perperam Nicolai mortem, et Sisinnii electionem contigisse tradit indictione octava, hoc est, anno Christi 995, uti monet Pagius, qui anno sequenti id necessario factum esse, ex numero annorum, qui Nicolao a scriptoribus assignantur, demonstrat, et Cedrenum ex ipsomet Cedreno corrigit.

Col. 461, A. *Σισίννιος μάγιστρος ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτη ζ'.* Et sic legendum etiam supra in textu, ubi librarii incuria ἑαυτῆς pro αὐτῆς legitur. Verum fallitur hic Nicephorus Callisti dum Sisinnio annos septem assignat; melius quippe Cedrenus huic patriarchæ annos tres attribuit. Successit porro Sisinnius Nicolao anno Christi 996, uti paulo superius diximus. Obiit vero idem patriarcha, uti ex iis quæ infra dicturi sumus, patebit, anno 999.

Ibid. *Σέργιος*, etc., *ἔτη κ'.* Sergius hic, qui, ut scribit Cedrenus, genus a Photio patriarcha ducebat, suffectus fuit Sisinnio anno Christi 999, ut patet ex eodem Cedreno, qui eidem patriarchæ annos viginti assignat, ac ejusdem mortem contigisse tradit *indictione secunda, mense Julio, anno mundi* 6527 (Æræ nempe Constantinopolitanæ), a nimirum Christi 1019. Cæterum Pagius, cui hac in re molestiam creabat Epistola Petri Antiocheni patriarchæ, quam scripserat ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, anno 1054 data, et a Baronio anno 1019, num. 9, recitata, ut solveret, inquam, Pagius nodum, Sergium hunc patriarcham binominem fuisse asserit; sed cum errasse hac in re ostendit doctissimus P. Lequien in dissertatione quam hic subjungimus. Sic ille: Baronius ad annum Christi 1019, n. 9, ubi ex Curopalata refert in Sergii patriarchæ Constantinopolitani locum suffectum fuisse *Eustathium primum presbyterorum qui erant in templo regiæ;* subjungit hanc observationem. Quod autem idem dicat Sergium sedisse viginti annos integros, subrogatum in locum Sisinnii defuncti, videtur prætermissus ab eo Joannes patriarcha, quem Petrus patriarcha Antiochenus in epistola quam scripsit ad Michaelem Cerularium Constantinopolitanum patriarcham, ponit sedisse ante Sergium, tenuisseque sedem illam vivente Joanne itidem nominato Romano pontifice, ejus nominis decimo nono. Sunt hic recitanda ejus verba, quibus plenissima fides astruitur. Sic se habent: *Et hac in re ego quidem testis fidus et alii multi Ecclesiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ patriarchæ domini Joannis, Romanus pontifex Joannes etiam nuncupatus, in sacris diptychis habebatur, et cum Constantinopolim quadraginta quinque adhinc annis venissem, invem tempore beatæ memoriæ domini Sergii prædictum Joannem in sacra Missa una cum aliis sanctissimis relatum.* Hæc Petrus Antiochenus de rebus gestis suo tempore quas et vidit. Cum igitur hæc ita se habuisse noscantur, longe minor erat Sergii episcopatus numerus, totque annos sit necesse minui a sede Sergii, quot tenuerit eam idem Joannes. Hæc illustrissimi Annalium ecclesiasticorum parentis observatio crucem fixit clarissimo critico Antonio Pagi, cum non solum ex Curopalata, verum et ex aliis Byzantinæ scriptoribus, et omnibus, qui plurimi sunt, Constantinopolitanorum patriarcharum Indicibus et Catalogis pateat, nullum qui Joannes nominaretur, Regiæ hujus urbis sedem tenuisse. A quo negotio ut se expediret, hoc statuit vir pererudituus. Ex illis Petri Antiocheni verbis tantum sequitur, Sergium patriarcham Constantinopolitanum binominem fuisse, et Joannem etiam appellatum. Sergium enim annos viginti Ecclesiam Constantinopolitanam administrasse, non tantum Curopalates et Cedrenus, sed etiam Zonaras et auctor Catalogi episcoporum Byzantinorum lib. IV Juris Græco-Romani relati, fidem faciunt. Sic præstantissimus Pagius secare tentavit nodum, quem solvere facili negotio poterat ex accuratiori editione Græco-Latina epistolæ Petri ad Michaelem Cerularium, quam Joannes Cotelerius publici juris fecit t. II, *Monum. Eccl. Græc.* Ex ea siquidem compertum habemus Joannem illum patriarcham Antiochenum fuisse, non Byzantinum. Ἐπὶ δὲ τούτοις, inquit Petrus n. 5, καγὼ μάρτυς ἀπαράγραπτος, καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐλλογίμων πολλοί, ὅτι ἐπὶ τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας κυρῷ Ἰωάννῃ, ὁ πάππας τῆς Ῥώμης Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ἀκούων ἐν τοῖς διπτύχοις ἀνεφέρετο. Καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸ χρόνων τεσσαράκοντα καὶ πέντε εἰσελθὼν εὗρον ἐπὶ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Σεργίου τὸν δηλωθέντα πάππαν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον. *Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, aliique mecum plures eorum qui in Ecclesia clari sunt, quod sub beatæ memoriæ patriarchæ Antiochiæ domno Joanne, papa Romæ, ipse etiam Joannes nominatus, in sacris diptychis referretur. Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta et quinque cum venissem, reperi sub beatæ memoriæ patriarcha domno Sergio prædictum papam in sacra Missa cum aliis patriarchis referri.* Quamobrem Baronius subindeque Pagius ex imperfecta vitiosaque Metii translatione Epistolæ Petri Antiocheni decepti fuerunt.

Ibid. *Εὐστάθιος*, etc., *ἔτη δ'.* Sergio mortuo, in ejus locum suffici tur Eustathius, Palatinæ ædis presbyterorum princeps, anno mundi 6527, ut scribit Cedrenus, hoc est, anno Christi 1019. Eustathius moritur paucis diebus ante mortem Basilii Bulgaricidæ, quæ contigit, ut scribit Cedrenus, *mense Decembri, indictione nona, anno* 6534 (Æræ nempe Constantinopolitanæ, Kalendis Septemb. anni Christi 1025 inchoato). Igitur si Eustathius statim post mortem Sergii, quæ contigit, uti supra ex Cedreno diximus, mense Julio anni Christi 1019, patriarcha Constantinopolitanus renuntiatus fuit, certe Eustathio non anni quatuor, sed anni quinque, menses quatuor, et aliquot dies attribuendi sunt.

Ibid. *Ἀλέξιος*, etc., *ἔτη ιη'.* Alexius statim post mortem Eustathii ab imperatore Basilio Bulgaricida patriarcha Constantinopolitanus renuntiatur; et quidem ipso mense Decembri, anni Christi 1025, quo mortuus est idem Basilius Augustus, cum, ut scribit Cedrenus, Basilio ægrotante renuntiatus fuerit Alexius: Οὗ διαδόχου ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο Ἀλέξιον μοναχὸν, καὶ καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ πεφοιτηκότα μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. Ὃν καὶ πέμψας ἐνθρονίζει διὰ τοῦ πρωτονοταρίου Ἰωάννου, ᾧ συνεργῷ ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν. Καὶ τῇ ἑσπερᾳ ἐτελεύτησε, etc. *In cujus locum imperator substituit Alexium monachum, Studiani monasterii magistrum, qui ad ipsum invisendi causa venerat, afferens secum caput Joannis Baptistæ. Eum ergo cum per Joannem protonotarium, cujus opera in administrandis publicis negotiis utebatur, in solio patriarchæ collocasset, vespere exspiravit.* Moritur Alexius die vicesima mensis Februarii, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum anno Christi 1043. Igitur anni decem et octo qui Alexio assignantur hic a Nicephoro Callisto et a Zonara, fuerunt omnino incompleti, quippe, ut patet ex iis quæ teste Cedreno diximus, Alexius sedit annis decem et septem, ac mensibus fortassis duobus; nam quo die mensis Decembris anni 1025, Alexius

Digitized by Google

r nuntiatus fuerit patriarcha non liquet ex scriptoribus, quod sciam.

Col. 451 B. *Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος*, etc, *ἔτη ιε'*. Michael Cerularius schismatis Græcorum auctor sufficitur Alexio die Annuntiationis festo, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum die vicesima quinta mensis Martii anni Christi 1043. Huic patriarchæ annos quindecim attribuunt et alii Catalogi patriarcharum CP., ideoque Baronius Michaelis Cerularii depositionem anno Christi 1058, collocavit. At Pagius Michaeli Cerulario annos sexdecim et menses tres assignat, eumque e sede pulsum fuisse ait anno Christi 1059, quippe Curopalates, inquit Pagius, asserit Cerularium die festo Archangelorum dignitate depositum esse, cui Zonaras suffragatur. Græci autem, ut in eorum Menologio videre est, festum Archangelorum ac sancti Michaelis bis in anno celebrant, die nempe octava Junii, et die sexta Septembris.

Ibid. *Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἐπὶ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα*, *ἔτη δ', ἥμισυ*. Constantinum Lichudem quem Nicephorus Callisti, seu potius librarius omiserat, hic reponimus inter Michaelem Cerularium et Joannem Xiphilinum ex altero Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano. Huic patriarchæ annos quatuor et sex menses attribuit et Zonaras. Constantinus creatus fuit patriarcha CP. anno Christi 1059, post diem octavum mensis Junii, ut scribit Pagius ex Curopalata; obiit vero circa initium mensis Januarii anni 1064, ut ex infra dicendis patebit.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος*, etc., *ἔτη ιγ'*, *ἥμισυ*. Huic patriarchæ etiam alii Catalogi patriarcharum CP. annos tredecim et menses sex assignant. At melius Zonaras in Michaele Duca Joanni annos undecim et menses septem attribuit, ut patet ex Anna Comnena, quæ, pag. 75, Joannem Xiphilinum obiisse scribit die secunda mensis Augusti indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 1075, unde etiam apparet Joannem ad eam dignitatem evectum fuisse mense Januario anni 1064.

Ibid. C. *Κοσμᾶς ὁ Ἱεροσολυμίτης*, etc., *ἔτη ε', ἥμισυ*. Cosmas successit in locum Joannis anno Christi 1075, ut patet ex paulo superius citato Annæ loco. Abdicavit autem patriarchatum Cosmas, ut scribit laudata Anna, pag. 79, post aliquot dies ab Irene coronata, ipsa memoria confessionis sancti Joannis Theologi, hoc est, die octava Maii; postquam patriarchalem dignitatem tenuisset annos quinque et menses novem: Ὁ μέντοι ἱεροπρεπὴς ἐκεῖνος καὶ πατριάρχης Κοσμᾶς, οὗ καὶ πρότερον διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς κατὰ τὴν μνήμην τοῦ ἱεράρχου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τὴν ἱεροτελεστίαν τελέσας ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἤδη ῥηθέντος σηκῷ, τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον διαπρέψας ἔτη πέντε καὶ μῆνας ἐννέα, παραιτεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἄπεισιν εἰς τὴν τοῦ Καλλίου μονήν, etc. *Interim is cujus superius meminimus patriarcha Cosmas post aliquot ab Irene coronata dies, ipsa memoria sacrorum antistitis Joannis Theologi, peracto sacro in templo ejusdem sancti Apostoli ad Hebdomum sito, patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, postquam eam tenuisset annos quinque et menses novem, secessitque in monasterium Calliæ.* Coronata autem fuit Irene initio mensis Aprilis anni Christi 1081. Memoria vero confessionis sancti Joannis theologi occurrit die octava mensis Maii, qua Græci sancti Joannis Evangelistæ festum celebrant. Cæterum Annæ Comnenæ astipulatur et Zonaras, dum in Alexio imperatore scribit, Cosmam annos quinque et menses novem Ecclesiam CP. administrasse.

Ibid. *Εὐστράτιος εὐνοῦχος*, etc, *ἔτη γ'*. A Eustratio Garidæ annos tres assignat et Zonaras in Alexio Comneno; qui sane scriptor insuper tradit Eustratium post triennium sui patriarchatus dejectum e sede fuisse ab Alexio Comneno ob causam non satis notam. Et quidem spatium trium annorum optime Eustratio convenit; nam, ut patet ex paulo superius citato Annæ loco, Eustratius pontificatum iniit die octava mensis Maii anni Christi 1081. At illam Ecclesiam ultra annum 1884, non rexit, ut patebit ex iis quæ de Nicolao Grammatico ipsius successore mox ex laudata Anna dicturi sumus.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Γραμματικός*, etc., *ἔτη κγ', μῆνας . . . . ἡμέρας ι'*. Nicolao Grammatico in Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano assignantur anni viginti septem et menses tres: Zonaras in Alexio imperatore eidem annos viginti septem attribuit; ideoque anno Christi millesimo centesimo undecimo e vita migravit Nicolaus, uti optime monet Pagius: B quippe thronum patriarchalem ascendit Nicolaus anno Christi 1084, ante mensem Septembrem, ut patet ex Anna Comnena, pag. 273. Καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ πατριάρχου Νικολάου παρόντος· ἔφθασε γὰρ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκέναι θρόνον ἐπινεμήσεως παρισταμένης ἑβδόμης, ἔτους ,ϛφϟβ', μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρίδα παραίτησιν. *Patriarcha ipso præsente Nicolao (nam in patriarchicum jam thronum ascenderat, indictione septima anni sexies millesimi quingentesimi nonagesimi secundi, post Eustratii Garidæ abdicationem*) etc.

Ibid. *Ἰωάννης Ἱερομνήμων*, etc., *ἔτη κγ'*. Joannes Hieromnemon qui, ut scribit Zonaras in Alexio imperatore, tum Chalcedonensi præerat Ecclesiæ, et in litteris cum profanis tum sacris ab ineunte ætate versatus, sufficitur in locum Nicolai, anno nimirum Christi 1111. Hic vero cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis viginti tribus, obiit anno Christi 1134.

C *Ibid.* *Λέων ὁ Στουπῆς*, etc., *ἔτη*, *ἥμισυ*. Leo successit Joanni anno Christi 1a34, qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis octo et mensibus sex, ut scribit hic Nicephorus Callisti, moritur anno 1143, uti optime tradunt Baronius, et Onuphrius in Chron. Eccles.

Ibid. D. *Μιχαὴλ μοναχός*, *ἔτη η' β', μῆνας η'*. Michael hic antea præfectus monasterio in insula, quam ex situ Oxiam vocant, ut scribit Cinnamus, vir liberalibus disciplinis, humanioribusque litteris leviter quidem imbutus, at morum elegantia, rerumque divinarum scientia nemine inferior, teste eodem scriptore, sufficitur in locum Leonis a Manuele Comneno, non vero Michaele, ut perperam scribitur in textu Græco, anno scilicet Christi 1143. Hic cum rexisset Ecclesiam CP. annis duobus et mensibus octo, abdicavit patriarchatum anno Christi 1146, ut scribit Baronius.

D Ibid. *Κοσμᾶς ὁ Ἀττικὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ*, *μῆνας ι', καὶ ἐξεβλήθη*. Additur in Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, καὶ Ἐκκλησία χηρεύουσα μῆνας ι', *et Ecclesia vidua mansit pastore mensibus decem*. Nimirum postquam ejectus fuit e sede Cosmas Atticus; qui sane successit Michaeli anno Christi 1146, et anno sequenti quod Bogomilorum hæresi infectus esset e sede pellitur, ut scribit Cinnamus, lib. II, num. 10, loquens de rebus quæ imperante Manuele gestæ sunt. Allatius lib. II, *De Consensu Eccles. Occident. et Orient.*, cap. 12, pag. 686, affert sententiam adversus Cosmam latam; quæ cum multa contineat ad illius ævi historiam spectantia, ideo hic a nobis integra proponitur. Σημείωμα τῆς καθαιρέσεως τοῦ γεγονότος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κοσμᾶ τοῦ Ἀττικοῦ, ὁμόφρονος ἀποδειχθέντος τῷ Βογομήλῳ Νίφωνι. Ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ συνήθως πιστωθέντα ἐπεσθύη ἔτει

Digitized by Google

ςχνβ', μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις μηνὶ Φευρουαρίῳ κς', ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος δεκάτης, προκαθημένου ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν τοῦ κρατίστου καὶ θεοστέπτου ἁγίου ἡμῶν βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος, κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, παρισταμένων τοῦ πανευτυχεστάτου Καίσαρος κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ῥογερίου, τοῦ πανυπερσεβεστάτου κυρίου Στεφάνου τοῦ Κοντοστεφάνου τοῦ σεβαστοῦ περτάτου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀγγέλου, τῶν ἐξαδέλφων τοῦ κρατίστου, καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ υἱοῦ τῆς πορφυρογεννήτου, καὶ Καισαρίσσης κυρίας Ἄννης, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου, καὶ τοῦ κυρίου Ἀνδρονίκου, καὶ τῶν υἱῶν τῆς πορφυρογεννήτου κυρίας Μαρίας, καὶ αὐταδέλφης αὐτῆς, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ, καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ δικαιοδότου, καὶ ἐπάρχου κυρίου Ἰωάννου τοῦ παρωνητοῦ, τοῦ μεγάλου ἐπιφανεστάτου Κοιαίστορος καὶ κριτοῦ τοῦ Βήλου, κυρίου Βασιλείου, τοῦ Πεκούλου, τοῦ κριτοῦ τοῦ Βήλου, Ἰωάννου ταῦ Ἀλωπᾶ, καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν πολιτικῶν δικαστῶν συμπαρισταμένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων. Εἰ δὲ καὶ ἀνδρὶ παγχύρᾳ τὰ ἴδια χείλη, καὶ λόγοις οἰκείου στόματος ἁλίσκεται ἕκαστος, ὁ ἐπὶ βήματος καὶ ταῦτα βασιλικοῦ, παρισταμένης μὲν τῆς συγκλήτου, συμπαρισταμένης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου πλήθους πολυαρίθμου, τὰ ἐφ' οἷς παρ' ἄλλων ἠτιᾶτο, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καταθέμενος, καὶ οὕτως ἔχειν τὸ ἀληθὲς συνομολογήσας, ὡς οἱ ἀπαγγείλαντες τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσαντο, πῶς οὐχὶ καὶ ἀφυτεύτως, τοῖς τε χείλεσι τοῖς οἰκείοις ἐμπεδοθήσεται, καὶ δικαίως τοῖς τούτων λόγοις, ὡς τισιν ἀῤῥήκτοις πέδαις περισφιγχθήσεται; Τοιοῦτο δὲ καὶ περὶ τὸν πατριάρχην τῆσδε τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κοσμᾶν συμβέβηκε σήμερον. Τῶν τινες γὰρ ἱερωτάτων ἀρχιερέων οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτῳ σκανδαλισθέντες ἐφ' οἷς ἑώρων αὐτὸν ἀνθρώπῳ πρὸ καιροῦ τινος συνοδικῶς ἀποβεβλημένῳ, ὡς ἑτερόφρονι, καὶ ἀλλοτρίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὑφηγουμένῳ τε καὶ διδάσκοντι, καθὼς τὰ ἐπὶ τούτῳ προβάντα συνοδικῶς διέξεισι σημειώματα, τῷ καταράτῳ δὴ τούτῳ, καὶ ἀμονάχῳ λέγομεν Νίφωνι· ὃν καὶ ἐς τοσοῦτον ἡ τηνικαῦτα συναχθεῖσα ἱερὰ ἀπεκήρυξε σύνοδος, ὡς καὶ ἀπρόῖτον εἶναι, καὶ πᾶσιν ἀπαξαπλῶς ἀκοινώνητον μέχρι λόγου ψιλοῦ, καὶ προσῤῥήσεως. Περισσὸν γὰρ τὸ λέγειν περὶ συνεστιάσεώς τε αὐτοῦ καὶ εὐχῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐφ' οἷς κοινωνεῖν ἀλλήλοις εἰωθαμεν. Διὰ γοῦν ταῦτα σκανδαλισθέντες, ὡς εἴπομεν, ὅτιτερ ἀπριξ ἑώρων αὐτοῦ τὸν τοιοῦτον ἀντιποιούμενον, καὶ οὐκ ἐν ὁμιλίαις μόνῳ, καὶ καθ' ἑαυτὸν συνελεύσεσιν, ἀλλὰ καὶ μυρίοις ἄλλοις συγκοινωνοῦντα αὐτῷ, προσῆλθόν τε τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ ὡς οὐ μικρῶς ἐπὶ τοῖς γινομένοις δεινοπαθοῦντες τῇ πανευσεβεῖ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀνήγγειλαν. Ὡς γοῦν οἷος οὗτος διάπυρος τῷ ὄντι καὶ ζηλωτὴς πρὸς εὐσέβειαν μὴ τοιοῦτον εἶναι· ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅλως ἀνεχόμενος σκάνδαλον, αὐτόν τε τὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας, πάντας ἡμᾶς συνεκάλεσατο σήμερον, καὶ ἤρξατο τάχα τὰ κατ' αὐτὸν εἰς τὸ μέσον λαλεῖσθαί τε καὶ ἐξετάζεσθαι, ὁ τῆς ἀληθείας Θεὸς, μεθ' ὅρκου ἰδὼν ὡς ἔοικε, συντριβῆς τε ψυχῆ, καὶ πρὸς αὐτὸν παρακλήσεως ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ τὴν τοῦ παρόντος πεποίητο ζήτησιν αὐτὸν τοῦτον τῇ ἐντέχνῳ τούτου καὶ ἐπιστημοναρχικῇ σοφίᾳ ἐρωτηθέντα, ἐκκαλύψαι τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ χωρίς τινος πεποίηκεν ἐξελέγχοντος. Ὡς γὰρ ἠρωτήθη παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ὁποῖον ἆρα ἔχειν τὸν Νίφωνα, ἀνερυθριάστως οὕτω καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, ὅπερ λέγεται, μὴ αἱρετικὸν ἔχειν τοῦτον ἀπεστοματισεν, ἀλλ' ὀρθόδοξον. Οὕτω γοῦν τοῦ κεφαλαίου δευτέρου τούτου ἐξελεγχθέντος, καὶ προφανῶς ἐναντίου τοῦ πατριάρχου τοῖς συνοδικῶς διεγνωσμένοι, ἀκοδειχθέντος, περιττὸν ἡμεῖς κρίναντες ἅμα καὶ αὐτῷ τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, ὡς καὶ αὐτῷ συνδιαγνωμοῦντι ἡμῖν μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς συγκλήτου τὸ περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονεῖν, ὅπως τε τὰ συνοδικὰ σημειώματα ἠγεῖται ὡς οὐδὲν, καὶ τοῦ οἰκείου μόνου θελήματος ἀντέχεταί τε καὶ περιέχεται· καὶ ὅπως σήμερον εἰς κοινὸν ἁπάντων ἐπήκοον Λὼτ ἑαυτὸν ὄντα ἐν Σοδόμοις ὠνόμασε, πάντες ὁμοῦ κατέγνωμεν καὶ αὐτοῦ, ὡς ὁμοφρονοῦντος τῷ ἀποβλήτῳ καὶ Βογομήλῳ Νίφωνι. Καὶ κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ σημειώματα ἀπόβλητον καὶ ἀνάξιον εἶναι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἀπεφηνάμεθα. Ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ βεβαιωθέντα ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν κάτωθεν δηλουμένων ἐπεδόθη, μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτει ςχνβ'.

Αἱ ὑπογραφαί.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας ὑπέγραψα.

Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀσίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κυζίκου Θεόφιλος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Νικομηδείας Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Χαλκηδόνος Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Γρηγόριος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαοδικείας Βασίλειος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μύρων Θεόδωρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαρίσσης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ῥόδου Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Κερασοῦντος Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Δρίστρας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Χριστιανουπόλεως ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Βυζίης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Λέων ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Παρίου ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Καραβίζης Γρηγόριος ὁ Γαμαλᾶς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Γοτθίας Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἡρακλείας Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἰωάννης παραχωρήσει Θεοῦ μητροπολίτης τῶν Σέρβων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Νικαίας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Βασίλειος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Τυάνων Καππαδοκίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ Καισαρείας τῆς νέας Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα τόνδε τὸν τόμον.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας Μιχαὴλ ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος τῆς τῶν Νικοπολιτῶν ἐκκλησίας Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Τραϊανουπόλεως εὐτελὴς μητροπολίτης Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀμάστριδος Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀπαμείας Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μηθύμνης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μεσήνης Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Ἀρχιδιουφάσιος Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Digitized by Google

Γεώργιος εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Κίου ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Χεραῶνος Θεοφάνης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Sententia depositionis patriarchæ Constantinopolitani Cosmæ Attici, qui una cum Bogomilo Niphone sentire compertus est, extracta, et, ut moris est, corroborata, editaque anno 6652, mense et indictione sententiæ præfixis. Mensis Februarii 26 die 4 indictione 10, *præsidente in palatio Blachernarum potentissimo et a Deo coronato, sancto nostro rege et imperatore domino Manuele Comneno; assistentibus fortunatissimo Cæsare domino Joanne Rogerio, panypersebasto Stephano Contostephano sebastoypertato domino Constantino Angelo, patruelibus potentissimi et sancti nostri imperatoris, domino Alexio filio Porphyrogennetæ, et Cæsarissæ dominæ Annæ, domino Alexio et domino Andronico, et filiis Porphyrogennetæ dominæ Mariæ, et germanæ sororis ejusdem, pansebestato sebasto, et magno drungario, domino Constantino Comneno, pansebestato sebasto dicæodota et præfecto, domino Joanne Paronita, magno et illustrissimo quæstore, et Beli judice, domino Basilio Peculio, judice Beli Joanne Alopa, et aliis non paucis senatoribus, et civilibus judicibus, simul assistentibus, et ecclesiasticis præsidibus. Si homini laqueus sunt validus propria labia, et proprii oris sermonibus singuli capiuntur, qui in suggestu est, eoque imperiali, assistente senatu, assistente etiam divina ac sacra synodo et alia innumera multitudine, de quibus ab aliis in judicium vocabatur, ea ipse per se deponens et ita rem se habere dicens, ut qui ea retulerunt, potentissimo et sancto nostro imperatori narraverunt, quanam ratione propriis labiis, veluti inevitabili lege, non compediretur, jureque merito eorum sermonibus, quasi infragilibus compedibus non adstringetur? Tale quid et patriarchæ reginæ hujus urbium Cosmæ hodie accidit. Namque, cum nonnulli sanctissimi antistites illi offensi, quod eum conspicerent hominem paucos ante annos synodo coacta rejectum, tanquam alia sentientem, et a catholica Ecclesia diversa suggerentem edocentemque, ut sententiæ de eo in plena synodo latæ tradunt; hunc, inquam, scelestum et monachum ementitum Niphonem, quem tum celebrata sacra synodus ita condemnavit, ut nulli accessus ad ipsum concederetur, et a communione omnium, etiam verbulo et salutatione, arceretur; supervacaneum enim erit dicere de convictu illius, et oratione, aliisque quibus mutuo consuescere solemus. Propter hæc itaque offensi, ut diximus, quod viderent patriarcham, hunc hominem mordicus propugnantem, nec in colloquiis tantum et cum ipso conventibus, sed et innumeris aliis illi communicantem, accesserunt ad potentem et sacrum nostrum imperatorem, et pro iis maximum in modum tristes, condolentes, piissimæ illius majestati cuncta nuntiarunt. Ut itaque is est vere inflammatus et zelo ad pietatem succensus, non sustinens simile in Ecclesia offendiculum, patriarcham ipsum, omnesque nos in urbe immorantes, hoc ipse coegit et jam patriarchæ res in medium afferri examinarique cœpta erat: testis veritatis Deus: cum omni animi dejectione, et submissis ad Deum precibus, a Deo coronatus noster imperator de eo quæstionem habens sua artificiosa atque epistemonarchica sapientia, patriarcham interrogavit; qui sua edixit omnia, absque eo quod ullus redargueret. Ab ipso enim imperatore interrogatus, qualem censeret Niphonem esse, impudenter nimis, et aperto capite, quod dicunt, Niphonem non hæreticum, sed orthodoxum se existimare, affirmavit. Hac itaque ratione hoc secundo capite comperto, et palam patriarcham synodicis decretis adversari, supervacaneum rati, quod ipse quoque potentissimus et sanctus noster imperator, qui una nobiscum sententiam ferebat, et ipse senatus senserunt, de eo exactius inquirendum esse, et quomodo synodalia edicta nihili faciat, sed proprio tantum arbitrio adhæreat, illique obsecundet, et quomodo hodie omnibus, audientibus, semet ipsum solum Lot inter Sodomos nuncupavit; omnes simul eum condemnamus, tanquam una sentientem cum ejecto Bogomiloque Niphone, et secundum edictorum tenorem dejicimus, et indignum archieratica dignitate declaramus. Hæc extracta, et inferioribus inscriptionibus corroborata, publicata sunt, mense et indictione supra scriptis, anno 6652.*

Subscriptiones.

Constantinus humilis archiepiscopus metropolis Cæsareæ Cappadociæ subscripsi.

Joannes archiepiscopus Ephesi, et exarchus totius Asiæ, determinans subscripsi.

Humilis metropolita Cyzici Theophilus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Nicomediæ Joannes determinans subscripsi.

Metropolita Chalcedonis Joannes determinans subscripsi.

Metropolita Claudiopolis Gregorius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Laodiceæ Basilius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Myrorum Theodorus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Larissæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Rhodi Nicephorus determinans subscripsi.

Metropolita Cerasuntis Petrus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Dristræ Leo determinans subscripsi.

Constantinus humilis metropolita Christianupoleos determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Buziæ determinans subscripsi.

Leo humilis archiepiscopus Parii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Carabizæ Gregorius Gamalas determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Gothiæ Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Heracleæ Petrus determinans subscripsi.

Jonnnes permissione divina metropolita Sardorum determinans subscripsi.

Metropolita Nicææ Leo determinans suscripsi.

Basilius humilis metropolita Tyanorum Cappadociæ determinans subscripsi.

Cæsareæ Novæ Nicephorus determinans subscripsi hunc tomum.

Humilis metropolita Antiochiæ Pisidiæ Michael determinans subscripsi.

Humilis episcopus Ecclesiæ Nicopolitarum Nicolaus determinans subscripsi.

Sanctissimæ metropoleos Amastridis Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Apameæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Methymnæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Messanæ Joannes determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Arcadiupoleos Nicolaus determinans subscripsi.

Georgius humilis archiepiscopus Cii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Chersonis Theophanes determinans subscripsi.

Verum supra annus mundi secundum æram Constantinopolitanam a Septembri incipientem cor-

Digitized by Google

functus est, legendumque, ut scribit Pagius, anno 6655, qui mense Februario sequentis anni concurrit cum indictione 10 quo feria 4 incidit in diem 26 Februarii. Cæterum Nicetas Choniates lib. II, ubi Cosmæ patriarchæ virtutes describit, et præcipue pietatem ac benignitatem in pauperes, aliam ejus depositionis causam, non hæresim fuisse scribit : Cosmæ, inquit, æmuli ad Manuelem eum calumniantur, quasi Isaacio fratri regnum conciliare studeret; hinc Manuel, Cosmam deturbare cupiens, eum cum Niphone, quo et in mensa et in ædibus utebatur, sentire perperam, fingit, ideoque ut sectatorem ac suffragatorem damnati a synodo hominis, eumdem quoque condemnari jubet; quod quidem et factum fuit; verum in vindictam injustæ depositionis imperatricem nullos mares peperisse, ut ei Cosmas imprecatus fuerat, etc.

Col. 462. D. *Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων*, etc., *ἐπεσκόπησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη γ', μῆνας δ'*. Ex iis quæ capite præcedenti diximus liquet Nicolaum Musalonem in locum Cosmæ Attici suffectum fuisse die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1147, cum sedes Constantinopolitana vacasset post depositionem Cosmæ per menses decem, nimirum a die 26 mensis Februarii ejusdem anni. Hic autem abdicato Cypri archiepiscopatu in monasterium Cosmidii se contulit, cui aliquot annos præfuit, ut habetur in Jure Græc.-Rom. lib. IV, cap. 4, ubi de translationibus episcoporum. Quod vero in hoc capite, et apud Nicephorum Callisti legitur, eum antea fuisse Cypri archiepiscopum, confirmatur ex Cinnamo pag. 47, qui rem totam pluribus tradit hisce verbis : Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικόλαόν τινα, ᾧ Μουσάλων ἐπίκλησις ἦν, ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει· ὃς εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς μὲν πρότερον καταλόγους ἐτέλει, τὸν δὲ τῆς Κυπρίων Ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν, εἶτα ἐθελοντὴς ἐκεῖθεν ἀφίσταται. Ἀλλ' ἅμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγένετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ' αὐτοῦ κεκίνηται στόμα, παρανόμως αὐτὸν ἐπιπηδῆσαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἅτε σὺν τῇ λαχούσῃ τοῦτον Ἐκκλησίᾳ καὶ τὴν ἱερωσύνην ἤδη προσαποθέμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρογνώμων τις ἦν, καὶ τοῦ θρόνου μεθίεσθαι οὐδαμῇ ἤθελεν. Ὡς δέ ποτε βασιλέως τῷ πράγματι διαιτήσοντος, τὴν ἧττονα ἔγνω κληρούμενος, οὐχὶ καὶ εἰσαῦθις ἀναχριθήσεσθαι ἀνασχόμενος, ἀφίστατο τότε τοῦ θρόνου, καὶ καθ' ἑαυτὸν αὖθις ἐβίου. *Imperator Nicolaum quemdam, cognomine Musalonem, ad patriarchalem sedem provehit, qui in ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, Ecclesiamque Cypriorum adeptus, ultro postmodum inde recesserat. Verum ut res administrare cœpit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Sed is obstinatus primo, throno se deturburi haudquaquam passus : ubi autem re ad imperatoris examen delata, male sibi cessurum agnovit, abdicta ultro dignitate, ad vitam rursus privatam rediit.* Nicolaus autem cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis tribus, mensibus quatuor, ut habetur cum in hoc Catalogo Nicephori Callisti, tum in aliis, abdicare coactus fuit patriarchatum circa mensem Aprilem anni Christi 1151. Vide quæ de hoc Nicolao Musalone habet Theodorus Balsamon in Epist. Basil. ad Amphilochium, cap. 69. Cæterum Baronii aliorumque errata quæ in hac re frequentissima occurrunt, longum omnino foret hic recensere.

Col. 463, A. *Θεόδοτος μοναχὸς*, etc., *ἔτη ϛ'*. Nicolao Musaloni successit Theodotus, vir monasticis institutis apprime instructus, ut scribit Cinnamus pag. 47. Quod quidem accidit circa mensem Aprilem anni Christi 1151, uti supra diximus. Obiit autem Theodotus circa mensem Aprilem anni 1153, cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis duobus, ut scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. *Νεόφυτος ἐγκλειστος, ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος ἔτη . . .* Inter Theodotum laudatum et Constantinum Chliarenum recensetur Neophytus cum in Catalogo hic a nobis edito ex jure Græco-Romano, tum in aliis Catalogis; sed quonam hic anno obierit non liquet, cum sedis ejus numerus annorum in laudatis Catalogis non compareat, fortassis temporis injuria deletus. Verum ipse puto hunc Neophytum patriarcham, cum nemo alius ex scriptoribus quod sciam hujus meminerit, commentitium esse, uti ex iis quæ infra dicturi sumus facile videre est. Unde apparebit quanti faciendus sit Catalogus hic Nicephori Callisti, absque cujus subsidio Baronius, Pagius aliique sæpe in errorem prolapsi sunt, ut cuilibet videre licet.

Ibid. *Κωνσταντῖνος*, etc., *ὁ Χλιαρηνὸς ἔτη β'*. Theodoto fatis functo, ut scribit hic Nicephorus Callisti, successit Constantinus Chliarenus, anno nimirum Christi 1153, circa mensem Aprilem : obiit autem laudatus patriarcha Constantinus anno 1155, cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis duobus, ut tradit idem Nicephorus. Huic patriarchæ in aliis Catalogis numerus annorum non assignatur.

Ibid. B. *Λουκᾶς μοναχὸς καὶ Χρυσοβέργης*, etc., *ἔτη ιε', μῆνας γ'*. Lucas Chrysoberges sufficitur in locum Constantini anno Christi 1155. Qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis quindecim, mensibus tribus, ut scribit hic Nicephorus, non ante annum 1169 e vivis excessit. Unde corrigendi sunt Baronius, Pagius, Leunclavius aliique qui ejus mortem prædicto anno non consignant.

Ibid. *Μιχαὴλ διάκονος καὶ σακελλάριος*, etc., *ἔτη η', μῆνας. β'*. Michael diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ successit Lucæ Chrysobergi sub finem anni Christi 1169. Hic cum sedisset annis octo et duobus mensibus, ut scribit Nicephorus, obiit anno Christi 1177.

Ibid. *Χαρίτων μοναχὸς*, etc., *μῆνας ια'*. Chariton initio anni Christi 1177, thronum Constantinopolitanum conscendit, ut patet ex annis quæ ipsius decessoribus assignat Nicephorus, et ex iis quæ dicturi sumus de ejus successore. Huic patriarchæ catalogus Onuphrii in Chron. Eccles. perperam annum unum, menses duos, et dies..... assignat. Moritur autem Chariton sub finem hujusce anni, ut infra videre est.

Ibid. B. *Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης*, etc., *ἔτη ϛ'*. Theodosius Borrhadiotes successit Charitoni postremis diebus anni Christi 1177, vel ipso initio anni sequentis. De Theodosio autem patriarcha pluribus agit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio; qui sane scriptor tradit Theodosium a protosebasto dejectum fuisse e sede, sed haud diu post imperatricis, Cæsarissæ et aliorum imperatoris consanguineorum auctoritate in eamdem restitutum fuisse; quod quidem accidit, ut ait idem Nicetas, indictione 15 nimirum anno Christi 1182. Anno autem sequenti cum Andronicus filium Irenen, ex consobrina Theodora Comnena contra leges susceptam Alexio, Manuelis ex incesto concubitu Theodoræ filio, despondere vellet, Theodosius patriarcha una cum paucis ex ordine pontificum et sacerdotum, et ex Patribus conscriptis fortiter adversatur, ac nuptias istas, utpote incestas, procedere nequaquam patiebatur. Verum postmodum ubi animadvertit patriarcha se nihil proficere, et mala manifeste ingruere, ac partem meliorem a majore vinci, e sacro palatio in insulam Terebinthum, ubi sibi diversorium et sepulcrum struxerat, discedit; ut habet laudatus Nicetas paulo superius citato loco; unde etiam

Digitized by Google

suppleri potest locus Nicephori mutilus, ubi habet, καὶ παρητήσατο διὰ τὴν βασιλέως.....

Col. 464. B. *Βασίλειος διάκονος*, etc., *ἔτη β', ἡμισυ*.... Andronicus imperator in locum Theodosii suffecit Basilium Camaterum, hominem suæ factionis; quem quidem hisce verbis describit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio, pag. 169: Καὶ περὶ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον διαδεξομένου, καὶ αὐτῷ πληρώσοντος τὰ κατὰ ἔφεσιν διισχέπτεται, καὶ ἐπικρίνεται Ἀνδρονίκῳ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν πρεσβρίαν ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, ἢ τὸ ἔμπαλιν, ὡς ἐλέγετο, αὐτὸς Ἀνδρόνικον ἐφειλκύσατο πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογήν, οἷς μονώτατος ἐξ ἁπάντων Ἀνδρονίκῳ ἐγγράφως συνέθετο, ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν διαπράττεσθαι, ὅσα φιλητὰ Ἀνδρονίκῳ, κἂν εἶησαν παναθέμιτα, κἀκεῖνα πάλιν ὁποστυγεῖν ὁπόσα οὐχ ἡδύνει Ἀνδρόνικον. *Cum de successore suæ factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Basilio œcumenicum pontificatum defert: aut potius illius syngrapha impulsus vendit, qua is promiserat, se quidquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, et ea declinaturum quæ illi displicerent.* Basilius autem renuntiatus fuit patriarcha CP. anno Christi 1183, uti capite præcedenti ex eodem Niceta monuimus. Huic patriarchæ annos sex et menses sex perperam assignat Baronius; quemadmodum et Onuphrius in Chron. Eccles. annos tres et menses sex; quippe in omnibus aliis Catalogis eidem anni duo, et menses sex attribuuntur. Igitur Basilius pulsus fuit e sede ab Isaacio Angelo imperatore anno Christi 1186. Causam autem hujus depositionis narrat laudatus Nicetas in eodem Isaacio; unde corrigi ac suppleri possunt ea quæ de Basilio scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. *Νικήτας*, etc., *ὁ Μουντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ' καὶ ἡμέρας ι'*. Dejecto e sede Basilio Camatero, in ejus locum suffecit Isaacius imperator Nicetam Muntanum, anno Christi 1186. Sed ne hunc quidem in sacra sede mori passus, invitum expulit, senium et delirium et levitatem causatus, ut scribit Nicetas Choniates in eodem Augusto pag. 259, ubi postquam de Basilio Camatero locutus esset, sic prosequitur: Προβαλλόμενος δ' ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχην τὸν Μουντάνην Νικήταν, τῆς Μεγίστης Ἐκκλησίας ὄντα σακελλάριον, οὐδὲ τὸν τριγέροντα τουτονὶ τῷ θρόνῳ παρῆκεν ἐναποψύξαι, ἀλλ' ἀφέλειαν καὶ κουφότητα καταγνοὺς τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γῆρας ἐπεγκαλέσας ἀνέγκλητον, καὶ ἄκοντα τοῦ θρόνου ἀπεσφενδόντησε. *Nicetam Muntanum pro eo patriarcham designavit, Ecclesiæ maximæ sacellarium, sed ne hunc quidem, hominem natu maximum, in sacra sede exspirare passus, invitum expulit, senium et delirium et levitatem causatus.* At ex hisce Nicetæ verbis non sequitur, Nicetam Muntanum statim e patriarchatu pulsum, ut perperam existimavit Baronius; siquidem illa verba denotant tantum hunc patriarcham, etsi senex esset, ante mortem suam dignitate motum fuisse. Huic autem patriarchæ anni sex et menses sex assignantur in Catalogis Philippi Cypri et Matthæi Cigala; et ita legebatur in Catalogo quo usus fuerat Onuphrius in Chron. Eccles., unde Onuphrius initium Nicetæ Muntani cum anno 1186 connectit, et eumdem non ante annum 1192 e sede pulsum scribit. Verum ipse Nicephori Callisti Catalogum secutus Nicetæ depositionem cum anno Christi 1190 connecto. Cæterum Nicetæ Muntano annum unum assignat Methodius monachus; cujus quidem scriptoris locum capite sequenti citabimus.

Ibid. *Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πατριάρχης ἡμέρας θ'*. Nemo alius, quod sciam, præter quam Nicephorus Callisti, Niceæ successorem assignat Dositheum; nam in aliis Catalogis, post Nicetam recensetur Leontius; quod quidem videtur confirmare Nicetas Choniates in Isaacio Angelo, pag. 259; cujus verba licet sint longiuscula, cum ad historiam et seriem horum patriarcharum pernecessaria sint, hic integra describere libet: Φροντιστικώτερον δὲ διατεθεὶς, περὶ τοῦ τὸν κυβερνήσοντα τὴν Ἐκκλησίαν εὑρεῖν προχειρίζεται μέγαν ποιμένα Λεόντιόν τινα μοναχὸν, διαβεβιωμένος ἐπὶ συλλόγων, καὶ διομνύμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος καὶ ὁμηγύρεων, ὡς οὐκ ἤδει τὸν ἄνδρα πρότερον· νυκτὸς δὲ ἡ Θεομήτωρ τοῦτον αὐτῷ κατυπέδειξε, τὰ εἴδος καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπογράψασα, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον διασαφήσασα, καθ' ὃν τὴν οἴκησιν ἔλαγεν· ἀλλ' οὕπω ἐνιαυτὸς ἐξίκετο, καὶ καταστρέφει καὶ τὸν Θεοτοκεῖ τὴν τοῦτον ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ ὑψώματος, μηδένα λόγον θέμενος ἢ ἐντραπεὶς εἰς ὅσους ἐπαίνους ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐδόξαζε τοῦτον ὡς θεῖον ἄνθρωπον. Ἀποσκορακισθέντος δ' οὕτω καὶ Λεοντίου, ἔγνω δραματουργῆσαι μετάθεσιν, καὶ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν ἐπᾶραι ποσέδρευσιν τὸν τῶν Ἱεροσολύμων Δοσίθεον. Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπούλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τῆς Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Θεόδωρον τὸν Βαλσαμὼν, ἄνδρα ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. Καὶ δὴ κατὰ μόνας αὐτῷ συγγενόμενος, σχηματίζεται τὸν ἀσχάλλοντα, εἰ οὕτως ἀνδρῶν φιλοθέων καὶ λογίων ἡ Ἐκκλησία σπαργίζεται, καὶ ἡ μοναχικὴ διέρριπται καὶ ἠφάντωται ἀρετὴ, ὡς μὴ πρότερον εἶναι τὸν ἡμέριον τουτονὶ λαμπτῆρα τὸν ἀεικίνητον ἥλιον, ἢ τὸν ἐπὶ τῶν κεροιάκων τοῦ ἱεροῦ καθιζησόμενον θρόνον, καὶ ἄριστως τὸ τῶν πιστῶν διιθυνοῦντα πλήρωμα, καὶ τοιαῦτ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν περιωπὴν, ὡς λύχνον ταῖς τῶν νόμων τηλαυγείαις πάμφωτον, ὑποστέλλεσθαι δὲ τὴν μετά θεσιν ὡς πάλαι τοῖς κανόσιν ἀπειρημένην, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀπάδουσαν θεσμοῖς. Εἰ δ' αὐτὸς σχοίη ἂν ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος χώραν ἔχουσαν ἀποδεδειχέναι, καθά ποτε καὶ νῦν τὴν μετάθεσιν, καὶ τὰς τῶν πολλῶν εἰς τοῦτο μεθαρμόσειε γνώμας, ἔρμαιον ὅτως ἡγήσεται τὸ πραχθὲν, καὶ οὐκ ἀναβαλεῖται τὸ πέρας, ἀνεύθυνον ποιοῦν τὴν προχείρισιν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς οὕτως μετῆλθε τὸν Ἀντιοχείας Θεόδωρον, ὁ δὲ πάντα ἐκτελῆ γενέσθαι κατέθετο. Σύλλογοι οὖν μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρχιερέων ἀνὰ τὰ ἀρχεῖα τε ἱερὰ, καὶ σύνοδοι καὶ συζήτησις περὶ μεταθέσεως, καὶ παρὰ πόδας ἐχώρησις, καὶ τόμος ἐπὶ βασιλικοῦ συμπληρούμενος βήματος, καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας, πάλιν Ἀντιοχείας ἐῴκενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων θώκου εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναγόμενος, καὶ ἡ προπομπὴ ὡς λαμπροτάτη καὶ πολυανθρωποτάτη τῶν πώποτε, ὡς εἶναι καὶ ὁριάμβοις βασιλέων ἀμφήριστος, καὶ ὀχανεῖς ἐπὶ τούτῳ οἱ φεναξισθέντες ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς κανόνας εἰκῇ κατανωτισάμενοι, ἀμέλει τοι καὶ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνεγκεῖν τὸν γέλωτα ἔχοντες, παρασυναγωγὰς ποιοῦσι καὶ ὀχλαγώγια οἱ λογάδες τοῦ βήματος, καὶ τῶν ἀρχιερέων ὁπόσον εἶχε τὴν γλῶτταν πρὸς λόγων ἰσχὺν ἐπίσημον· οὐκοῦν ἐπιβάτης Ἐκκλησίας ἀλλοτρίας ἀκούει Δοσίθεος, καὶ ἀναλυομένην ἔσχε τὴν δευτέραν τιμὴν, καὶ τοῦ θρόνου κατάγεται. Τὴν δ' ἧτταν μὴ φέρειν ἔχων ὁ βασιλεὺς, ἀναμαχόμενος ἦν, καὶ παντοίως σπεύδων ἰσχύειν τὴν κυρωθεῖσαν μετάθεσιν· καὶ μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἀναλύσας τὰ ἐπιγινόμενα, αὖθις ἐστήριξε τὸν Δοσίθεον· ὅτε καὶ διὰ τῶν πλεκτορόρων αὐτοῦ δορυφόρων, καὶ τῶν τοῦ παλατίου ἐκκρίτων, προῦπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸ μέγιστον τέμενος, δεδιὼς· μὴ τὸ πλῆθος νεωτερίσειεν· ἦν γὰρ δὰ μίσους ἅπασιν ὡς φιλόθρονος ὁ Δοσίθεος, καὶ τὸ τοὺς κρατοῦντος ἐπὶ μὴ καιρίοις πράγμασιν ἐνστατικόν τε καὶ φίλαυτον οὐκ ἐπαινετόν· ἀλλὰ καὶ πάλιν τοῦ θρόνου ἀποδιοπομπεῖται Δοσίθεος, καὶ πέπονθεν ἀτεχνῶς τὸ τῆς Αἰσωπείας κυνὸς, ἧς τὰ διεῖπεν ἀποπεσόντος ἱερᾶς ἀρχῆς (ἕτερος γὰρ Ἱεροσολύμων κεχειροτόνητο) καὶ τοῦ μείζονος θρόνου καθαιρεθεὶς. Καὶ τοῦτο μὲν ἐς ἔτος. Καὶ προχειρίζεται

Digitized by Google

πατριάρχης, μέγας ὢν σκευοφύλαξ ὁ Ξιφιλῖνος Γεώργιος. *Cum autem diligentius de gubernatore Ecclesiæ cogitaret, Leontium monachum quemdam, magnum pastorem designat : in populi frequentia pro tribunali jurejurando testatus, eum virum prius ignotum sibi a Dei Genitrice noctu esse demonstratum, non forma et virtute ejus duntaxat descripta, sed loco etiam ostenso in quo habitaret. Verum eo quoque Dei Genitricio, priusquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quod coram tam multis eum ut divinum hominem laudibus extulisset, mutationem instituit, Hierosolymitanum Dositheum ad œcumenicum patriarchatum evecturus. Quod cum canones non permittere sciret, Theodorum Balsamum, magnæ Antiochiæ episcopum, virum ea ætate jurisconsultissimum, astu circumvenit, et in privato colloquio indignationem simulat, quod Ecclesia piis et doctis viris ita destituatur, et monastica virtus ita obsoleverit atque evanuerit, ut nemo sit qui universalem sedem, non secus ac solis irrequietus circuitus orbem terrarum, illustret, cœtumque fidelium quam optime gubernet. Hæc et id genus alia non sine dolore præfatus, subjunxit olim fuisse sibi in animo, illum ex Antiochena sede in œcumenicam, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre. Sed ab ea mutatione veterum canonum et ecclesiasticarum sanctionum interdicto deterreri. Si vero ipse, ut legum et canonum peritissimus, translationem, ut olim, ita nunc quoque habere locum, demonstrare, ac vulgo persuadere possit : se omnino id in lucro deputaturum, eumque (modo liceat) incunctanter designaturum. Hoc modo tractatus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Postridie concilio pontificum in æde sacra indicto, et quæstione illa agitata, translatio statim concessa, et litteris imperatoriis confirmata est. Ac Antiochenus ut ante fuerat, ita mansit Antiochenus. Dositheus vero a sede Hierosolymitana Constantinopolim est translatus, cum tam frequenti et splendido comitatu, ut haud dubie regium triumphum æquaret. At primarii sacerdotes, cæterique facundia insignes, qui se canonibus temere violatis deceptos videbant, obstupefacti, cum risum diutius perferre non possent, extraordinaria conciliabula et plebis conventicula instituunt, altenæ Ecclesiæ occupator audit Dositheus, secundo honore abrogato e sede educitur. Imperator vero, ignominiam illam non ferens, omnibus modis adversatur, ac nihil non facit, ut approbata illa translatio valeat; nec multo post, abrogatione sublata Dositheumque denuo confirmatum, per bipehniferos satellites, et palatinos proceres in sacram ædem deducit, populi motum veritus. Erat enim Dositheus ob ambitionem et imp. intempestivam pertinaciam, et parum laudatum sui studium, omnibus invisus. Cæterum rursus sede ejicitur, eodemque modo quo canis Æsopicus, et pontificatum quem tenuerat, amittit (nam alius Hierosolymis electus erat) et majori sede excidit, magno pasorum custode Xiphilino Georgio patriarcha designato.* De hac autem translatione Dosithei loquitur et ipse Nicephorus Callisti lib. XIV, cap. 29. Quæ cum sint nonnihil diversa ab iis quæ de Dositheo refert laudatus Nicetas, ideo hic describere placet : Τοῦ δ' ἐξ Ἀγγέλων Ἰσαακίου τὸν τῆς βασιλείας πρυτανεύοντος θρόνον, ὁ Ἱεροσολύμων Δοσίθεος εἰς τὸν τῆς Κωνσταντίνου θρόνον μετάγεται, ἐκεῖσε δὲ Μάρκος ὁ κατὰ Φλῶρον προάγεται. Εἶτα πάλιν Δοσίθεος τὴν Κωνσταντίνου λιπὼν, εἰς τὸν τῆς Αἰλίας θρόνον ἐπάνεισι, τοῦ κατὰ Φλῶρον ἐκεῖθεν παρὰ πᾶσαν δίκην ἀπελαθέντος. Ἐς ὕστερον δὲ καὶ ἄμφω τοὺς θρόνους τῆς τ' Αἰλίας καὶ Κωνσταντίνου παρῆλθε Δοσίθεος· καὶ καθ' αὑτὸν γενόμενος ἐτελεύτα. *Isaacio Angelo imperante Dositheus Hierosolymitanus Constantinopolim est translatus : cum Hierosolyma inde Marcus, qui et Florus dictus est, transisset. Deinde Dositheus rursum Constantinopoli relicta, in Æliæ thronum reversus est, eo qui Florus nominatus est, inde pulso, ipse*

æquum omne expulso. Postea vero utraque et Æliensi et Constantinopolitana sede posthabita, Dositheus privatus vixit, et decessit. Methodius monachus apud Allatium in exercitatione contra Creygtonum, pag. 330, loquens de Isaacio Angelo ait, eumdem imperatorem spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, quinque patriarchas Constantinopolitanos creasse. Sic ille : Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος οὐ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς αἰτίας τὸν Καματηρὸν τοῦ θρόνου παρακινήσας, Νικήταν τὸν σακελλάριον ἔθετο; Οὐχὶ τοῦτον αὖθις ὡς ἀφελῆ μετ' ἐναυτὸν ἕνα καταγαγὼν, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον πατριάρχην πεποίηκεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαβεβαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναί οἱ, καὶ προστάξαι Νικήταν μὲν καθελεῖν, Λεόντιον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστῆσαι; Οὐχὶ αὖθις τὸν μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξέωσε τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο πεισῆσαι διαταξαμένης ἰσχυριζόμενος, τὸν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντίνου ἱεράρχην ἀπέδειξεν; Ἐπεὶ δὲ ὁ γογγυσμὸς πολὺς περὶ τούτου γεγένηται, οὐχὶ Δοσίθεος τούτου ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποπεσών, ἕτερος προεβλήθη; Πέντε γοῦν οὕτω πατριάρχας τῆς Κωνσταντίνου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόν ις ἐννέα, οὓς καὶ ἦν βασιλεύσας αὐτὸς, λόγῳ μὲν καὶ κανονικοῖς ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς, ἁπλῶς δὲ οἰκείῳ θελήματι καὶ ὀρέξει τὸν μὲν κατάγων, τὸν δὲ ἀνάγων. Καὶ ὅμως οὐδεὶς τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτῶν χειροτονηθέντων ἄδεκτος τῇ Ἐκκλησίᾳ γεγένηται. Τὸ δὲ δὴ ἀστειότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμώτερον, ὅτι πάντες ἔζων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰσαακίου διὰ τὸ ὀλιγοχρόνιον τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγενῆσθαι. *Annon præterea Isaacius Angelus absque ulla rationabili causa, et decreto canonico Cumatero e solio pulso, Nicetam sacellarium substituit, et hoc rursus anno exacto, uti oneri parum idoneo, submoto, Theotocitem Leontium, quem Theotocitem nuncupavit, asserens Deiparam sibi apparuisse, mandasseque, Niceta deposito, Leontium loco illius in throno substituere? Annon postmodum Leontium de throno ejecit, Deiparam, ut id etiam perageret, demandasse contendens, et Hierosolymitanum Dositheum hierarcham CP. declararit? Cum ergo de eo murmuratio querula invalesceret, annon propterea Dositheo de throno excidente, alius electus est? Hunc in modum itaque quinque patriarchas Constantinopolitanos Isaacius spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, creavit, nulla ratione motus, aut criminum adversus canones reos, sed simpliciter et proprio arbitrio, et appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipsis ordinati sunt, rejectus ab Ecclesia est. Quod vero festivius est, vel ut verius dicam, tanta dignitate indignius, omnes hi sub ejusdem Isaacii imperio vitam ducebant : quod illius dominatus exiguo tempore perduravit.* Ex iis autem, quæ in hanc rem ex Niceta Choniate, ex Nicephori Callisti Historia, et ex Methodio monacho protulimus, apparet, Nicetæ Muntano non Dositheum Hierosolymitanum, sed Leontium Theotocitem successisse; unde vero mutuatus sit idem Nicephorus ea quæ in Catalogo expressit, nescitur: nisi quis credat ideo a laudatis scriptoribus nullam mentionem fieri post Nicetam Dosithei, quod ille prima vice novem tantum diebus illam sedem tenuerit. At vero similius videtur id quod de Dositheo in hoc Catalogo dicitur a scriba additum fuisse; et Dositheum non nisi post Leontii depositionem ad thronum Constantinopolitanum evectum : quod quidem necessario concludi debet ex Niceta, dum narrat quod astu Isaacius imperator Theodorum Balsamum deluserit; cujus quidem Nicetæ auctoritas omnino præferenda est Nicephoro; quippe Nicetas initio tertii decimi sæculi floruit, Nicephorus vero initio sæculi subsequentis. Cæterum vide quæ de Dosithei patriarchatu post Leontium monemus infra.

Col. 464 C. Λεόντιος ὁ λεγόμενος Θεοτοκί-

Digitized by Google

της, etc., μῆνας ἑπτὰ, etc. Nimirum *mensibus septem*, et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *novem* pro *septem*. Nicetæ igitur Muntano e sede pulso successit Leontius Theotocites anno Christi 1190, qui cum sedisset mensibus septem, pellitur ab Isaacio eodem astu, quo institutus fuit, ut patet ex iis quæ ex Niceta Choniate, et ex Methodio monacho capite præcedenti protulimus. Cæterum hujus depositio accidit hoc ipso anno.

Col. 464 C. Ὁ Δοσίθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων, etc., ἔτος α', ἤμισυ. Pluribus de Dositheo egimus paulo superius, ideo hic tantum monere sufficiet, eum renuntiatum fuisse patriarcham CP. post Leontium ad finem anni Christi 1190, vel initio anni sequentis; qui cum sedisset annum unum et dimidium, non ante annum 1192 a sede pulsus fuit.

Ibid D. Γεώργιος διάκονος, etc., ὁ Ξιφιλῖνος, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ς', μῆνας θ', ἡμέρας κζ'. Dositheo e sede pulso ab Isaacio Comneno successit Georgius Xiphilinus anno Christi 1192, qui cum sedisset annis sex, mensibus novem, diebus viginti septem, patriarchatum abdicavit, ac in monasterio Phryganorum, quod exstruxerat sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii, detonsus est, ut videtur hic innuere Nicephorus Callisti; quod quidem accidit anno Christi 1198. Cæterum hujus patriarchæ meminit Nicetas Choniates in Alexio Comneno, pag. 332, eique annos septem assignat.

Ibid. Ἰωάννης διάκονος ὁ χαρτοφύλαξ ὁ Καματηρὸς, etc. Mortuo Gregorio Xiphilino, ut habetur in Catalogo a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, quoniam aberat peregre Alexius imperator in expeditione Occidentali, caruit thronus suo patriarcha mensibus duobus; postmodum in ejus locum sufficitur Joannes Camaterus anno Christi 1198; qui rexit Ecclesiam CP. usque ad captam Constantinopolim annis quinque, mensibus octo, diebus septem. Capta autem fuit Constantinopolis anno Christi 1204, ut ex infra dicendis patebit. Loquitur autem de Joannis Camateri morte Nicetas Choniates in Balduino pag. 407, ubi postquam de obsidione Didymotichi subjungit: Τότε δὲ μαλακῷ θανάτῳ τὸν βίον προήκατο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Καματηρὸς, καταλελυκὼς πλάνης καὶ ἄποικος εἰς τὸ Διδυμότειχον. *Tunc Joannes Camaterus patriarcha, qui post exsilium Didymotichi inquilinum agebat, vitam cum levi morte commutavit.* Sed pluribus de Camatero loquitur Georgius Acropolita, pag. 6, ubi de Theodoro Lascari agit: Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότου παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάριος, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νίκαιαν ἀπὸ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, σκέψις τούτων ἐγένετο, ὅπως βασιλεὺς φημισθείη ὁ δεσπότης Θεόδωρος. Πατριάρχου δὲ μὴ παρόντος ἐκεῖσε, ὁ γὰρ Καματηρὸς Ἰωάννης, ὃς τὸν πατριαρχικὸν ἐχόσμει θρόνον, ἡνίκα τῆς Κωνσταντίνου ἐκράτησαν Ἰταλοὶ, περὶ Διδυμότοιχον ἦπερ, κἀκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ διαμηνυθείς παρά τε τοῦ Λασκάριος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπηνήνατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἄφιξιν, ἔγγραφον τὴν παραίτησιν ποησάμενος. *Duobus itaque annis integris cum omnibus uti despota Lascaris agnosceretur, conventusque ex viris celeberrimis, ac Ecclesiæ primatibus Nicææam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatum est, qua ratione Theodorus ad illa usque tempora despota imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat, Joannes quippe Camaterus, qui patriarchale solium, Italis Byzantium expugnantibus, honestabat, Didymoticchum abierat, ibique commorabatur: accersitus a Lascari, altisque scripto etiam patriarchatui renuntians noluit accedere.* Ex iis Acropolitæ verbis illustrantur ea quæ de Camatero tradit hic Nicephorus.

Col. 465 A. Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις. Caput hoc a scriba corruptum sic Græce ac Latine restituendum est: Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ,ςψιβ'. ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ β', Ἰνδ. ζ', τῇ ς' ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν. *Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno* 6712 (id est Christi 1204) *mensis Aprilis die* 12, *feria secunda, indictione* 7, *sexta hebdomade jejuniorum.* Georgius Acropolita scribit captam fuisse a Latinis Constantinopolim anno vulgari Græcorum currenti 6711: Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἑάλω παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ,ςψια', ιβ' τοῦ Ἀπριλλίου ἄγοντος. Τῷ γὰρ ι' ἔτει Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσώρμησαν, ἐν ἕνδεκα δὲ μησὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πόρθησιν. Καὶ ἡ μεγίστη καὶ περιφανεστάτη πόλις ἑάλω, ἑνὸς, ὥς φασιν, ἢ καὶ δύο ἐπιπηδησάντων τῷ τείχει ἀπὸ ξυλίμακος εἰς ἱστὸν κειμένης μεγίστης κοίλης νηός. *Post quadraginta itaque dies exactos Constantinopolis ab istis expugnatur anno ab orbe codito* 6711, *duodecimo mensis Aprilis. Decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. Sicque maxima ac urbium celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor increbuit, e scala malo navis maximæ adnexa, in muros insilientibus.*

Ibid. Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, etc., ἔτη ς', μῆνας ε', καὶ ἡμέρας ς'. Michael Autorianus substituitur, ut scribit Nicephorus, Joanni Camatero die vicesimo mensis Martii indictione nona, hoc est anno Christi 1206. His consona habet Georgius Acropolita loco paulo superius citato, ubi post duos annos a capta urbe Theodorum Lascarim coronatum fuisse ab hoc patriarcha scribit, cum paulo ante Joannes Camaterus patriarchatum abdicasset; sic ille de Michaele Autoriano ibi subjungit: Ψηφίζεται γοῦν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, λόγιος τυγχάνων, καὶ πάσης γραφῆς ἔμπειρος τῆς τε ἡμετέρας καὶ θύραθεν, ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδήματι ἐταινίωσεν. *Ideo in ejus locum Michael Autorianus sufficitur, vir disertus, litterarumque non nostrarum solum, sed exterarum etiam peritissimus. Is despotam Theodorum imperatorio diademate coronavit.* Igitur cum Michael Autorianus seu Saurianus, ut alii eum vocant, renuntiatus esset patriarcha CP. die vicesima mensis Martii anni Christi 1206, et vixisset in patriarchatu annis sex, mensibus quinque et diebus sex, ipsius mors contigit procul dubio die vicesima quinta mensis Augusti anni Christi 1212.

Ibid. Θεόδωρος ὁ [Εἰρηνικὸς λεγόμενος Κωπᾶς, etc., ἔτος α', μῆνας.., ἡμέρας γ'. Numerus mensium, qui in Catalogo Nicephori Callisti exesus est, facile suppleri potest ex altero Catalogo, quem ex Jure Græco-Romano hic edidimus, ubi Theodoro Irenico assignatur *annus unus, menses quatuor, et dies tres.* Et ita habetur in Catalogo Philippi Cyprii; in Catalogo vero Matthæi Cigalæ dies tres omittuntur. Huic patriarchæ annos sex attribuit Georgius Acropolita cum in Historia pag. 17, tum in Chronico Compendiario, ubi sic habet: Μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνίδρυται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ἐκαλεῖτο. Τοῦτο δὲ μετ' ἐνιαυτοὺς ἓξ ἀπολιπόντος, μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, etc. *Numque post Michaelis patriarchæ excessum Irenicus Theodorus, qui et Copa dicebatur, in patriarcham eligitur. Post annos sex eo demortuo Maximus monachus patriarchale solium ascendit,* etc. At ipse Nicephori Callisti Chronologiam sequor, utpote qui hanc rem hic ex professo, ut aiunt, tractat. Theodorus itaque Irenicus, ut scribit hic Nicephorus, renuntiatus fuit patriarcha CP. die vicesimo octavo Septembris, indictione secunda, feria prima, hoc est

Digitized by Google

anno Christi 1213. cum post mortem Michaelis Autoriani thronus vacasset mensibus decem et dimidio, quod imperator absens in themate Thracesio esset, ut tradit idem Nicephorus. At, ut patet ex iis quæ supra de morte Michaelis Autoriani diximus, necessario dicendum est, vel thronum vacasse plusquam decem mensibus et dimidio, vel Theodorum aliquot mensibus ante renuntiatum fuisse patriarcham, et die vicesima octava Septembris consecratum fuisse : quod quidem videtur innuere idem Nicephorus dum ait illo anno cum die 28 Septembris concurrere Dominicam, qua consecrationes episcoporum solitas fieri, alibi indicavimus. Theodorus autem cum sedisset anno uno, mensibus quatuor et diebus tribus, moritur die ultima mensis Januarii anni Christi 1215.

Col. 465 B. *Μάξιμος*, etc., *μῆνας ς'*. Catalogus patriarcharum Cl. a nobis hic editus ex Jure Græco-Romano huic patriarchæ menses octo assignat; Genebrardus vero menses septem. At Georgius Acropolita, menses sex, ut Nicephorus Callisti eidem attribuit; qui sane scriptor, pag. 17, sic ejus mores describit : Μετὰ δὲ ἐνιαυτοὺς ἓξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνίτιδα, καὶ ὑπ' ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν τὴν περιωπήν. Ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ, etc. *Post annos sex eo demortuo, Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceo palpans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentationes et blanditias aucupans : neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur.* Maximus itaque constituitur ab imperatore in locum Theodori Irenici (cujus mors contigerat, uti supra monuimus, die ultima mensis Januarii anni Christi 1215) die tertia mensis Junii, ut scribit Nicephorus, nimirum ejusdem anni. Hic cum sedisset mensibus sex, fatis functus est die tertia mensis Decembris ejusdem anni 1215.

Ibid. *Μανουὴλ ὁ ἀκόρος ὁ Σαραντηνὸς ἔτη ε'*, *μῆνας ζ'*. Maximo patriarcha fatis functo, successit in ejus locum Manuel Sarantenus cognomento Philosophus, nimirum initio anni Christi 1216, qui cum sedisset annis quinque, mensibus septem, mortem obiit circa finem mensis Augusti anni Christi 1221. Hujus patriarchæ meminit Georgius Acropolita cum in Historia, tum in Chronico Compendiario, ubi seriem patriarcharum Constantinopolitanorum qui Nicææ sederunt recenset, nimirum a Michaele Autoriano, qui primus post captam a Latinis Constantinopolim, electus fuit Nicææ patriarcha Constantinopolitanus ad hunc Manuelem, quem Philosophum appellat. Sic igitur Acropolita, pag. 17 Historiæ : Καθὼς γοῦν εἰρήκειν, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, στεφθεὶς παρὰ πατριάρχου Μανουὴλ, ὃς τὸν Μάξιμον διεδέξατο. Μετὰ γαρ τοῦ πατριάρχου τὴν τελευτὴν Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνίδρυται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκαλεῖτο· μετὰ δὲ ἐνιαυτοὺς ἓξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνίτιδα, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν περιωπήν. Ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ, καὶ ὁ Μανουὴλ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, Φιλόσοφος, ὡς ἐδόκει ὡν, καὶ ὑπὸ πολλῶν κατονομαζόμενος. *Quemadmodum ergo dixi, post illius obitum Romani imperii gubernacula Joannes Ducas, gener illius suscepit, a Manuele patriarcha, qui Maximo successerat, coronatus. Namque post patriarchæ Michaelis excessum Irenicus Theodorus, cui a plerisque Copæ nomen inditum fuerat, in patriarcham eligitur; post annos sex eo demortuo Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceo palpans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentationes et blanditias aucupans; neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur. Et Manuel in patriarchali solio collocatur, vere vir philosophus, ut apparebat, et a multis eo nomine honestatus.*

Ibid. C. *Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἀγιώτατος*, etc., *χρόνους ιη'*. Fatis functo Manuele Sarantheno circa finem mensis Augusti 1221, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Germanus circa finem hujus anni, qui cum sedisset annis decem et octo, ut scribit Nicephorus, fatis functus est circa finem anni 1239. De Germano autem patriarcha sic loquitur Georgius Acropolita, pag. 39 : Ἔτυχε μὲν πρὸ καιροῦ τὸν πατριάρχην Γερμανὸν τὰ τῇδε κατολιπόντα πρὸς τὰς θείας ἀπᾶραι σκηνάς, καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντα, καὶ καλῶς τὴν αὐτοῦ ποιμάναντα πολιτνην. *Ante hæc tempora Germanus patriarcha rebus terrenis dimissis, in beatorum sedes avocatur, postquam probe sancteque vixisset, probeque suas oves pavisset.* De hujus Germani patriarchæ scriptis consulendi Labbeus et Casimirus Oudin; sed hic secundus fallitur dum Germano patriarchæ annos viginti septem assignat.

Ibid. D. *Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ὑακίνθου μονῆς*, etc., *μῆνας γ'*. Methodius abbas monasterii Hyacinthi sufficitur in locum Germani circa initium anni Christi 1240, qui post tres menses obiit, ut scribit Nicephorus. Eadem habet et Georgius Acropolita, pag. 39, ubi postquam de Germano patriarcha locutus esset, subjungit : Ἐγένετο δὲ μετ' αὐτὸν Μεθόδιός τις καλούμενος μοναχὸς, ἡγούμενος ὢν τῆς κατὰ Νίκαιαν Ὑακίνθου μονῆς, ἀνὴρ αὐχῶν μὲν εἰδέναι πολλὰ, ὀλίγων δὲ ἔδρις ὤν. Ἀλλ' οὗτος τρεῖς καὶ μόνους μῆνας ἐπαπολαύσας τοῦ θρόνου τετελεύτηκεν. Ἑστέρητο γοῦν ἀρχιερέως ἡ Ἐκκλησία. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ πρόχειρος ὤν, οὐκ εὐχερῶς εἶχεν ἐκ τοῦ προχείρου τὸν ἄξιον ἐφευρεῖν, ἢ μᾶλλον τὸν ἐκείνῳ ἀρέσοντα. Μάλιστα γαρ οἱ κρατοῦντες τοὺς πρὸς ἀρέσκειαν ἐν τούτοις προσίενται, ὡς ἂν μή τινας ἔχοιεν ἀντερίζοντας τοῖς βουλήμασι. Παρερρύη γοῦν χρόνος συχνὸς, καὶ οὐκ ἦν ὁ διεξάγων τὸ ποίμνιον. *Post eum monachus quidam Methodius nomine, Hyacinthi, quod Nicææ est, monasterii, præses, vir quidem dicto suo tenus cautus, ac sapiens, revera tamen paucorum sciens, tres tantum menses throno potitus, obiit, et Ecclesia vidua pontifice suo carebat. Cum enim Joannes imperator in his expediendis non esset admodum promptus, non ita facile poterat e re nata dignum tali solio, vel potius qui illi probaretur, invenire. Principes enim in hæc munera, viros, qui quod illis placitum est, faciant, nec suis desideriis adversentur, asciscunt. Igitur multum præterierat tempus, nec aderat qui oves gubernaret.* Ex his Acropolitæ verbis liquet Methodium tribus tantum mensibus sedisse, ac ipso fatis functo Ecclesiam Constantinopolitanam diu caruisse pastore; quin etiam Methodium in locum patriarchæ Germani suffectum fuisse, non vero Arsenium, ut perperam scribit Gregoras. Cæterum monere hic non abs re erit seriem patriarcharum Cl., præcipue illorum qui Nicææ sederunt, corruptam esse ac depravatam in tribus sequentibus Catalogis quos hic edidimus; quod quidem non solum apparet ex Catalogo hoc Nicephori Callisti, sed etiam ex Georgio Acropolita, cujus verba suis locis inseruimus; idque etiam confirmatur ex Chronologia Ephræmii; ubi habetur series integra patriarcharum Constantinopolitanorum, qui Nicææ sederunt, nimirum a Joanne Camatero, sub quo capta fuit a Latinis Constantinopolis, ad Arsenium secundo patriarcham, qui primus, post recuperatam Constantinopolim, in eo throno sedit.

Digitized by Google

Col. 466 D. *Μανουὴλ ἕτερος*, etc., *ἔτη ια'*. Huic Manueli patriarchæ annos quatuordecim assignat Genebrardus, sed fallitur: nam mortuo Methodio patriarcha anno Christi 1240, uti paulo superius diximus, Ecclesia Constantinopolitana per aliquot annos viduata fuit pastore, ut patet non solum ex hoc Nicephori Catalogo, verum etiam ex Acropolitæ verbis capite præcedenti citatis, ubi de Methodio patriarcha loquitur. Manuel autem, ut liquebit ex iis quæ dicturi sumus de annis ipsius successorum, circa finem anni Christi 1243, ad patriarchalem thronum evectus fuit, cum Ecclesia Constantinopolitana annis tribus, et mensibus circiter septem orbata mansisset pastore. Hic cum sedisset annis undecim, fatis functus est circa finem anni Christi 1254. Quod etiam confirmatur ex Georgio Acropolita, qui pag. 57 ait Manuelem patriarcham obiisse, antequam Joannes Ducas imperator moreretur, cujus quidem mors accidit anno Christi 1255. Cæterum hujus patriarchæ in litteris ignorantiam prædicat idem scriptor, pag. 54, hisce verbis: Στέλλει τοῦτον πρὸς τὸν πατριάρχην. Ὁ Μανουὴλ ἦν τότε τὰ τῆς πατριαρχίας διηθύνων πηδάλια, ἀνὴρ εὐλαβοῦς καὶ βίου, καὶ πολιτείας σεμνῆς, εἰ καὶ γυναικὶ συνεζύγη, ἄλλως δὲ οὐ πεπειραμένος γραμμάτων, οὐδὲ ὧν ἀνεγίνωσκεν ἀνελίττων τὴν ἔννοιαν. *Mittit eum ad Manuelem, qui ea tempestate patriarchatus gubernaculis assidebat, virum pietate insignem, et vitæ instituto, licet uxorem duxisset, venerandum, litteras tamen haud doctum, cum nec eorum sententiam, quæ ipse percurrerat, caperet.*

Ibid. Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐτωριανὸς, etc., *χρόνους ε'*. Arsenius Autorianus monachus successit in Manuelis locum anno Christi 1255, post obitum Joannis Ducæ imperatoris, qui contigit hoc ipso anno; sed quo die ac mense, non liquet ex scriptoribus; neque Possini conjecturas admittimus. Sic Georgius Acropolita, pag. 57, cujus in hanc rem integra verba hic describere libet, cum hic Nicephorus subobscure loquatur et locus sit mutilus: Ἐπεὶ δὲ ἐχήρευε τοῦ πατριαρχοῦντος ἡ Ἐκκλησία· πέφυκε γὰρ ὁ πατριάρχης Μανουὴλ μικρόν τι τοῦ βασιλέως Ἰωάννου πρωτελευτῆσαι· ἔδει δὲ πρῶτον πατριάρχην προβληθῆναι, ἵν' ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὴν στεφηφοριαν ἐν τῷ ἱερῷ τελεσιουργήσῃ τεμένει, etc. *Sed cum patriarchæ orba Ecclesia foret; nam paulo antequam Joannes imperator moreretur, patriarcha Manuel vitam finierat, nec absque patriarcha imperatoris coronatio in sacro templo confici posset.* Et paulo infra idem scriptor, postquam de Nicephoro Blemida, in quem plurimorum suffragia respiciebant (quique patriarchatus dignitatem sibi oblatam, ut scribit Gregoras, recusasset), locutus esset, sic de Arsenii electione: Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος διὰ ταῦτα μικράν τινα πεῖραν λαβὼν τοῦ ἀνδρὸς, ἐφ' ἑτέρους ἐτράπετο· καὶ ἐπεὶ δυσαρεστῶν ετυγχανεν πολλοῖς, μοναχόν τινα εἶναι μαθὼν ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιαδος λίμνῃ, ὀλίγων γραμμάτων πεῖραν ἔχοντα (μόνον καὶ γὰρ ἐφήψατο τῆς γραμματικῆς παιδείας·), ἀνέρον τελοῦντα, καὶ Ἀρσένιον ὀνομαζόμενον, ὡ, εἶχε ταχους, στελλει τους αὐτὸν ἄξοντας· καὶ ὃς ἀφίκετο. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς Νικαιας ἔξοδον ἐσπευδε, ὅτι ταχους τοῖς ἀρχιερεῦσι προσκαττει χειροτονησαι πατριαρχην αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, οἳ καὶ οὐ.ωοὶ διεπραξαντο, ἐν μιᾷ ἑβδομαδι διακονον καὶ ἱερέα, καὶ πατριαρχην αὐτὸν ἐκτελέσαντες. *Propterea imperator Theodorus illius mente, sensuque leviter degustato ad alios se convertit, et cum plures non satisfacerent, monachum quemdam ex Apolloniadis lacu, pratur paucas litteras cæterorum ignarum, solum enim rudimenta grammatices attigerat, nullis sacris ordinibus insignitum, Arsenium nomine accersitum, quam celerrime missis hominibus conduxit, nec ille renuit. Et Nicææ exire festinans, præsulibus, ut quamprimum eum patriarcham efficerent, imperat, illi audientes per unam hebdomadam, diaconum, sacerdotem et patriarcham consecrant.* Ex quibus Acropolitæ verbis liquet, aliter locum illum Nicephori interpretandum, ubi Arsenius dicitur ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἔμπειρος, nimirum *liberalibus artibus sufficienter instructus*; et ita legendum supra in versione pro, *omnigena eruditione instructus*: qua etiam notione verba illa accipi possent, ni historici illius ævi aliud suaderent. Deinde locus ille mutilus, ἐν τῷ σπεύδειν ἐξιέναι τὸν βασιλέα . . . . αὐτίκα στέφει. Nimirum *quoniam imperator profectum maturabat, statim a patriarcha coronatur*, vel quid simile reponendum, ut apparet ex Acropolita. Denique verba illa, καὶ ἐξεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, etc., satis explicantur ab Acropolita et Pachymere, qui narrant Arsenium patriarcham, cum videret Joannem Ducam Theodori filium a Michaele Palæologo contemni, et in eum machinas ac fraudes strui, patriarchatui valedixisse; quod quidem accidit initio anni Christi 1260, cum sedisset annis quinque, ut scribit Nicephorus, neglectis aliquot diebus, quibus supra annos quinque rexit illam Ecclesiam. Cæterum fallitur Gregoras dum Germano patriarchæ Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum fuisse scribit; siquidem Arsenius Manueli successit, Manuel Methodio, Methodius Germano, ut ex supradictis palam est. Vide Pachymerem, lib. II, cap. 7, 8, 15 et 16; Acropolitam, pag. 77 et 98.

Col. 468 A. *Εἶτα Νικηφόρος*, etc., *ἔτος α'*. Arsenio Nicæa profugo, in ejus locum substituitur Nicephorus Ephesi episcopus initio anni Christi 1260. Moritur autem Nicephorus Nymphæi circa mensem Novembrem ejusdem anni 1260, cum nec integro anno patriarchatui præfuisset, ut scribunt Georgius Acropolita, pag. 97 et 98, et Pachymeres, lib. II, cap. 22. Post Nicephori autem mortem Ecclesia Constantinopolitana viduata mansit pastore mensibus circiter novem, ut ex infra dicendis facile patebit.

Ibid. *Ἀλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως πάλιν ἄρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερὸς ἔτη β'*. Licet ex Georgio Acropolita, pag. 97 et 98, appareat Arsenium patriarcham ante recuperatam Constantinopolim in sedem restitutum fuisse a Michaele Palæologo imperatore precibus sebastocratoris Tornicii, attamen revera non ante recuperatam urbem Arsenius revocatus fuit, etsi credi potest, ad id dispositum fuisse imperatorem precibus laudati sebastocratoris etiam ante Constantinopolim recuperatam. Igitur optime hic Nicephorus scribit, capta Constantinopoli rursum præluisse Arsenium; nam idem Acropolita, pag. 102 et 103, et Pachymeres, lib. III, cap. 2, adventum Arsenii in urbem accidisse aiunt post imperatoris ingressum, qui accidit die quinta decima mensis Augusti, ut narrat idem Acropolita, pag. 102, et ut habetur scriptum initio codicis Regii 1852, laudati a doctissimo Boivinio in Notis ad Gregoram, ubi notantur dies, mensis et annus hujus ingressus: Μηνὶ Αὐγούστῳ ιε', ἰνδικτιῶνος ϛ', τοῦ ἔτους ,ϛψϟ', εἰσῆλθεν σὺν Θεῷ εἰς Κωνσταντινούπολιν. *Mensis Augusti die quinta decima anni* 6769 (Christi 1261) *introducti sumus Deo jurante in urbem Constantinopolim.* Arsenium autem circa finem hujus mensis restitutum fuisse in sedem, probabile omnino est; ita putat et Possinus in Observationibus ad Pachymerem, qui etiam credit coronationem Michaelis Palæologi sub initium Septembris celebratam esse, et Joannem Ducam excæcatum die Christi Natali ejusdem anni 1261. Sic Possinus; a quo sane mihi videtur recte initium secundi patriarchatus Arsenii consignatum; finis vero ejusdem patriarchatus a Possino transfertur ad annum Christi 1260: et sic Arsenio secundo patriarchæ anni circiter quatuor assignantur. At cum Arsenius secundo pa-

Digitized by Google

archa duobus annis, et aliquot mensibus, quos supputare neglexerat Nicephorus, præfuisset Ecclesiæ Constantinopolitanæ, illius depositio contigit certe circa initium anni Christi 1264, ut ut dicat Possinus; in exsilium autem proficiscitur Arsenius circa finem mensis Maii ejusdem anni, ut scribit Pachymeres. Neque statim Arsenio successit Germanus, ob turbas quæ excitabantur ab Arsenianorum factione, ut colligi potest ex Gregora et Pachymere, sed id factum puto anno Christi 1267, ut colligitur ex Pachymere, qui l. IV, c. 13, Germ. num inauguratum fuisse scribit mense Junio ipsa die Pentecostes. Pentecostes autem festum, non occurrit mense Junio nisi anno 1264 (quo certe anno non contigit Germani electio, ut patet cum ex iis quæ paulo superius diximus, tum ex infra dicendis, ubi agemus de anno quo is patriarchatum abdicavit); et anno 1267, nam anno 1265, dies Paschæ in 5 Aprilis incidebat; et anno 1266, in 28 Martii. Itaque electio Germani necessario cum anno Christi 1267 copulanda. Cæterum causa depositionis Arsenii fuit, uti pluribus referunt Pachymeres et Gregoras, quod Michaeli Palæologo ob Joannem Ducam excæcatum sacris interdixisset, neque eum veniam sceleris petentem audisset; unde cum indicto ab imperatore concilio, et in eo accusatus, se sistere nollet, damnatur ut contumax.

Col. 468, B. Ἑάλω ἡ πόλις, etc. Locus hic corruptus a scriba sic Græce ac Latine restituendus: Ἑάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ,ςψξθ', Ἰουλίου κε', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, τῷ γ' ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. *Capta est urbs a Romanis anno* 6769 (Christi 1261) *25 Julii, feria secunda, anno tertio imperii Michaelis Palæologi.* Et ita legendum supra in versione.

Ibid. Ὁ Ἀδριανουπόλεως Γερμανὸς, etc. Hic inter Arsenium et Josephum reponendus est Germanus antea episcopus Adrianopolitanus, qui in Catalogo Nicephori Callisti scribæ incuria omittitur. Hujus mentio occurrit non solum in Catalogis a nobis hic editis, sed etiam apud scriptores, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, nimirum apud Pachymeren, Gregoram, Georgium Phranzam, etc. Huic patriarchæ annus unus assignatur in Catalogis. Verum cum Germanus die Pentecostes, quæ anno Christi 1267 concurrebat cum die quinta mensis Junii, creatus sit patriarcha Constantinopolitanus, ut ex Pachymere paulo superius demonstravimus, et patriarchatum abdicaverit die quarta decima mensis Septembris ejusdem anni, ut scribit idem Pachymeres, lib. IV, cap. 21, certe ille mensibus tribus et diebus novem et non amplius Ecclesiam illam administravit. Fallitur autem Possinus, qui eum quatuor mensibus cum dimidio sedisse ait. Quod vero Germanus hoc ipso anno patriarchatum abdicaverit satis ostendit Gregoras, dum circa illud tempus contigisse deliquium solare scribit, nimirum hoc ipso anno die 23 mensis Maii. Cæterum quibus mediis usus fuit imperator ad persuadendum patriarchæ Germano, ut patriarchatui valediceret, pluribus narrat laudatus Pachymeres, lib. IV.

Ibid. Ἰωσὴφ ὁ Γαλησίου ἡγούμενος ἔτη η'. Joseph Galesii abbas successit Germano in patriarchatu die vicesima octava mensis Decembris anni Christi 1267, et mox Kalendis Januariis ordinatus fuit, ut scribit Pachymeres, lib. IV, cap. 23: Τοῦ γοῦν τοιούτου καταδεξαμένου τὴν ψῆφον, ὁ βασιλεὺς εἰς πατριάρχην τοῦτον προ άλεται μηνὸς Σκιροφοριῶνος, εἰκοστῇ ὀγδόῃ, τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςψοϛ' ἔτους, Ἑκατομβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονηθείς, εἰς ἀρχιερέας τετέλεσται. *Hunc tatem justo suffragiorum comprobatum numero ad patriarchatum imperator evexit, mensis Decembris die octava supra vicesimam, indictionis decimæ, anni* 6775, *mox Kalendis Januariis ordinationem idem episcopalem rite accepit.* Die autem secunda Februarii anni Christi 1268 solvitur imperator anathemate a Josepho, ut scribit idem Pachymeres, cap. 24 ejusdem libri. Postmodum vero cum Josepho patriarchæ persuasissent Schismatici, ut scripto publico declararet, jurejurando interposito, se nunquam in pacem ecclesiarum consensurum, ut narrat idem scriptor, lib. V, cap. 16, tum imperator cum patriarcha transigit, ut ipse patriarchali palatio excederet; quod quidem contigit die secunda mensis Januarii anni Christi 1274, ut scribit laudatus Pachymeres, cap. 17 ejusdem libri, ubi tota re pluribus exposita sic concludit: Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθεμένων, ὁ μὲν πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν προσκαθίζει, ἐνδεκάτῃ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςψπβ' ἔτους, κατέχων καὶ τὰ αὐτοῦ προνόμια ἀναφαίρετα· τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἔτι ἐν γαλήνῃ ἦσαν, πλὴν τῶν τῆς Ἐκκλησίας τεταγμένων εἰς ἄρχοντας. *His inter ipsos conventis patriarcha in Periblepti monasterium migravit die secunda Januarii, secundæ indictionis, anni* 6782. *fruens ibi reditibus suis annuis sine diminutione; sic Ecclesiæ quidem corpus in quadam tranquillitate erat; non item qui ei præerant.* Joseph itaque cum renuntiatus sit patriarcha CP. sub finem anni Christi 1267 et depositus sit initio anni 1274, uti paulo superius ex Pachymere demonstravimus, anni octo, qui eidem a Nicephoro assignantur, fuerunt procul dubio utrinque incompleti. Fallitur ergo et Georgius Phranzes dum Josepho annos tredecim attribuit. Cæterum verba illa Nicephori: Καὶ διὰ τὴν ἕνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ· sic interpretanda: *Et propter unionem cum Latinis ejicitur ab imperatore Michaele.* Et ita legendum etiam supra in versione.

Ibid. Ἰωάννης, etc., ὁ Βέκκος ἔτη η'. Depositio Josepho, in ejus locum suffici tur Joannes Beccus sive Veccus die vicesima sexta mensis Maii; secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, rite in patriarcham inauguratus est, nimirum anno Christi 1275, ut scribit Pachymeres, lib. V, cap. 24: Καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Ἰουνεφιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται. Δευτέρᾳ δὲ Ματμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, τὰ τοῦ Πνεύματος δέχεται, καὶ τελειοῦται ἀρχιερεύς. *Veccus igitur sexta et vicesima mensis Maii, festo sanctorum Nicænensium Patrum patriarcha creatus est: secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, Spiritus ejusdem per sacram ordinationem participes factus, rite inauguratus in patriarcham est.* Pellitur autem e sede Veccus ab Andronico imperatore die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. I, cap. 4, qui sane scriptor pluribus exponit ea quæ Vecco patriarcha gesta sunt uniendæ gratia Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Gregoras ait Joannem Veccum eam secessisse, seque Panachranti monasterio inclusisse. Huic patriarchæ anni septem assignantur in cod. ms. Bibliothecæ collegii Claromontani, quo usus est Philippus Labbeus; sed ipse perperam ibi legerat η' pro ζ'. Cæterum scribæ incuria legitur hic in textu Græco, ἐποιησε σε τὴν ἕνωσιν, etc. Lege igitur, ἐποίησε τὴν ἕνωσιν, etc.

Ibid. C. Ὁ ὁμολογητὴς Ἰωσὴφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'. Pulso e sede Vecco rursus inducitur Josephus die ultima mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. I, cap. 5. Is ineunte mense Martio anni 1283, morbo et senio consumptus obiit, ut refert idem scriptor cap. 13 ejusdem libri. Fallitur autem Georgius Phrantze, dum Joanni Vecco statim Athanasium successisse ait. Cæterum Josephum, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, paulo post cessisse scribit Gregoras, lib. VI, cap. 1, idque ab eo factum du-

Digitized by Google

plici de causa; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur; tum quod patriarchæ munus obire nequiret, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis: Ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσὴφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν, δυσὶν ἕνεκα, τῆς τε εἰρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν, δλην ὑφηρημένον ὑπὸ γήρους καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν. *Quamobrem Josephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur: tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis.* Idem confirmat paulo infra sectione 5 laudatus scriptor, ubi ait Josephum paulo post quam patriarchatum reliquisset e vivis excessisse. Gregoræ astipulatur Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ, qui exstat inter opera mss. Nicephori Chumni, laudatus a Boivinio in Notis ad Gregoram, pag. 753. Cæterum Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius qui hunc Josephum ab Joanne Palæologo Florentiam ad octavam synodum se contulisse, ibidemque oblisse scribunt, longe falluntur; quippe nemo, nisi Græculus penitus indoctus fuerit, ignorare potest, hunc patriarchatum longo tempore ante octavam synodum floruisse, illum vero, qui concilio Florentino interfuit, penultimum patriarcham fuisse ante captam a Turcis Constantinopolim.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Κύπριος*, etc., *ἔτη ς'*. Nimirum, *Gregorius Cyprius lector protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis sex.* Et ita legendum supra in versione, ubi scribæ incuria legitur annis 16, pro annis 6. Quid vero Πρωτοαποστολάριος, vide Ducangii *Gloss. Græc.*, v. Ἀπόστολος. Josepho autem fatis functo circa initium mensis Martii anni Christi 1283, uti supra ex Pachymere demonstravimus, successit Gregorius Cyprius, a quo initum fuisse patriarchatum ante medium mensis Aprilis ejusdem anni scribit Possinus ex Pachymere, quod idem scriptor, cap. 15, lib. 1, referat, feria jam tum secunda majoris hebdomadæ fuisse Gregorium Cyprium in plena possessione patriarchalis potestatis. Fuit quippe illo anno Pascha die Aprilis 18, unde majoris hebdomadæ feria secunda diem Aprilis 12 insederit: quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri necesse est. Sic Possinus. At ipse Pachymeres clarius lib. 1, cap. 14 Georgium Cyprium, qui induto monastico habitu Gregorius appellatus fuit, consecratum fuisse ait die Palmarum, qui dies anno Christi 1283 incidebat in diem 11 mensis Aprilis; ordinatus autem fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi, cooperante Cozylensi; idque peractum in templo Maximo, nimirum in Sancta Sophia, unde exclusi fuere, durante consecratione, quotquot Ecclesiarum paci consenserant, ut scribit laudatus scriptor paulo ante citato loco, et capite sequenti, ubi etiam narrat, cur non ab alio episcopo quam a Germano Gregorius consecratus sit, et eumdem Germanum Heracleensem paulo ante ordinatum fuisse episcopum in antiquæ Irenes templo. Sic Pachymeres cap. 14, cujus pauca verba, quæ ad ordinationem Gregorii et Germani spectant, hic exscribere lubet: Τὰ τῆς τελετῆς τοῦ πατριαρχεύοντος ἐγχειρίζουσιν, ὃ δὴ καὶ τοῦ αὐτοῦ Κρονίου μηνὸς παραλαβὼν ἐκεῖ[νος] εἰσάγει τὴν τοῦ Προδρόμου τῆς Πέτρας μονὴν σὺν ὀλίγοις τισὶ, καὶ ναὸν εὑρόντες ἐπ' ἀμπελῶνος, ἀργὸν ὡς ἐδόκει κἀκεῖνο; ὄντα, ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκοῦ ἀποδείκνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. Τῇ δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκείνον προβάλλεται. Ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἐκχεχωρημένον ἔχων διὰ πρεπρεπῶν ἐνεργεῖν τά οἱ προσήκοντα, τὸν τοῦ Ἀκακίου, ἀνδρὸς εὐλαβοῦς, καὶ τα πολλὰ συντετηρημένου, καὶ ἐπὶ τοῖς χθὲς πραχθεῖσι δόξαντος ἀμφιγ.ωμονεῖν, μαθητὴν Γερμανὸν εὐλαβῆ γε κἀκεί.ος; ἐσάπαν, καὶ τὸ ἦθος ἁπλοϊκὸν, ὡς καὶ ἐν πνευματικοῖς ταχθέντα τῷ πατοιαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλη πρόεδρον Ἡρακλείας τῆς κατὰ Θράκην, καὶ χειροτονητὴν ἑαυτοῦ ψηφίζονται, ἅμα δὲ τῷ ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὕτω τοῦ καιροῦ σχεδάζοντος, εἰς μητροπολίτην χειροτονεῖν, καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναὸς, πολλὰ καταπύνθεἰσης πρότερον τῆς ἱερᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης, καί τισιν ἁγιασθείσης εὐχαῖς, τὴν ἐκείνου εἶδε χειροτονίαν· αὐτὸς δ' αὖθ[ις] κἀκεῖνος πρῶτον μὲν ἱερέα, εἶτα δὲ κἀν τῇ λαμπρᾷ ἑορτῇ τῶν Βαΐων, ἀρχιερέα τὸν πατριάρχην χειροτονοῦσι. *Hic igitur commissam sibi designati patriarchæ ordinationem auspicaturus, mense Martio susceptum eum introducit cum paucis in monasterium a Prodromo et Petra nominatum, ubi templo in vinea reperto, in quo et ipso apparebat rem divinam ex longo fieri desiisse, in eo consuetis cæremoniis monachum ex laico instituit Cyprium; moxque diaconum ex lectore ordinat. Eadem porro die eumdem imperator declarat patriarcham. Hinc jam patriarcha, qui multorum suasionibus inductus, certum, ac plane constitutum haberet, non alium adhibere ad sui consecrationem, quam eum, de quo inter omnes constaret, longe alienum esse ab omni specie piaculi, quale plerique antistitum contraxisse mutuis flagrantium factionum insimulationibus culpabantur, discipulum Germanum filium Acacii viri pii, et valde circumspecti, qui se in palam nuper actis quasi neutrum habuerat, assensum in partem utramvis sustinens, et utrique, quantum duntaxat satis erat ad securitatem, favens; hunc quoque ipsum multa religionis existimatione commendatum; præterea ita moribus simplicem, ut eum ille, qui patriarchatum nuper gesserat confessariis accensuisset; hunc, inquam, quasi de quo nulla esse posset cujusquam plausibilis exceptio, in sui ordinatorem præparavit; eligens eum, suffragante in id pariter Cozyleno, in præsulem Heracleæ Thraciæ. Post quod episcopo mandavit, ut eum confestim (res enim moras non ferebat) in eam sedem rite metropolitam ordinaret. Isti functioni delectum est antiquæ Irenes divinum templum, cujus sacra et mystica mensa multis prius purgationibus expiata, et certis sanctificata precibus, Germani novi Heracleensis inaugurationem vidit. Hic porro vicissim promotorem suum Cyprium, primum quidem sacerdotio initiavit, deinde in celebri Palmarum festo, cooperante antistite Cozyles, patriarcham ordinavit.* Reliqua vero, quæ peracta sunt, dum consecraretur Gregorius Cyprius, pluribus exponit idem Pachymeres, cap. 15 ejusdem libri; quæ cum sint longiuscula, hic non exscribo. Verum priusquam de Gregorii patriarchatus annis loquamur (cum de ecclesia antiqua sanctæ Irenes mentionem fecerimus), libet hic nonnulla monere, quæ ad eamdem ædem spectant, et quæ libris præcedentibus, ubi de eadem pluribus locuti sumus, a nobis prætermissa sunt. Stephanus, diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, auctor Vitæ sancti Stephani Junioris, qui sub impio Copronymo martyrium subiit, docet solus, quod sciam, secundum concilium generale, primum Constantinopolitanum habitum esse in æde Sanctæ Irenes; quod quidem intelligi non potest de alia æde Sanctæ Irenes, nisi de antiqua, cum Theodosio Magno imperante nulla alia sic nuncupata exstiterit Constantinopoli, quam hæc antiqua Sanctæ Irenes ecclesia, quæ a Constantino Magno condita fuit. Sic idem scriptor, pag. 482, loquens de sex conciliis generalibus: Οὐχὶ ἐν ἱεροῖ, ναοῖς αἱ ἅγιαι ἓξ σύνοδοι συνηθροίσθησαν· ἡ τε πρωτη ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοφίας· ἡ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Εἰρηνης· καὶ ἡ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ, ἐν τῷ τοῦ Θεολόγου ναῷ· καὶ ἡ τετάρτη ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Καλχηδονίων μητροπόλει, ἐν τῷ τῆς πανευφήμου σηκῷ· καὶ ἡ πεμπτη αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἡ ἕκτη, ἡ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας

Digitized by Google

Σοφίας, ἡ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ, ἔνθα ἐπιλέγεται ὁ Τρουλλος, ὅπερ ἡμεῖς Ὡάτον καλοῦμεν. *An non in sacris templis sex sanctæ synodi congregatæ sunt? Prima Nicææ in templo Sanctæ Sophiæ: secunda Constantinopoli, in templo Sanctæ Irenes: tertia Ephesi, in templo Theologi: quarta in nostra Chalcedonensi metropoli, in templo celeberrimæ Euphemiæ: quinta iterum et sexta, Constantinopoli, illa in templo Sanctæ Sophiæ, hæc in sacro palatio, in ea parte quæ Trullus dicitur, quam nos Oatum vocamus.* Hujus autem synodi ordinem, quo dispositi erant antistites, quave in parte sederit Theodosius Magnus, qui eidem synodo interfuit, nobis repræsentat tabella, quæ exstat in codice ms. Bibliothecæ Regiæ, uncialibus litteris conscripto, sæculo nono. De hoc codice ms. sic loquitur doctissimus Montefalconius noster *Palæographiæ Græcæ*, lib. III, pag. 250. Codex, inquit, Regius, num. 1809, membranaceus, ingentis molis, pulchritudine et magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi; in litteris item initialibus, maxime in titulis orationum. Continet autem Gregorii Nazianzeni Orationes: descriptusque fuit Basilio Macedone imperante, ut liquet et picturis, ubi Basilius ipse depingitur cum tota familia: ex carminibus item in fronte positis, ubi Basilius, quasi tum sceptra tenens compellatur: necnon ex elegantia codicis, qui vere imperatoriam præfert magnificentiam, ad usumque ipsius Basilii et domus Augustæ fuisse plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabellæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores specimine hic allato; nam in descriptis foliis perquam latæ margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam usque oram, paginæ occupantur. Hæ prægrandes Tabulæ depictæ tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis olim non hæsisse videntur: unde augúratur vir quidam doctus, et rei librariæ veteris peritissimus, codicem aliquantum vetustiorem hisce depictis Tabulis esse: et picturas istas Basilium Macedonem cum familia exhibentes, postmodum huic exemplari adjunctas fuisse, cum ad hujus imperatoris usum codex translatus est. quanquam fatetur et ipse codicem ejusdem circiter ætatis esse, et ad Basilii ævum ex characteris forma commode reduci posse. Ego vero libentius credam totum codicem cum præmissis Tabellis ad Basilii usum adornatum fuisse. Deinde vero priora illa tria folia a principio posita, vel ex diuturno usu, quia initio posita frequentius evolverentur, avulsa fuisse; vel fortasse ab aliquo male feriato homine, ob elegantiam abstracta, deinde vero restituta fuisse. Ut ut sit, codex nonni prorsus sæculi videtur esse. De hoc codice Billius in Monito ad orationem 53 sic loquitur: *In reginæ tamen codice litteris capitalibus scripto, ac Gregorii nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est, ut, quanquam reclamante stylo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδεπίγραφα numerare auderem: nisi Hieronymus omnem dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc fetum vero suo parenti assereret.* Deinde affert locum Hieronymi, qui hoc opus sancto Gregorio Neocæsariensi sive Thaumaturgo ascribit. Jam ad picturas veniatur. In primi folii pagina secunda (prima quippe vacat) in fundo aureo Christus sedens, non inelegantur pro illa ætate repræsentatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, *Pacem meam do vobis*, etc., quæ spectant ad familiam Augustam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis erasa in pulverem abiit. In secundi folii pagina prima, fundo aureo stat Augusta cum duobus hinc et inde filiis pariter stantibus. Supra caput Augustæ scribitur, Εὐδοκία Αὐγούστα, *Eudocia Augusta*. Qui stat a dextris filius ejus, inscribitur Ἀλέξανδρος δεσπότης, erasis pene pestremæ vocis litteris; *Alexander despotes*; a sinistris Λέων δεσπότης, *Leo despotes*. Eudocia vero et filii sinistra singuli globulum tenent, in signum imperii. Circa Tabulam a quatuor partibus hi lambi leguntur:

Εὐκλήματοῦσαν ἄμπελόν σε τοῦ κράτους
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαληνοὺς δεσπότας
Βασίλειος προῆξε Ῥωμαίων ἄναξ
Μαθὼν προλαμπεῖς Εὐδοκίας φωσφόρους.

Palmitibus ornatam imperii tui vitem
Uvas ferentem, serenissimos nempe despotas,
Basilius provexit Romanorum imperator,
Cum splendida Eudociæ lumina edidicisset.

At abrasis præ vetustate litteris dubitat idem ipse Montefalconius an in postremo versu legendum sit μεθ' ὧν pro μαθών. Hanc autem Tabellam, quæ Eudociam Augustam cum Leone et Alexandro filiis repræsentat, in ære incisam exhibuit Ducangius in familiis Byzantinis, pag. 139. De aliis vero Tabellis depictis quæ in laudato codice Regio habentur pluribus agit ipse Montefalconius paulo superius citato loco. Sed ut ad tabellam synodi Constantinopolitanæ formam ordinemque episcoporum exprimentem redeamus, in ima parte ejus tabellæ habetur Macedonius; ex altera vero parte nomen tantum Apollinaris hæresiarchæ scriptum cernitur, effigies non comparet, cum pars illa folii conscissa sit; qui quidem ambo in eadem secunda synodo cum suis erroribus proscripti fuere.

Sed ut redeamus ad patriarcham Gregorium, imprimis mira oscitantia Georgii Phranzæ animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Gregorium ponit, neque Josephum restitutum post Veccum a te, sed scribit: *Veccum patriarcham, sua sede depulsum, monachus quidam, Athanasius nomine, excepit.* Verum scriptores omnes, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, asserunt post Veccum Josephum restitutum fuisse, uti supra diximus, et hunc excepisse Gregorium Cyprium; sic de Joscpho secundo patriarcha et Gregorio Cyprio refert Ephræmius Constantinopolitanus. Quod vero ait Ephræmius Gregorium Cyprium *a prima ætate patria paternaque domo fuisse extorrem*, lucem accipit ex Pachymere, qui lib. VII, cap. 34 refert, Gregorium apud Italos natum, et adultum, seseque postmodum inter Græcos conjecisse: Τί παθόντες ἔλεγεν (Veccus scilicet,) ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα καὶ τραφέντα συχναῖς περιβλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε, ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὕπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς, καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι. *Quid passi, dicebat* (Veccus), *me apud Græcos et ex Græcis natum et adultum, frequentibus onustum maledicentiis, fugitis, virum vero, apud Italos et natum, et adultum, prætereaque ipso habitu et lingua in Græcos intrusum, non sine laude accipitis?* Cætera vero, quæ ad Gregorium Cyprium spectant ac ejus patriarchatum, videri possunt apud Pachymerem et Gregoram, qui fuse de eo scripserunt; necnon apud alios scriptores, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt. Restat nobis ut de hujus patriarchatus annis, ac ejus depositione aliqua dicamus. Gregorius Cyprius, uti supra ex Pachymere demonstravimus, renuntiatus fuit patriarcha mense Martio anni Christi 1283, et die Palmarum, qui illo anno incidebat in diem undecimum mensis Aprilis, consecratus fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi antistite. Hic cum sedisset annis sex, patriarchatum abdicavit circa mensem Junium anni Christi 1289. Cur autem Gregorius patriarchatui valedicere cogitur pluribus exponit Pachy-

Digitized by Google

mer.s, ex quo quidem auctore, et ex scriptis ejusdem Gregorii, necnon Joannis Chilæ metropolitæ Ephesii quæ hic subjiciemus, rerum quæ in hac causa gestæ sunt seriem adornavit doctissimus nostrique amantissimus Michael Lequien, robisque pro more perhumaniter obtulit. Et sic habet: Nicephorus Gregoras perstringit paucis, nec satis enarrat, quæ causa fuerit, qua Georgius, seu Gregorius Cyprius, Byzantino patriarchatu cedere cogeretur. Cuncta vero fuse et ad longum Georgius Pachymeres recitat libro primo et secundo Historiæ Andronici Palæologi: quorum hæc summa est. Convocato propter quasdam de patriarcha Cyprio Joannis Becci expostulationes, episcoporum, clericorum, et monachorum, necnon procerum omnium, eorum imperatore cœtu seu concilio, cui Gregorius ipse Constantinopolitanus et Athanasius Alexandrinus præerant, accersiti Beccus ejusque socii Constantinus Melitiniota et Georgius Metochita, de Spiritus sancti processione disputaverunt. Cumque præter quemdam Nysseni Gregorii locum, quo Spiritus διὰ τοῦ προσεχῶς, *per illum qui proxime et contigue est ex Patre procedere* dicitur, alterum ex Joanne Damasceno protulissent, quo asseritur Pater διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *per Verbum esse manifestantis Spiritus productor*; hicque genuinus et sincerus esset agnitus, neque de processione alia quam de sempiterna intelligendus veniret, in miras ambages schismatici conclusi sunt. Conventu soluto ne Beccus cum suis vicisse videretur, patriarchæ Gregorio data provincia est libelli condendi, quo Damasceni dictum a Becci et Latinorum sententia alienum ostenderetur, conciliaretur que cum istis aliis ejusdem Doctoris verbis, Ἐκ δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, *Ex Filio autem Spiritum non dicimus*. Scriptus a Cyprio tomus, in ecclesia lectus fuit, quem imperator, et ipse patriarcha, nonnullique alii subscriptionibus suis munierunt; multis tamen refragantibus, qui, nec minis, nec tormentis adduci potuerunt ut subscriberent. Quorum renitentiæ hæc causa erat, quod in tomo enuntiaretur, priore Damasceni loco significari Patrem esse Spiritus per Verbum productorem, non ut Spiritus per Verbum exsistat, sed ut per illud effulgeat. Verba quippe tomi hæc erant, quæ refert Leo Allatius in *Vindiciis Syn. Ephes.* cap. 60, ex orat. 4 Josephi Bryennii de Trinitate: Εἰ καὶ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἐκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται. *Licet enim apud sanctos aliquos per Filium procedere Spiritum sanctum affirmetur, dictum hoc progressum in æternum effusionem, non ad hoc ut sit, pure et proprie significat*: alia libelli ejusdem excerpta post Bryennium Allatius addit in eumdem sensum convenientia. Plura vero legi possunt apud Beccum, qui Cypri tomum opusculis duobus confutavit, quæ exstant in secundo volumine *Græciæ orthodoxæ*. Qui patriarchæ tomum improbabant, non capiebant, inquit Pachymeres, quid tandem discriminis esset inter productionem Spiritus sancti ad exsistentiam, et processionem ad sempiternam exspiendescentiam; eo maxime quod Ecclesiæ doctores divinarum personarum Filii et Spiritus sancti emanationes ex Patre seu processiones ἐκφάνσεις, *effulgentias*, plerumque vocitarent: unde illi concludebant, datam a Gregorio expositionem Latinorum causæ favere magis, quam nocere. Editum igitur contra se tomum, ubi primum Beccus accepit, calamum adversus illum strinxit, ac, præter Byzantinorum spem, qui nihil nisi inconditas furentis animi voces ab eo prasinarentur, solidissima confutatione crucem adversariis fixit, tantamque patriarchæ schismatico conflavit invidiam, ut omnes illum in ipsius Joannis Becci, cujus olim socius fuerat, sententiam conspirasse arbitrarentur. Nec ab re quidem; quippe cum, præter illa quæ post Allatium attuli, alium sensum non reddant altera hæc tomi verba quæ apud Beccum leguntur oratione I: Ἀλλὰ ὅτι Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, οὐκ ἐνδοιάζω· ὅτι Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οἱ εἰρηκότες Πατέρες τὸ Πνεῦμα ἔφησαν. *Patres dixerunt. Spiritum per Filium et ex Filio naturaliter exsistere: non item per Filium et ex Filio exsistentiam habere.* Quasi vero *per Filium et ex Filio exsistere*, non idem sonet, atque, *per Filium et ex Filio exsistentiam habere*, etc., vice versa. Quid distinctione ista stolidum magis excogitari possit? Legatur Beccus t. II *Græc. orthod.*, pag. 252. Alia vero rursum ex eodem tomo pessimæ doctrinæ plena strenuus iste rei catholicæ defensor et patronus carpit, quorum hoc præ cæteris minime prætermittendum censui. Scilicet niebat Cyprius: Μηδὲν καινὸν εἶναι μηδὲ τῆς τῶν Γραφῶν συνηθείας ἀλλότριον, ἐὰν τὸ πνευματικὸν χάρισμα ἅγιον ὁμωνύμως Πνεῦμα καλεῖται· καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔστιν ὅτε οὐσιοῦσθαι τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος κλῆσιν, ὡς ἡ τοῦ ἡλίου λαμπηδὼν καὶ αὐγὴ πολλάκις τὴν τοῦ ἡλίου. *Nihil esse novi, neque a Scripturæ consuetudine alienum, ut spirituale donum Spiritus sanctus appellatur: quin imo actionem aliquando sibi nomen agentis usciscere, veluti splendor et radius sol sæpenumero nuncupatur.* Quibus verbis significabat æternam Dei actionem, sempiternum lumen divinum, quæ tribus personis communia sunt, *Spiritum sanctum* quandoque appellari. Id quod explicatius ipse declarat in fragmento alterius, ni fallor, operis *Contra Beccum*, quod mihi suppeditavit codex Regius 2953, et cujus magnam partem alibi recitavi in dissertatione critico-historica *De processione Spiritus sancti*. Atqui hæc præambula Gregorii Palamæ impietatem continebat, divinam operationem, quam θεότητα, *Deitatem*, appellabat, rea Dei essentia distinctam, Deoque et personis tribus æternam esse, ipsamque creaturis ratione præmiis communicari contendentis. Quocirca Beccus æmuli sui erratum arguit allato capite integro Theodori Abucaræ quod inter edita vicesimum septimum est, et quo nihil disertius Palamiticæ insaniæ opponi possit. Hanc autem divini luminis et operationis a divina essentia distinctionem tunc primum, cum ante audita non fuisse, auctore Cyprio invectam fuisse his verbis Joannes Beccus testatur: Ὁ δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς φησι, γενναῖος ἐκδικητὴς συκοφάντας ἡμᾶς καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὑβριστὰς, τοὺς οὕτω τὴν θεολογικὴν μετιόντας ὁδὸν, τί ἂν παρ' ἡμῖν καλήσειε αὐτὸς ὁ οἰκεῖον καὶ ἀπὸ κοιλίας νέας ἄρτι δογμάτων φωνὰς τῇ τοῦ Θεοῦ εἰσηγούμενος ἐκκλησίᾳ; *At veritatis, qualem se ipse dicit, præclarus vindex, qui calumniatores et sanctorum conviciatores nos vocat, qui hac ratione res theologicas tractamus, quinam a nobis ipse compellabitur, qui ex propriis suis, et nunc primum e ventre novellas placitorum voces in Ecclesia Dei proferre aggreditur?* Testimonium istud Becci obiter attuli, quo evincerem, nequaquam eum, dum patriarcha Constantinopolitanus esset, Palamam ejusque errores proscripsisse, tametsi id Combefisio nostro, quando secundam novissimi sui Auctarii partem edebat, persuasum fuit: quin potius Palamæ Cyprium præivisse, ejusque hæresin suis in scriptis contra Beccum præformasse. Quamobrem Joannes ille patriarcha, a quo Gregorium Palamam primum fuisse damnatum Cyparissiotus tradidit, aut Joannes Glycys fuit, aut potius Joannes Cancas Aprenus, Esaiæ successor, quod cum historiis Cantacuzeni et Nicephori Gregoræ consentaneum prorsus est, Joannis Becci adversus tomum lucubrationes animos adversariis Gregorii audiendi, ut ardentioribus studiis contra illum insurgerent. Horum præcipui erant Joannes Calecas metropolita Ephesinus, Daniel Cyzicenus et Theoleptus Philadelphiensis, cum quibus se Manuelo magno logo-

Digitized by Google

theta adjunxit. Leo Allatius lib. II *De consens.*, cap. 11, col. 513, libellum Græce Latineque edidit, quem Chilas imperatori contra tomum obtulit. Quod in causa fuit ut Cyprius tomi sui expositionem scriberet, quæ nunc primum prodit ex cod. Reg. 3442. In ea expositione contendere pergit, aliam esse personæ divinæ Spiritus sancti processionem ad exsistendum, et aliam ad effulgendum : primam innui a Scriptura et Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere ; secundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accusat, et libellum recitat, quem ille, ad efferatos adversum se plebeculæ animos placandos, Josepho patriarchæ dederat, subscripseratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret, et abdicationem suam approbaret. Qua vero mente Beccus id gessisset, ipsemet declaravit initio disceptationis suæ, quam in concilio coram imperatore ipsum habuisse narravi, quæque horum omnium motuum causa exstitit. Insuper vero Theoleptus Cyzicenus patriarchæ Gregorio objecit, in tomo vestigia reperiri impiæ doctrinæ Marci monachi, qui librum nuper evulgaverat, in quo nomen προβολεὺς *productor*, ambiguo perinde sensu usurpatum narrat Pachymeres, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν προβολεύς. Hunc Marcum alienigenam fuisse, Græcum, idem historicus tradit, et quantum ex inscriptione confessionis Gregorii, de qua mox dicetur colligitur, ex Hebræo Christianus factus fuerat, ac subinde monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctissimi, qui Marcum hunc eumdem esse putavit ac Marcum Ephesium qui post centum et quinquaginta annos contra Latinos disputavit in synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacensi legatur, Γρηγορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, *Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii*. Verum librarii oscitantia vel imperitia factum est, ut vox τοῦ Κυπρίου *Cyprii*, interjecta sit : cum hoc opus reddendum sit Gregorio protosynccllo, qui postremus Byzantinorum patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem : nisi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου scribendum fuerit, Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Ephesii*, Chilæ scilicet adversarii Gregorii Cyprii ; quod obiter a me dictum sit. Atqui Marcus ille monachus exiguum volumen quod scripserat, emendatum jactabat, et approbatum a patriarcha, quicum arctissima necessitudine jungebatur. Qua re factum est, ut statim atque Marci liber emissus in publicum fuit, Gregorius Cyprius ejus auctor censitus sit. Quam criminationem patriarcha ut repelleret, *Confessionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata exsecratus est. Id quod etiam in altero supplice ad Andronicum imperatorem libello præstitit. Interim qui pro Gregorio stabant, Athanasium Alexandrinum imperatore annuente, compellant ut tomo subscribat : quod tamen ille facere noluit ; causatus sibi satis otii et facultatis non esse ad singulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Constantinopolitanorum mores et sensus perspectos non haberet. His commotus imperator, ardens suum erga Cyprium studium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoranti, in quo mentem planius suam explicaret, annuit primum, mox vero mutata sententia abnuit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco disputatione, ex qua res Ecclesiæ nihilo pacatiores evaserant. Quin imo Andronicus misit, qui sedis abdicationem ab ipso poscerent. Jam enim Cyprius e patriarchali domo in Hodegorum monasterium migraverat, in quo scribendis pro sua defensione libris vacabat. Posthac autem, ne patriarcha inauditus damnaretur, publicum conventum imperator edixit, in quo lecta est illius *Confessio fidei*, et ab omni pravæ doctrinæ suspicione immunis judicata. Nihilominus Ephesinus metropolita et Cyzicenus palam protestati sunt, minime se in communionem posse venire cum homine qui certis de causis hæresis invidia aspersus esset. Cui sententiæ quia pertinaciter adhærescebant, nec imperatoris monitis et adhortationibus cesserant, in separatas custodias uterque missus est, e quibus non nisi post annos aliquot, et vix ægre educti sunt. At Theoleptus Philadelphiensis omnem offensionem hanc ex solo Marci libro acceptam prætexens, Gregorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, si Marci doctrinam detestaretur (disertius utique quam in confessione et in libello ad imperatorem). Quod quidem a Cyprio præstitum fuisse, Pachymeres non narrat : sed, cum hæc ille audisset, gratiis actis imperatori, postera die cessionis libellum dedisse. Rursum vero imperator, collectis iterum synodis, operam ponebat, ut tomus saltem emendaretur et exponeretur : id quod tamen selecti ad hoc operis viri conficere nullatenus potuerunt, cum de germano Damasceni sensu tradendo inter eos nequaquam convenirent. Τέλος, inquit sæpe laudatus Pachymeres, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπεξελὸν τ λ ο τὴν ἐξήγησιν, χρεῖττον ἡγησάμενοι μὴ ὅλως τὸ ῥητὸν ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναῤῥίπτειν κ νδυνον. Ac consulto prorsus : nam præter Becci expositionem, qua sincerior altera non occurrebat, ut, positis præjudiciis, sentiunt omnes, qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius in apologia quam pro suo tomo iterum scripsit, illos adversarios refellit, utique schismaticos, nec a Joanne Ephesio, Danielé Cyziceno, et Theoleptо Philadelphiensi diversos, qui Joannis Damasceni dictum προβολεὺς διὰ Λόγου ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *manifestantis Spiritus per Verbum productor*, sic interpretarentur, ac si διὰ Λόγου, *per Verbum*, δι' Υἱοῦ, *per Filium*, apud sanctos Patres idem sonaret, atque σὺν τῷ Λόγῳ *cum Verbo*, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, *cum Filio*, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio* : quam quidem postremam interpretationem tum Patrum sententiis, tum grammaticæ legibus et usui contrariam pluribus ostendit et evincit. Interim vero Joannes Beccus præter libros adversus Gregorii Cyprii tomum quos citavi, quatuor alios ad Constantinum, Meliniotam utique, scripsit, quibus ejusdem tomi expositionem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatius cum aliis edidit t. II *Græciæ orthodoxæ*. Gregorii vero Cyprii opuscula, quæ in codicibus Regiis, ac præsertim 3442, reperi, hic subjicienda censui, quo rerum gestarum series melius a studioso lectore percipiatur. (Exstant jam edita in tomo nostro CXLII.)

Col. 408 C. Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας, etc. δ' ἔτη... Abdicato patriarchatu Gregorio Cyprio circa mensem Junium anni Christi 1289, uti paulo superius monuimus, in ejus locum suffectus Athanasius monachus e Monte Gano ; cujus promotionem celebravit Andronicus ad magnum palatium in Trichinio Justinianeo congrua tali functioni magnificentia, sed cum sinistro augurio terræmotus, ut scribit Pachymeres, lib. II, cap. 15, et die quarta decima mensis Octobris ejusdem anni ordinatur Athanasius, ut tradit idem scriptor citato loco. Hic autem cum sese rebus temporalibus vehementius immisceret, a populo ejicitur, ut scribit hic Nicephorus Callisti ; quod quidem confirmatur ex Pachymere, qui pluribus res ab eo in patriarchatu gestas, ac ejus mores describit. Coactus autem fuit patriarchatum abdicare postquam quadriennium sedisset, nimirum die decima sexta mensis Octobris, ut tradit idem scriptor, cap. 24 : Τοῦτο δέ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, ὅτι τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς τὴν Ἐκκλησίαν κατέχων, αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς, ἣν δὴ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἔγνωκεν, ἥτις καὶ Ἐλαφηβολιῶνος ἐκκα.δε-

Digitized by Google

κάτω ἓν. *Unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adjunxerit, sic exacte quadriennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eamdem ferme initi relictique regiminis Ecclesiæ numeraverit diem sextum decimum Octobris.* Sic Pachymeres; ex quo quidem patet Athanasium patriarchatum abdicasse die decima sexta mensis Octobris anni Christi 1295, cum sedisset annis quatuor, et duobus præterea dielus, cum ejusdem consecratio contigerit, ut paulo superius ex Pachymere diximus, die quarta decima mensis Octobris anni 1289. Fallitur igitur Georgius Phranza qui Athanasio annos octo integros assignat. Quam vero fuerit Athanasius hominum regendorum ignarus, quamve sævus et inhumanus, facile quispiam cognoscere poterit, non solum ex Pachymere, qui plura de eo, (nam Gregoras schismaticorum hominum laudator in Athanasium valde propensus fuit), sed etiam ex ipsius Athanasii epistolis, quas ad imperatorem Andronicum, et ad alios complures conscripserat. Quarum quidem epistolarum habetur codex chartaceus in bibliotheca regia, quem huic donavit Ill. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis, ut scribit doctissimus Boivinius in notis ad Gregoram, ubi de hoc codice ac epistolis et aliis Opusculis Athanasii patriarchæ loquitur. Libet autem nobis (quoniam sex abhinc annis omnes Athanasii epistolas ac Opuscula ex laudato codice Regio exscripsimus et in Latinum vertimus) hic integrum indicem prædictorum operum exhibere, quem cum ex schedis Boivinii, tum etiam proprio labore adornavimus. (*Sequebatur Athanasii Epistolarum Index, quem jam edidimus in tomo* CXLII).

Col. 468 C. Ἰωάννης μοναχὸς, ἔτη 0'. Abdicato patriarchatu Athanasio die decima sexta mensis Octobris, anni Christi 1295, uti supra demonstravimus, in ejus locum sufficitur Joannes Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur; ejusque consecratio peracta est Kalendis Januarii anni 1294, ut scribit Pachymeres lib. II, cap. 28, ubi hujus viri ingenium ac mores describuntur. Hic autem patriarcha e sede pellitur ab Andronico, ut in ejus locum Athanasius restituatur, die vicesima tertia mensis Augusti anni Christi 1304, cum sedisset annis novem, mensibus septem, et diebus præterea viginti duobus, ut observat Possinus lib. III, Chronologico ad Pachymerem.

Ibid. D. *Καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.* Ad Athanasium secundo patriarcham desinit Catalogus patriarcharum CP. a Nicephoro Callisti concinnatus, nimirum ad annum Christi 1304, quo quidem tempore Nicephorus florebat, uti in Præfatione monemus, ubi plura de ipso, ac ejus scriptis placuit dicere. Quod vero attinet ad tempus Athanasii secundo patriarchæ, illum restitutum fuisse in sedem die vicesima tertia mensis Augusti, anni Christi 1304, paulo superius ex Pachymere demonstravimus; qui rem totam pluribus narrat. Huic secundo patriarchæ annos sex, et totidem menses attribuunt Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius; Georgius vero Phranza annos octo eidem secundo patriarchæ assignat. Sic Pontanus ex Phranza: *Iterumque Athanasius in eo est locatus. Hic postquam claves Ecclesiæ octo annos tenuit, rursum scandala emerserunt. Sic cui quies nunca semper furrat, sedem patriarchicam valere rursum jubet*, etc. Gregoras autem lib. VII, cap. 9, causam cur Athanasius secundo patriarchatum abdicaverit, pluribus narrat, ubi doctissimus Boivinius ad marginem monet, id factum anno Christi 1310, unde apparet Athanasium secundo patriarcham sedisse annis sex, et aliquot mensibus.

Ibid. *Καὶ ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι ι'. ἔτει ,ςω'.* Numerus ab orbe condito hic appositus depravatus a scriba videtur; nam vel desinit in initium patriarchatus Joannis Sozopolitani, vel ad finem; si ad initium ita restituendus ἔτει ,ςωβ', *anno* 6802, Christi 1294 quo anno Joannem inauguratum fuisse, supra demonstravimus. Si vero numerus ille in finem desinat, ita restituendus, ἔτει ,ςωβ', *anno* 6812, Christi 1304, quo anno e sede pulsum fuisse Joannem supra monuimus. Cæterum cum Historiam imperatorum Constantinopolitanorum a Constantino Magno ad ultimum imperatorum Christianum texere sit animus, libet etiam huic catalogo Nicephori Callisti seriem integram patriarcharum Constantinopolitanorum subjungere, nimirum illorum qui post Athanasium secundo patriarcham sederunt, ad Gregorium qui ultimus fuit patriarcha ante captam a Turcis Constantinopolim. Hoc quidem præstabit catalogus patriarcharum CP. editus ab eruditissimo P. Labbeo ex codice mss. Bibliothecæ Claromontanæ; singulis autem locis, si opus fuerit, Notas, sed breviores, adjiciemus. Quam vero imperfecti sint catalogi patriarcharum CP. editi a Matthæo Cigala et Philippo Cyprio, et maxime post Athanasium ad captam usque a Turcis urbem, facile quisque cognoscere poterit ex iis quæ infra dicturi sumus. Sic igitur habet Claromontanus codex:

Catalogus patriarcharum Cpolitanorum inde ab Athanasii præsulatu usque ad captam a Turcis urbem Regiam.

Νίφων ἔτη γ', μῆνας ι'. Nimirum, *Niphon annis* 3, *mensibus* 10. Abdicato secundo patriarchatu Athanasio anno Christi 1310, uti supra monuimus, Ecclesia Constantinopolitana per biennium vacavit; tandem Nipho Cyzici metropolitanus sedem illam occupat, initio anni 1312, ut scribit Nicephorus Gregoras, lib. VII, cap. 9, ubi hujus viri ingenium ac depravatos mores pluribus describit. Habentur et Athanasii patriarchæ CP duæ Epistolæ quæ ad Niphonem hunc spectant, nimirum, una ad imperatorem, *de Domino Niphone Cyziceno episcopo, et de accusationibus contra eumdem ipsi oblatis;* altera ad magistrum libellorum supplicum, *de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici.* (*Vide tom.* CXLII.)

Hic cum sedisset annis tribus, et decem mensibus, anno Christi 1315, e patriarchali sede pellitur ob multa et varia sacrilegia, ut scribit Nicephorus Gregoras cap. 11, paulo superius citati libri. Cæterum habetur in codice Regio n. 2964, fol. 199, verso, Oratio Nicephori Chumni, laudata a Boivinio in notis ad Gregoram, quæ sic inscribitur: Ἔλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τὰ πάντα πατριαρχεύσαντος Νίφωνος, ἀνενεχθεὶς παρὰ τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μιτυλήνης πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον.

Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς ἔτη δ'. Nimirum, Joannes Glycys *annis quatuor.* Pulso e sede Niphone anno Christi 1315, et uno anno interjecto in ejus locum, sufficitur Joannes Glycys logotheta cursus publici, qui uxorem filiosque et filias habebat; sed ejus uxor statim monasticum habitum induit; ille vero, quod certis anni intervallis articulorum doloribus afflictaretur, ipso indui non potuit; nam de medicorum sententia carnibus ei vescendum erat, ut scribit Gregoras, lib. VII, cap. 11, ubi hujus patriarchæ virtutes ac in litteris peritiam (1) pluribus prædicat idem scriptor; qui etiam ibidem testatur, se usum fuisse Joannis consuetudine ad stylum expoliendum. Huic patriarchæ annos quatuor assignat et Gregoras lib. VIII, cap. 2, ubi ait Joannem, quod ejus morbus ingravesceret, abdicata dignitate, quarto anno patriarchatus, in Cyriotissæ monasterium se contulisse. Quod quidem accidit anno Christi 1320. Vide ibidem patriarchæ hujus testamentum, quod Gregoras ab eo tum accersitus conscripserat. Verum, ut optime monet doctissimus Boivinius in Notis ad Gregoram, non ibi Testamentum ipsum patriarchæ, sed Testamenti proœmium profert Gregoras, cujus sese auctorem

(1) Ejus librum *de vera Syntaxis ratione* edidit Jahnius Bernæ 1819, 8°.

Digitized by Google

manifestum prodit. Exstant, inquit idem Boivinius, in codice Regio 3229, opuscula duo, ejusdem ferme et argumenti et styli; quorum primum inscribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τοῦ πατριάρχου, alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον.

Γεράσιμος ἔτος α'. Gerasimus anno uno. Joanni successit Gerasimus, sacerdos monachus e monasterio Manganorum, anno Christi 1320. Hic, ut scribit Gregoras, lib. VIII, cap. 2, erat vir simplici ingenio, et præ senio surdaster, litterarumque Græcarum omnino expers. Tales enim ab imperatoribus eligi consuevisse, ut dicto audientes eis sint, et nulla in re ipsis refragentur, tanquam mancipia, tradit idem scriptor laudato loco; et Georgius Phranzes ait, eum fuisse moribus nanci atque inutilem, et præfuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ exiguum tempus, eamque haud sponte dimisisse. Gregoras Gerasimi mortem accidisse scribit pridie quam Andronicus nepos urbem deseruerat; quæ quidem fuga Andronici contigit die vicesima mensis Aprilis anni 6229, Christi 1321, ut tradit idem scriptor. Igitur mors Gerasimi accidit ipso die Paschatis, quod illo anno incidebat in diem 19 Aprilis. Cantacuzenus vero Gerasimum obiisse refert ea ipsa nocte, qua Andronicus nepos urbem deseruerat.

Ἡσαΐας. . . . . Gerasimo fatis functo die 19 mensis Aprilis anni Christi 1321, uti paulo superius monuimus, sedes Constantinopolitana tribus ferme annis vacavit; denique Esaias monachus ex monte Atho septuagenario major, nulla sacerdotali dignitate præditus, idemque adeo imperitus ut nec prima quidem litterarum elementa perfecte posset conjungere, in urbem venit; eumque imperator ob nimiam morum simplicitatem in patriarchalem sedem tum temporis vacantem imposuit: quamvis multa crimina libere illi objecta et passim testata fuissent, propter quæ olim sæpe exclusus omni sacrorum ordinum gradu fuerat, ut scribit Gregoras lib. VIII, cap. 12. Renuntiatus autem fuit Esaias prid. Kal. Decemb. indictione septima, hoc est, anno Christi 1323, ut scribit Dorotheus in Synopsi. Perperam igitur Spondanus hoc factum ait anno 1322. Moritur autem Esaias, ut scribit Gregoras, et ut ex iis quæ mox dicturi sumus, patebit, anno Christi 1333, cum sedisset decem ferme annis.

Ἰωάννης ὁ Ἀπρηνὲς. . . . . Mortuo Esaia anno Christi 1333, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur hoc ipso anno Joannes Apris oriundus, Calecas cognomine. Huic anni quatuordecim assignantur in codice Regio 3058, folio 98, ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. His consona habet Gregoras qui lib. XVI, cap. 4, ait, Joannem annis circiter quatuordecim patriarcham fuisse: Καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς Ἰωάννην, ἐν τοῖς Βυζαντίου ὀρχείοις δέσμιον ἐπεπόμφει φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ αὐτὸς, μεγίστης καὶ δυσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πράγμασι βλάβης αἴτιος. Ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιούς, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, πεντε καὶ ἑξήκοντα γεγονώς ἐγγὺς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περὶ που τὰ τεσσαρακαίδεκα, ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθαίρεσιν μῆνας δέκα. *Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham ejecit, et Byzantium, ut in palatio vinctus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quæ illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicæ detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exauguralionem mense moriuus.* Depositus fuit Joannes ineunte anno Christi 1347, ut tradunt Gregoras et Cantacuzenus: oportet itaque, ut scribit Boivinius in Notis ad Gregoram, Joannem creatum esse patriarcham anno Christi 1333, non vero anno 1331 ut videtur tradere Cantacuzenus; nam præterquam quod ab anno 1333 ad annum 1347 anni numerentur quatuordecim, quibus eum sedisse supra demonstravimus, Gregoras et Cantacuzenus hujus depositionem in annum 1347 expresse conferunt. Hinc corrigendus est Spondanus qui hujus depositionem in annum Christi 1345 confert.

Ἰσίδωρος ἔτη β', μῆνας ζ'. ἡμέρας ιε'. Pulso e sede Joanne Calecа anno Christi 1347, in ejus locum hoc ipso anno substituitur Isidorus; qui, ut scribit Gregoras lib. XV, cap. 10, antehac Monembasiæ electus fuerat episcopus, mox novorum Palamæ errorum cum et ipse convictus fuisset, dejectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scissum est statim Ecclesiæ corpus. Sic Gregoras. Vide tomum Ignatii patriarchæ Antiocheni contra hunc Isidorum scriptum, qui tomus habetur apud Allatium (*De libris ecclesiasticis Græc.* dissert. 2), Novembri mense promulgatus, indict. 13, hoc est anno Christi 1344 exeunte. Vide item Orationem Palamæ adversus Joannem Calecam patriarcham scriptam, in qua ipse suam et Isidori causam pluribus agit. Hæc habetur edita Græce tantum ex codice Regio in notis ad Gregoram. Mors autem Isidori refertur a Gregora lib. XVIII, cap. 1, quæ quidem accidit anno Christi 1349 exeunte.

Κάλλιστος ἔτη ιβ'. Callistus annis duodecim. Callistus monachus ex monte Atho, unus ex Palamæ amicis, in patriarcham eligitur anno Christi 1350, ut scribit Gregoras lib. XVIII, cap. 1, ubi hujus patriarchæ ingenium ac mores pluribus describuntur. Hic patriarchatum adeptus synodum celebravit, in qua Palamas orthodoxus declaratus fuit: eam Combefisius edidit parte secunda Auctarii novissimi. Hic dum legatione fungeretur apud Cralænam pro societate contra Barbaros in Thracia, moritur, ut scribit Cantacuzenus, lib. IV, cap. 50, cujus quidem mors accidit sub finem anni Christi 1362, quod patet non solum ex eo quod huic patriarchæ anni duodecim assignantur, verum etiam ex iis quæ de successoribus infra dicturi sumus. Cæterum monere hic necessarium esse duximus Callistum patriarcham quod negaret Matthæum imperatorem designandum, ut scribit Cantacuzenus, e throno dejectum fuisse, et in ejus locum suffectum fuisse Philotheum, de quo infra dicemus. Tum Callistum Galatam, inde Tenedum ad Palæologum confugisse, ait laudatus scriptor. Hoc autem accidit circa annum quartum ejus patriarchatus, Christi 1354. Verum postmodum Joanne Cantacuzeno monastico habitu induto, et Palæologo Constantinopolim reverso anno 1355, initio anni sequentis patriarcha Callistus Tenedo reversus, ut scribit Cantacuzenus, ecclesiasticam potestatem recepit, cum contradicere nemo auderet: quin nec ipse episcoporum de restitutione sua suffragium expetebat. Sed indignissime non a Cantacuzeno solum, verum etiam ab episcopis violatum se arbitratus, suo sibi suffragio reditionem confirmans, injuriæ auctores ad pœnam deposcebat. Sic de eo tradit idem scriptor.

Φιλόθεος ἔτη ιγ', μῆνας ς'. Philotheus annis tredecim, mensibus sex. Philotheus et ipse Palamita Heracleæ episcopus, uti supra diximus, anno Christi 1354 renuntiatus fuit patriarcha in locum dejecti e sede Callisti, verum post biennium circiter sedis hujus, rursus Callistus non episcoporum suffragio, a quibus deturbatus fuit, sed propria auctoritate in sedem, a qua injuste dejectum se credebat, rediit, ut scribit Cantacuzenus. Et hi duo anni, quibus prima vice rexerat Ecclesiam Constantinopolitanam Philotheus, ab auctore hujus catalogi non recensentur; fortassis quod tum Callisto legitimo patriarcha vivente, intrusi potius patriarchæ quam legitimi nomen mereretur; sed utut res habeat, Philotheus, mortuo Callisto sub finem anni

Digitized by Google

Christi 1362, uti supra monuimus, in ejus locum sufficitur, seu potius in sedem restituitur, ut scribit Cantacuzenus lib. IV, cap. 50, quod quidem factum est initio anni sequentis. Moritur vero Philotheus anno Christi 1376, cum sedisset annis tredecim et sex mensibus post Callistum. Hujus autem patriarchæ qui Palamiticæ factionis erat, plura supersunt scripta, et imprimis Antirrhetici pro defensione tomi Palamitici, quibus mortuum Gregoram refutare, Cantacuzeno hortante, conatus est. Habentur autem hi Antirrhetici contra Nicephorum Gregoram in bibliotheca Regis Christianissimi mss. et a doctissimo Joanne Boivinio passim laudantur in Notis ad Gregoram : iidem etiam asservantur mss. in bibliotheca Vaticana, necnon in bibliotheca Regis catholici. In bibliotheca vero serenissimi Bavariæ ducis, et in bibliotheca Regis catholici habentur ejusdem patriarchæ homiliæ mss. in Evangelia et Dominicas totius anni, et aliæ ex sancto Joanne Chrysostomo potissimum desumptæ. Item Philothei patriarchæ Anathematismorum sub Constantino Porphyrogenito, et duobus aliis imperatoribus latorum, eversio seu confutatio habetur ms. in bibliotheca Vaticana. Hujus autem patriarchæ *Sermo encomiasticus* in tres Hierarchas, nimirum sanctum Basilium, Gregorium Theologum, et sanctum Joannem Chrysostomum Latine et Græce editus fuit a Jacobo Pontano societatis Jesu, cum Dioptra Philippi solitarii, Ingolstadii anno Christi 1604. Hujus item *Homiliam de cruce* Græce et Latine edidit Jacobus Gretserus tom II operis *De cruce*. Vide quæ de aliis ejusdem patriarchæ Philothei scriptis tam editis quam ineditis habent Possevinus, Udinus ac reliqui scriptores. Cæterum de Philotheo patriarcha pleraque perhonorifice scripta reperiuntur apud Cantacuzenum; cui quidem hac in re nulla fides adhibenda est.

Μακάριος, ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ιε'. Macarius annis duobus, mensibus septem, diebus quindecim. Philotheo fatis functo anno Christi 1376, in ejus locum substituitur Macarius hoc ipso anno. Hic cum sedisset annis duobus, mensibus septem, et diebus quindecim, obiit anno 1379.

Νεῖλος ἔτη η'. Nilus annis octo. Nilus successit Macario initio anni Christi 1380. Hic cum sedisset annis octo, obiit anno 1388 ineunte, uti ex iis quæ infra dicturi sumus de ejus successoribus facile patebit. Perperam igitur hujus mortem confert Spondanus in annum Christi 1398, et male huic annos viginti attribuit idem scriptor; sed longum omnino foret hujus scriptoris ac cæterorum, qui de patriarchis CP. scripsere, singula errata hic recensere, uti in Præfatione monemus.

Ἀντώνιος ἔτη η'. Antonius annis octo. Mortuo Nilo anno Christi 1388 ineunte, uti paulo superius diximus, in ejus locum suffici tur Antonius hoc ipso anno; qui cum sedisset annis octo, ut habetur in hoc catalogo, ejus mors necessario contigit anno Christi 1396. Quod quidem magis patebit ex iis quæ de annis Euthymii ac Josephi patriarcharum infra ex Georgio Phranza dicturi sumus. Perperam igitur hujus patriarchæ mors in annum Christi 1406 ab Onuphrio confertur.

Κάλλιστος μῆνας γ'. Callistus mensibus tribus. Callistus successit Antonio anno Christi 1396, qui cum sedisset mensibus tribus, obiit sub finem hujusce anni. Perperam Onuphrius Callisto huic secundo annos tredecim assignat; nam ipse novem mensibus tribus sedit; Matthæus vero ejus successor annis tredecim, ut habetur in hoc catalogo Græco, cui potior fides habenda est, quam Onuphrio.

Ματθαῖος ἔτη ιγ'. Matthæus annis tredecim. Callisto tam functo sub finem anni Christi 1396, anno sequenti in ejus locum substituitur Matthæus. Hic cum sedisset annis tredecim, obiit anno Christi 1410. Vide quæ de illo habent scriptores illius ævi.

Εὐθύμιος ἔτη ε', μῆνας ε'. Euthymius annis quinque, mensibus quinque. Euthymius successit Matthæo anno Christi 1410, qui cum sedisset annis quinque, mensibus quinque, obiit anno Christi 1416, quo etiam anno ejus mors consignatur a Georgio Phranza; qui sic habet: *Anno mundi 6924, Domini autem 1416, imperator Constantinopolim rediit, et cum eo procerum ordo universus. Quo mense post ejus adventum excessit e vivis patriarcha Euthymius.* Perperam itaque Onuphrius Euthymii patriarchatus initium in annum Christi 1419 confert, ut etiam ex dicendis constabit.

Ἰωσήφ. Joseph Ephesi metropolita renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus die vicesima prima mensis Maii anni Christi 1416, ut scribit Phranzes. Sic etiam Syropolus sect. 2, cap. 4, qui ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, Josephum inauguratum fuisse scribit; Constantini Magni et Helenæ festum agunt Græci die vicesima prima mensis Maii. Hæc Syropulus : Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφιστάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγεγονόσιν, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσὴφ, καὶ εἰς πατριάρχην προβάλλεται. Ὃς καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς κατ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἐνάτην νέμεσιν τὴν θείαν ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. Quæ sic verto. *Ad electionem patriarchæ cum præsules inter se suffragati, ut moris erat, tria nomina imperatori proposuissent, præsente etiam Mediensi, qui anteactis in synodo non interfuit, imperator Ephesi præsulem dominum Josephum eligit, ac patriarcham renuntiat. Qui confestim deductus in patriarchium, ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, divini cultus officium celebravit, et in Magna Ecclesia collocatus est, in throno inaugurandis patriarchis destinato.* Moritur autem Joseph Florentiæ, ubi cum imperatore concilii causa reperiebatur, vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, cum sedisset annis viginti tribus, diebus decem et octo circiter. Sepelitur Florentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Novæ nuncupata, FF. Prædicatorum; ad cujus sepulcrum legitur sequens Epitaphium; opus, ut aiunt, Maffei Vegii illius ævi poetæ Laudensis non ignobilis. Et sic habet:

Ecclesiæ antistes fueram qui magnus Eoæ,
Hic jaceo magnus religione Joseph.
Hoc unum optabam miro inflammatus amore,
Unus ut Europæ cultus, et una fides.
Italiam petii, fœdus percussimus unum;
Junctaque Romanæ est, me duce, Graia fides.
Nec mora, decubui: nunc me Florentia servat,
Quæ tunc concilium floruit urbe sacrum,
Felix, qui tanto donarer munere vivens;
Qui morerer voti compos et ipse mei.

De hoc Josepho patriarcha CP. qui concilio Florentino una cum imperatore interfuit, multa scriptores; nobis tamen hæc sufficiet dixisse. Cæterum in hoc patriarcha Josepho desinit catalogus patriarcharum Constantinopolitanorum a R. P. Labbeo editus ex codice Claromontano in *Apparatu Historiæ Byzantinæ :* ubi perperam subjungit Labbeus sic; « Josephus ille Florentiæ in concilio generali obiit : cui Græci subrogarunt Constantinopoli Gregorium quemdam cognomine Mammam, invitum et renitentem, qui expugnationem urbis paulo post futuram prædicens, se munere abdicavit : Phranzes Melissenum vocat, et diem Julii 26, anni 1445, ejus electionem assignat. » Fallitur, inquam, Labbeus hæc ex Phranza scribens; nam idem scriptor diversa omnino tradit, ut facile cuilibet patebit ex iis quæ dicturi sumus de Josephi successoribus ad captam usque a Turcis Constantinopolim; cum animus sit ad illud usque tempus seriem patriarcharum hic ex Phranza proponere. Sic igitur.

Digitized by Google

Mortuo Josepho patriarcha vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, uti paulo superius demonstravimus, in ejus locum sufficitur a synodo et imperatore Bessarion Nicææ episcopus, hoc ipso anno. Verum hunc, ut scribit Phranza, postea propter perturbationes rerum et scandala, nescio quæ, Constantinopolim non venientem, sed Romæ hærentem, princeps archiepiscopus (*papa Romanus*), cum pensionibus liberalissimis ad numerum et ordinem cardinalium ascripsit. Quænam autem fuerint perturbationes illæ ac scandala, propter quæ Bessarion renuntiatus patriarcha Constantinopolim non adiit, licet ea sileat Phranzes, satis ex anonymo Crusiano cognoscimus; dum scribit pag. 4, imperatore Constantinopolim reverso, eos qui illi remanserant clericos, monachos, ac cæteros recusasse cum iis, qui ex Italia redierant sacra celebrare, aut in precibus memoriam eorum facere; sed ab eis recessisse, tanquam qui pietatem abjecissent; magnamque inde divisionem consecutam esse: Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει κληρικοὶ, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοὶ, καὶ οἱ λοιποὶ, οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἐλθοῦσιν, ἢ μνημονεῦσαι αὐτούς· ἀλλ' ἐχωρίζοντο αὐτῶν, ὡς ἀσεβῶν, εἰπεῖν. Πολλοὶ δὲ παρῃτήσαντο καὶ τὴν ἱερωσύνην· καὶ γέγονεν ἡ ἕνωσις διαίρεσις. *Qui vero in urbe degebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis præpositi (pneumatici dicti) ac cæteri: ii nolebant liturgias et sacra cum illis, qui venerant, celebrare; aut in precibus mentionem ipsorum facere; sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem (ut ita dicam) abjecissent. Multi sacerdotio etiam renuntiarunt. Denique unitatem divisio, concordiam discordia, consecuta est.* Sed perperam ibi subjungit laudatus scriptor anonymus, ad hunc modum jactato Ecclesiæ statu, cum patriarcha Josepho illic mortuo nullus esset; nemo etiam propter rerum confusionem se ad honorem patriarchatus promoveri pateretur; Bessarione enim Nicæno et Isidoro Russiæ antistite Romæ remanentibus: demum Gregorium quemdam cognomine Mammam Pneumaticum, vitæ sanctimonia præstantem, arreptum, patriarcham factum esse invitum: sed cum, cum serpere in dies longius dissidium cerneret, eo se munere abdicasse, prænuntiato prius imperii interitu, et urbis expugnatione. Perperam inquam isthæc Anonymus Crusianus; nam Georgio Phranzæ de rebus sui temporis scribenti potior fides habenda: hic enim scriptor tradit, mortuo Florentiæ Josepho, in ejus locum, uti paulo superius diximus, suffectum fuisse a synodo et imperatore Bessarionem; verum cum Bessario propter rerum perturbationes ac scandala Constantinopolim non venisset, sed Romæ hæreret, in patriarcham electum fuisse Metrophanem. Sic cum Phranza; verum quod idem scribit de electione Bessarionis in patriarcham post Josephum Florentiæ fatis functum, pugnare omnino videtur cum Actis concilii Florentini; quippe cum Eugenius papa a Græcis petiisset ut in locum Josephi defuncti patriarcham alium ordinarent, ante suum Florentia discessum, responderunt id fieri nequaquam posse: sed nec imperatorem quidpiam monturum adversus priscam consuetudinem, qua patriarcham a totius ditionis ejus episcopis eligi oportebat, ac in magno sanctæ Sophiæ templo consecrari: Πατριάρχης ἐντεῦθα οὐ γενήσεται, ὅτι ἔχομεν συνήθειαν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν ψηφισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν ναῷ χειροτονηθῆναι. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως πως οὐ ποιήσει, εἰδὼς τὴν συνήθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν. Sed de hac Bessarionis electione pluribus agit Allatius *De Ecclesiæ Occid. et Oriental. perpetua consensione* lib. III, cap. 5, ubi sic habet: His minime omnibus non obstantibus, imperator cæterique, qui unionem propugnabant, patriarcham eligunt Bessarionem, si nos non fallit auctor qui lingua Græcorum communi narrationem de synodo Florentina conscripsit; sed, cum sui dicti testem afferat Georgium Phranzam, hoc eodem dictum suum destruit. Phranza enim lib. II, cap. 17 ait, Bessarionem ab imperatore et synodo Florentiæ, post defunctum Josephum patriarcham creatum, qui cum aliis Græcis Constantinopolim non redierat, sed in Italia mansit. Non potuit ergo hoc auctore Bessario Byzantii patriarcha eligi a Græcis, qui Byzantii nullus erat; nisi velimus dicere, absentem electum fuisse; quod plane ridiculum videri poterit consideranti, quæ acta sunt Florentiæ pro electione novi patriarchæ post fata functum Josephum. Græci enim, licet enixe instaret summus pontifex, noluerunt patriarcham eligere, quod non esset moris eum eligere extra Constantinopolin. Et cum Phranza dicat, electum ab imperatore et synodo post defunctum Josephum, videtur, ni me fallunt conjecturæ, illius electionem ponere in Italia; quod Acta synodi omnino non tacuisserit. Et falsum est, Bessarionem post concilium in Græciam non rediisse, cum id ipse asserat, epistola ad Alexium: Μετὰ τὴν γενομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον. *Post celebratum sacrum concilium, et nostrum in urbem Constantinopolin reditum*, quod per breve tempus fuisse, certum est. Et forte tum præsens electus fuit, et noluit acceptare. Hoc tamen verbis Phranzæ non videtur respondere. Et quamvis idem Bessarion dicat in eadem epistola, inter Græcos se summos habuisse honores, non est intelligendus de patriarchatu, sed de iis honoribus, quibus ante synodum in ipsa Græcia fuerat ornatus, inter quos patriarchatus locum non habet. Quare non male opinantur illi, qui asserunt, cum titularem patriarcham Constantinopolitanum fuisse, quales post captam a Latinis Constantinopolin Romani pontifices nominabant, quemadmodum et aliarum patriarchalium sedium, idque nobis insinuare conatur Dorotheus Monembasiensis in Synopsi historiarum. Vide et alia quæ de Bessarione scribit idem Allatius paulo superius citato loco. Cæterum ut Phranzæ seriem persequamur.

Metrophanes ex metropolita Cyziceno Constantinopolitanus patriarcha renuntiatur vere anni Christi 1440, post imperatoris Constantinopolim adventum; sed quanto tempore Metrophanes in patriarchatu vixerit Phranzes non aperit. Metrophanes autem hic, ut ait Allatius loco superius a nobis citato, sextus ordine in synodo subscripserat: qui cum in sede collocatus esset, uti par erat, dissidentium machinas sedare conatur, turbulentos in officio continere, de contumacibus quoque pœnas sumere, quos, episcopatibus pulsos, exsilio multavit, et probos ac pios et morigeros in eorum loca, ut unio propagaretur, restituit. Dum reliqui patriarchæ reclamarent, neque remissis spiritibus arrogantiam sedarent, ex eorum etiam diœcesibus male feriatos ejicit, aliosque sibi audientes supponit: quod puto absque summi pontificis permissione hominem, Ecclesiæ Romanæ reverentissimum, nunquam ausum fuisse. Id reliqui patriarchæ ægre ferentes, Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, et Joachimus Hierosolymitanus, licet synodo per legatos subscripsissent, ira perciti, ac furore præcipites, coacta synodo, Metrophanem et episcopos ab eo creatos, conviciis onerant, anathemati subjiciunt, et reliquos Christi fideles ab eorum obedientia avertunt. Tandem Joanni imperatori scribunt, hortanturque ut resipiscat; sin minus, excommunicationem minantur. Ut curam Metrophanis, et imperatoris studium in propaganda unione, et aliorum patriarcharum in convellenda, videas, non abs re fuerit, litteras synodales, non eo quo obvias, hic inserere, inquit Allatius. Littera synodalis contra Metrophanem est: Τῶν πατριαρχῶν τῆς Συρίας. Ἐπειδὴ ἦκε καὶ ὁ πανιερώτατος μητρο-

Digitized by Google

πολίτης ἐνταῦθα τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας ὁ καὶ πρωτόθρονός τε, καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀνατολῆς ἅμα μὲν προσκυνῆσαι τὸν πάνσεπτον καὶ θεῖον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τάφον, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱστορῆσαι τόπους οὓς τὰ παράδοξα ἐτελέσθησαν τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας μυστήρια, ἅμα δὲ κοινώσασθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας Χριστιανῶν μέγα μυστήριον, καὶ δηλοποιῆσαι τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει σκάνδαλα πάντα διὰ τὴν συναθροισθεῖσαν ἐν Φλωρεντίᾳ τῇ πρὸς Ἰταλίαν μιαρὰν σύνοδον, καὶ τὰ τῶν Λατίνων σὺν τῷ Εὐγενίῳ πάππᾳ δοξάσασαν ἅπερ οὐκ ἔξεστι, τινὰ προσθήκην δηλαδὴ ἐν τῷ τῆς πίστεως ἡμῶν θείῳ καὶ ἀμωμήτῳ συμβόλῳ ὑπογράψασαν, καὶ πεισθεῖσαν ὡς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τά τε ἄζυμα συγχωρήσασαν πρὸς ἡμᾶς θύεσθαι, καὶ μνημονεύειν διὰ τοῦτο τὸν πάππαν· ἔτι τε τὰ ἄλλα ὅσα παρὰ κανόνας ἄθεσμα ἐκείνων συγκατατεθεῖσαν, καὶ στέρξασαν· καὶ ὅπως ὁ Κυζίκου μητροφόνος B ληστρικῶς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἥρπασε, συναινέσασαν τοῖς τε αἱρετικοῖς, καὶ τῷ εἰρημένῳ πάππᾳ, καὶ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Παλαιολόγῳ τῷ Λατινόφρονι, τοὺς μὲν πιστούς τε καὶ ὀρθοδόξους ἀπειλοῦντι, διώκοντι, τυραννοῦντι, καὶ ἐπιτιμῶντι, τοὺς δ' ἀπίστους καὶ κακοδόξους προσκαλοῦντι, τιμῶντι, καὶ ἀναβιβάζοντι, ὡς τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως σύμφρονας, καὶ ὑπερεκπερισσοῦ μάλιστα προσποιουμένῳ τούτου; κατὰ ἀντιπάθειαν τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας, ὡς ἐκ τούτου τοῦ τρόπου, καὶ μητροπολίδια βέβηλα, καὶ μιαρὰ ἐπισκοπίδια πανταχοῦ εἰς τοὺς θείους τῆς ἁγίας μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως προτρέψας, ὡς ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ τάχα ἐνορίας ὑποκειμένους· ἔδειξαν ὅπως ὁ εἰρημένος πανιερώτατος μητροπολίτης κύριος Ἀρσένιος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως μεγάλης Καισαρείας Καππαδοκίας πρωτόθρονός τε καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀνατολῆς, ὡς οὐ μόνον πρὸς τὰς ἄλλας ἐκκλησίας ὁ μητροφόνος πατριάρχης τὰς παρανόμους χειροτονίας προτρέψας Λατινοφρόνοις, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰς τῆς ἐπαρχίας τῆς Ἀνατολῆς πάσης τέσσαρα ὁ ἀχειροτόνητος κεχειροτόνηκε μητροπολίδια, καὶ ἐπισκοπίδια, πρός τε τὴν Ἀμασίαν δηλονότι, Νεοκαισάρειάν τε, Τύανα, καὶ Μακησσὸν τὰ τῶν Λατίνων πάντα φρονοῦντα, καὶ πράττοντα. Ἃ καὶ οὐ μόνον ἐντεῦθεν τὴν ἑαυτῶν ἀνεχόμενα φθορὰν καὶ ἀπώλειαν, ἀλλά γε μετὰ τὴν τοσαύτην τόλμαν, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ἅπαντας ἐκεῖσε Χριστιανοὺς οὕτως ἀπατῶντα, καὶ διαφθείροντα, καὶ πολλὰ τῇ ὀρθοδόξῳ Ἐκκλησίᾳ σκάνδαλα προξενοῦντα. Διὰ τοῦτο ὁ εὐσεβὴς καὶ πιστότατος καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πάσης ὑπέρμαχός τε καὶ ζηλωτὴς οὑτοσὶ ὁ εἰρημένος μητροπολίτης Καισαρείας Καππαδοκίας μὴ ἀνεχόμενος τὴν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ καινοτομίαν καὶ λύμην τῶν ἑτεροδόξων πρὸς τὴν ὀρθοτάτην καὶ ὑγιαίνουσαν ἡμῖν πίστιν, ἠξίωσε συνοδικὴν λαβεῖν γνώμην παρ' ἡμῶν τῶν τριῶν ὀρθοδόξων ἀρχιερέων τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ, τοῦ τε δηλονότι Φιλοθέου Ἀλεξανδρείας, Δωροθέου Ἀντιοχείας, καὶ Ἰωακεὶμ Ἱεροσολύμων, ὅπως ἀποσοβήσῃ τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ, καὶ ὡς ὅτι πρωτογενέστερος οὗτος καὶ ὀρθόδοξος. Ἔνθεν τι καὶ ὁρίζομεν ἡμεῖς συνοδικῶς ὁμοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ὁμοουσίου ζωαρχικῆς τε καὶ ἀδιαιρέτου ἁγίας Τριάδος, τοὺς μὴ δι' ἀρετὴν καὶ εὐσέβειαν χειροτονηθέντας μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους πανταχοῦ, καὶ προσέτι ἡγουμένους ὁμοῦ καὶ πνευματικοὺς τάχα, ὡσαύτως τε ἱερεῖς καὶ διακόνους, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἁπλῶς ψήφου, ἄλλως βεβήλους ὄντας, καὶ ἀναξίους, τὸν δὲ τῆς αἱρέσεως καὶ διωγμοῦ τῆς ὀρθοδοξίας δραξαμένους καιρὸν, καὶ δραμόντα, ἀναξίως, κενοδοξίας μόνης καὶ αἱρέσεως τρόπῳ πρὸς ἐπισκοπάς τε καὶ μητροπόλεις, ὡς δῆθεν τάχα σωτῆρας ψυχῶν, ἵνα σὺν αὐτοῖς ἄλλους φθείρωσι καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἅπαν ὀρθόδοξον ποίμνιον, μηδ' ὅλως φόβου Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας A κεκτημένους καρπὸν, ἀλλὰ καταφρονητὰς, καὶ ἀναιδεῖς ὄντας πρὸς εὐσέβειαν πᾶσαν, τουτέστιν ὁρίζομεν ἀπὸ τῆς σήμερον ἀργοὺς καὶ ἀνιέρους εἶναι πάσης ἱεροπραξίας καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἄχρις ἂν ἐξετασθῇ ἡ εὐσέβεια κοινῶς τε καὶ οἰκουμενικῶς. Οὕτω μὲν οὖν καταπεισθέντες ἔστωσαν ἀργοὶ καὶ ἀνίεροι. Ἀνταίροντες δὲ καὶ ἀνθιστάμενοι ληστρικῶς τε καὶ παρανόμως ἔστωσαν ἀφωρισμένοι, καὶ ἠλλωτριωμένοι τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀντίλογοι. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τούτοις δεχόμενοι, καὶ συναινοῦντες ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ ὑπερασπίζοντες. Ἀποκαθιστῶμεν δ' ὅπως κήρυκα τῆς εὐσεβείας καὶ ὀρθοδοξίας τὸν ἄνωθεν εἰρημένον πανιερώτατον μητροπολίτην, τὸν καὶ ὑπέρτιμον, καὶ ἔξαρχον πάσης Ἀνατολῆς, κηρύξαι πανταχοῦ τὴν εὐσέβειαν, μὴ αἰδούμενον πρὸς ἀλήθειαν πρόσωπον βασιλέως, ἢ πατριάρχου τοῦ μὴ ὀρθῶς φρονοῦντος, καὶ πράττοντος, μηδὲ πλουσίου, καὶ ἄρχοντος ἀνθρώπου· ἀλλὰ παῤῥησίᾳ τὴν πίστιν καὶ ὀρθοδοξίαν B κατέχοντα ἀφόβως καὶ ἀδιστάκτως, κατὰ τὴν ἐντολὴν, ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἕνεκεν εὐσεβείας ἐλέγξαι, ἐπιτιμῆσαι, καὶ διορθῶσαι τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐφ' ὅσον ἂν ἰσχύῃ ὁδεύειν, παρ' ἡμῶν αὐτῶν εἰληφότα τὴν συγγνώμην διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν χάριτος καὶ δυνάμεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃς καὶ ὀφείλει κατὰ τούτων τηρῆσαι ἀδωροκήτως τε καὶ ὀρθῶς τὴν εὐσέβειαν. Οὗ ἕνεκεν ἐπεδόθη αὐτῷ καὶ ἡ ἔγγραφος ἡμῶν γνώμη συνοδικῶς ἀπογραφεῖσα ἰδιοχείρως ἐν μηνὶ Ἀπριλλίῳ τοῦ ,ϛϡμα' ἔτους τῆς νῦν τρεχούσης Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, καὶ ἀπὸ Χριστοῦ ἔτει, αυμγ'.

Patriarcharum Syriæ. Cum venerit huc per omnia sanctissimus metropolita sanctissimæ metropolis Cæsareæ Cappadociæ, qui protothronus est, exarchusque totius Orientis, tum ut apprime venerandum divinumque Domini nostri Jesu Christi sepulcrum adoraret, sacraque quæ Hierosolymis sunt loca, in quibus maxime admiranda Christi dispensationis mysteria perfecta sunt, visitaret; tum ut una nobiscum rectæ fidei ac pietatis ingens arcanum communicaret, manisfestaretque scandala omnia Constantinopoli exorta propter exsecrandam synodum, quæ apud Florentiam Italiæ urbem coacta est, et Latinorum cum papa Eugenio, quod non licebat, dogmata approbavit, et additionem quamdam in fidei nostræ sacro inculpatoque Symbolo subscripsit, suasitque ex Filio divinum Spiritum procedere, concessitque azyma apud nos quoque in sacrificium offerre, et propterea commemorationem papæ facere; præterea alia multa illorum præter præscripta canonum illicita accepit et amplexata est: et quomodo matricida Metrophanes Cyzicenus, more prædonum Constantinopolitanam sedem invasit, quæ assensum præbuit hæreticis, et jam dicto papæ et imperatori Græcorum Palæologo, cum Latinis sentienti, fideles et sanæ fidei sectatores non absque minis persequenti, veluti tyranno opprimenti et redarguenti; infideles vero, et eos qui pravis opinionibus sunt imbuti, accersenti, honoranti, et ad dignitates promoventi, tanquam suæ hæreseos asseclas; et quod magis est, mirum in modum hos eosdem deosculanti propter eam, quam in se præfert adversus rectam fidem pietatemque repugnantiam: hinc factum est, ut profanos metropolitellos, et exsecrandos episcopillos, ubique in divinas et sanctas sedes sanctæ magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, tanquam suæ diœcesi instruxerit. Dictus sanctissimus metropolita dominus Arsenius sanctissimæ metropolis magnæ Cæsareæ Cappadociæ, necnon protothronus et totius Orientis exarchus, ostendit, non solum in alias Ecclesias matricidam Metrophanem patriarcham contra canones ordinationes iis, qui cum Latinis sentiebant, commisisse, sed jam et ad Orientis universi diœceses quatuor inordinatum istum ordinasse metropolitellos et episcopillos, in Amasia nempe, Neocæsarea, Tyanis, et Mocesso, Latinorum omnia approbantes et exsequentes, qui non solum

Digitized by Google

inde sibi subsecuturam ruinam atque excidium exspectant, verum quoque, post tantum facinus, omnes sub Christi grege ibi degentes Christianos fallunt, corrumpunt, multaque inter eos disseminant, quæ orthodoxæ Ecclesiæ scandala ministrant. Propterea pius, fidelissimus, et sanæ fidei universæ propugnator zelatorque jam laudatus metropolita Cæsareæ Cappadociæ, ægre ferens Ecclesiæ Christi innovationem et noxam, quæ ab aliena sentientibus in rectissimam sanamque nostram fidem intruduntur, petiit sibi exhiberi synodalem a nobis tribus orthodoxis antistitibus, qui in Syria sunt, Philotheo Alexandrino, Dorotheo Antiochena, et Joachimo Hierosolymitano, sententiam, ut omnes male sentientes ex universa sua diœcesi pellere possit, quod ipse antiquior sit et orthodoxus. Propterea nos, simul synodaliter congregati, præcipimus in nomine consubstantialis, vivificæ et individuæ sanctæ Trinitatis, metropolitas atque episcopos propter virtutem et pietatem haud promotos ad hæc, abbates simul et Patres spirituales, si qui fuerint, simul sacerdotes, diaconos, et in quocunque gradu ecclesiastico constitutos, profanos alias et indignos, qui hæresis occasione arrepta, dum recta fides in discrimen adducebatur, indigne cucurrere, inanis gloriæ et hæreseos modulo ad episcopatus et metropolitatus, quasi essent servatores animarum, ut cum se ipsis alios in exitium ducerent, et Christi veri Dei nostri universum orthodoxum gregem, penitus timore Dei necnon justitiæ et pietatis fructibus destitutos, quin imo despectores, et ad omnem pietatem inverecundos, hoc est, ab hoc die ita decernentes, spoliamus omni actione sacerdotali, et ecclesiastico ordine, donec eorumdem pietas communiter et universaliter examinetur. Hi si obedierint, ab omni munere sacro cessent; si contra se opponant, et prædonum more, contra ac canones sanciunt, adversantur, tanquam contumaces et contradictores, sint excommunicati, et abalienati a sancta et supersubstantiali et consubstantiali Trinitate; similiter et qui eos amplectuntur et in similibus assensum præbent et auxilium. Concedimus facultatem, tanquam pietatis orthodoxæque fidei præconi supra laudato sanctissimo metropolitæ, qui hypertimus est exarchusque totius Orientis, per loca omnia pietatem denuntiando, cum non revereatur ad veritatem astruendam, neque faciem imperatoris, neque patriarchæ, qui non recte sentiat et agat, neque divitis neque principis, sed palam ac libere fidem ac orthodoxiam possideat, sine ullo metu et hæsitatione, secundum præceptum sibi impositum: liceat itaque ipsi, ex hoc tempore, pietatis causa reprehendere, increpare, corrigere male sentientes in omni loco, quo potest accedere, data a nobis ipsi venia, propter datam nobis gratiam et potestatem Spiritus sancti; qui debet omnino in his integre atque incorrupte pietatem servare; propterea que illi tradita est in scriptis nostra sententia plena synodo, et propriis manibus subscripta, mense Aprili 6941 anni, nunc currentis indictionis sextæ, et a Christo anno 1443.

Ad imperatorem vero hæc: Κράτιστε, καὶ ἡμερώτατε, καὶ γαληνότατέ μοι αὐθέντα, καὶ βασιλεῦ, εὐχὰς τυγχάνοιμι ποιῶν πρὸς Θεὸν ἀδιαλήπτως, ὅπως τηρηθείη σου τὸ κράτος ἀπὸ παντὸς ἐναντίου συναντήματος, καὶ εἰς ἡμετέραν πνευματικὴν εὐφροσύνην. Γνωστὸν ἔστω τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου ὅπως ἡμεῖς ἐδεξάμεθα πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην γραφὴν ἀπὸ τὸν πάππαν Εὐγένιον περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα στέρξωμεν ταύτην ἀπαραιτήτως, καθώσπερ ἐγένετο, καὶ ἵνα μνημονεύσωμεν καὶ τὸν πάππαν. Τοιαῦτα μὲν ἁπλῶς ὁ πάππας Εὐγένιος πρὸς ἡμᾶς γέγραφεν, οὐδὲν δὲ παρέδειξεν ἡμῖν, ὅπως ἡ πρᾶξις ἐγένετο. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν προλαβοῦσαν γραφὴν πρὸς μὲ τοῦ ἁγιωτάτου μοι τοῦ ἀδελφοῦ κυρίου Ἰωσὴφ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, νῦν ἔμαθον ἀληθῶς, ὅτι ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδος οὐκ ἐγένετο κατὰ τὰς συμβιβάσεις,

A ἃς εἶχον πρὸς Ῥωμαίους οἱ Λατῖνοι ἐνόρκως διὰ γραμμάτων, κανονικὴ καὶ ἀβίαστος, καὶ ἐλευθέρα κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν θείων Πατέρων. Ἀλλὰ ῥᾳδιουργίας μυρίας ἐπινοήσαντες οἱ Ἰταλοὶ τὰς μὲν συμβιβάσεις ἠθέτησαν, παρέβησαν δὲ τοὺς ἐγγράφους αὐτῶν ὅρκους, ἐβίασαν δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τέλος τυραννικῷ τρόπῳ τὰ ἄθεσμα αὐτῶν πάλιν ἐκύρωσαν δόγματα, καὶ εἴ τι ἂν ἄλλο παρὰ κανόνας ἐκράτησαν. Τὸ χεῖρον δὲ μᾶλλον, καὶ ἀσεβὲς, ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν ἐν τῷ κοινῷ τῆς πίστεως συμβόλῳ προσθήκην οὐ παρητήσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως παρέδωκαν, φεῦ! παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι. Διὰ τοῦτο ἀπελογήθην ἐγὼ πρὸς τὸν πάππαν τοιαῦτα, ὅτι, εἰ μὲν στέρξῃ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἀποκυρώσεις, καὶ εἴ τι κανονικὸν καὶ νόμιμον οἱ τοιοῦτοι θεῖοι Πατέρες ἐθέσπισαν, ἤδη καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον καὶ αὐτὸς στέργω, καὶ τὸ τοῦ
B πάππα μνημόσυνον δέχομαι σωζομένου, ἵνα τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν πρὸς ἡμᾶς ἐγγράφως στείλῃ ὁ πάππας κατὰ τὴν νόμιμον καὶ ἀρχαίαν παράδοσιν καὶ συνήθειαν. Χωρὶς δὲ τούτου ἀλλοτρόπως οὔτε τὴν σύνοδον παραδέχομαι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ οὐδ' ὅλως, οὔτε τοῦ πάππα μνημόσυνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἡμῶν συγκατατιθεμένους πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρός τε τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον δηλονότι, καὶ τὸ τοῦ πάππα μνημόσυνον χωρὶς τῆς ὑγιαινούσης εἰρημένης ὁμολογίας ἐκείνου, εἰ μὲν τοῦ κλήρου ὦσιν, ἀργοὺς αὐτοὺς καὶ ἀνιέρους ἀπὸ τοῦ νῦν πάσης ἱεροπραξίας ἔχομεν· εἰ δὲ τῆς συγκλήτου, ἀφωρισμένους καὶ ἀκοινωνήτους κατὰ τοὺς θεοκηρύκων κανόνας, καὶ μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν θείων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων ἀποκυρώσεις καὶ παροδόσεις. Ταῦτα μὲν ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνον ἐγράψαμεν. Νῦν καὶ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν γνωρίζομεν τάδε· ὅτι, εἰ μὲν προσέδραμεν, ὡς τοῦ ἡμετέρου γένους παντελῶς ἐξησθενηκότος, καὶ διὰ τοῦτο καταναγκαζόμενος
C παντοιοτρόπως, ὅπως λήψῃ βοήθειαν, καί τινα ἴσην ἄλλην οἰκονομίαν νενόηκας, εἴτε τῆς καὶ πρὸς τὰ τῶν Λατίνων ἐνέπεσας, καὶ τὴν προσθήκην ἐδέξω κατὰ ἀνάγκην, εἶθ' οὕτως ἀποτρεψάμενος νῦν τὰ ἐκείνων τερατολογήματά τε καὶ ἀσεβήματα, καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ παράδοσιν κατὰ τὰς θείας πάσας Γραφὰς ὁμολογεῖς ἀδιστάκτως τε, στέργεις, καὶ πείθῃ, ὡς οἱ πρὸ σοῦ ἅπαντες εὐσεβεῖς αὐτοκράτορες βασιλεῖς, ἤδη καὶ ἡμεῖς οὐ μόνον τὸ προσφιλὲς μνημόσυνον τῆς βασιλείας ἐπιτελεῖν ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ διηνεκῆ, καὶ ἀένναον ἱκεσίαν πρὸς Θεὸν ἐκπληροῦν μέλλομεν τοῦ σοῦ κράτους ἕνεκα, καὶ ὑπὲρ ψυχῆς μάλιστα, δι' ὧν ἐξιλεούμενοι καθ' ἑκάστην τὸ Θεῖον συγκοινωνῆσαί τέ σοι, καὶ τὰ ἀμπλακήματα ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ πραχθέντα. Οὕτω μὲν οὖν ἔσται σοι ἔλεος τῶν πλημμελημάτων, οὕτως δὲ ἄφεσις τῶν ἀγνοημάτων, εἰ μὲν τὰς θείας οὐκ ἀθετεῖς παραδόσεις. Εἰ δὲ περιμένεις, καὶ ἀνέχῃ τὰ τῶν ἑτεροδόξων, ὥσπερ ἀλλότρια ὄντα πάσης κανονικῆς παραδόσεως καὶ συνοδικῆς, οὐ μόνον ἐκ-
D κόψομεν τὸ τοῦ σοῦ κράτους μνημόσυνον, ἀλλὰ τὰ τοῦ βάρους προσθήσομεν ἐπιτίμια, ἵνα μὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ διαφέρῃ ἡ λύμη τοῦ ἀλλοτρίου καὶ βλαβεροῦ δόγματος, καθότι ποιμένες τῆς εὐσεβείας ἐκλήθημεν, καὶ ὡμολογήσαμεν οὕτως ἐγγράφως ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἁγίων ἀγγέλων. Οὐκοῦν οὐ κατὰ μισθωτοὺς ἀνεχόμεθα ποιμαίνειν τὴν τῆς εὐσεβείας Ἐκκλησίαν, οὐδὲ φειδόμεθα μᾶλλον ψυχῆς τε καὶ αἵματος, ἀλλ' ἕνεκεν Χριστοῦ, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἑτοίμως ἔχομεν δοῦναι ψυχὴν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κτώμεθα. Ἂν δὲ τῷ τυραννικῷ τρόπῳ παρανόμως βιάζῃ καὶ πειθανολογεῖς τὴν ἐλευθέραν καὶ ἀδούλωτον Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, γινώσκε οὕτως, ὅτι παραιτησόμεθα μὲν ἡμεῖς τὴν εὐσέβειαν ὅλως, οὐκ ἀνεξόμεθα δὲ σιωπῶν ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐντολὴν ἀφόβως ἐλέγξας, καὶ ἐπιτιμῆσαι μέλλομεν τοῦτον. Διόπερ καὶ στέλλομεν πρὸς τὴν ἁγίαν σου βασιλείαν ταῦτα μετὰ τοῦ ἐν ἱερομοναχοῖς καὶ πνευματικοῖς τιμιωτάτου

Digitized by Google

κυρίου Μακαρίου, καὶ υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος, ὃς καὶ ἀναγγελεῖ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν τὰ περὶ τῆς συνόδου, ἅπερ αὐτῷ ἀνεθήκαμεν. Σφόδρα γὰρ ἡμεῖς, πίστευσον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐπιποθοῦμεν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν Ἰταλῶν πάντων ἑνώσεως, σωζομένου εἰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔλθωσιν. Εἰ δὲ συστῆσαι τὸ ψεῦδος φιλονεικοῦσιν, οὐ δυνάμεθα συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς, οὐδ' ἂν πάντας ἡμᾶς διὰ μίαν ἡμέραν ἀπεκεφάλισαν. Κρεῖττον εὐσεβῶς καιρὸν πρὸς καιρὸν, ὅπερ τέλος ἀποθανεῖν μέλλομεν. Πείσθητι τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ γαληνότατε καὶ θειότατε, τοὺς θείους θεσμοὺς, καὶ νόμους Χριστοῦ, καὶ τὰς παραδόσεις τῶν θεοκηρύκων αὐτοῦ μαθητῶν, καθότι εὐσεβῶς ἔζησας ἄχρι τοῦ νῦν, ὡς οἱ σοῦ πατέρες ὁμολογοῦσιν ἔργῳ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως τεθνήξαντες. Οὐδὲν γάρ ἐστι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀμφίβολον, ὅπως πρὸς ἀπορίαν ἐμπέσῃς, καὶ διταγμὸν ἐν τοῖς Χριστιανικοῖς δόγμασιν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἓν γένος τοσαύτην ἀκρίβειαν καὶ ἔρευναν πεποίηκε περὶ πίστεως, ὅσην Πατέρες ἐν Χριστοῦ πίστει πεποιήκασιν. Ὅθεν καὶ τὰς ἀπὸ κτίσεως κόσμου μαρτυρίας εὑρόντες κατὰ διαφόρους καιροὺς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκηρυχθείσας, ἔστερξαν μὲν ταῦτα βεβαίως· ἐν πρώτοις · ὕστερον δὲ τῆς σκιᾶς παρελθούσης διὰ τῆς χάριτος παρουσίας τὸ τῆς οἰκονομίας ὅλον ἐτελειώθη σωτηριώδες μυστήριον, καὶ οὕτως τῆς ὑπερλάμποντος καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως πληρωθείσης, οἱ τῆς αὐτῆς θεωρίας μύσται καὶ μαθηταὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου σαφῶς τὸ μυστήριον τοῦτο τρανώσαντες πᾶσιν ἐκήρυξαν, ἵν' ἐφεξῆς ἑπόμενοι πάντες ὀρθῶς οὐκ ἀστοχήσωμεν ὅλως τὴν τῆς ἀπεράντου βασιλείας ἐκεῖθεν ἀπόλαυσιν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ, ἰνδικτιῶνος ἕκτης.

Christi, et sanctarum ac universalium septem synodorum præscripta atque traditiones. Et hæc quidem nos ad illum scripsimus; tuæ vero Majestati hæc nota facimus. Si similibus locum dedit, nationis nostræ penitus afflictæ, et tantum non emortuæ causa, modis omnibus coactus, ut auxilia tibi comparares, vel forte alia providentia suffultus in Latinorum sententiam ivisti, vique aliqua additionem amplexatus es, et nunc, eorum absurdis atque impietatibus semotis, sanam in divino symbolo traditionem secundum omnes divinas Scripturas indubitanter confiteris et amplecteris, illique credis, quemadmodum qui ante te imperio potiti sunt, jam et nos non tantum amicam majestatis tuæ faciemus commemorationem, sed continuis inexhaustisque precibus Deum pro tuo imperio, potissimum pro anima, exorabimus, quibus quotidie Deum tibi propitius reddemus, ut delictis tuis, tum dedita opera tum ignoranter commissis, veniam concedat. Et hac ratione misericordiam peccatorum, et ignorantiarum remissionem consequeris, si divinas traditiones non improbas. Quod si pertinax perstiteris, et aliena sentientium dogmata sustines, cum ea aliena sint ab omni canonica et synodali traditione; non tantum tuæ Majestatis commemorationem excidemus, sed pœnas etiam aggravabimus; ne, in Christi Ecclesia, alieni et noxii dogmatis pernicies vires sumat; dum pietatis pastores vocamur, scriptoque ita professi sumus ante Deum et sanctos angelos. Quare non uti mercenarii pietatis Ecclesiam pascimus, neque carior est nobis sanguis et anima, sed pro Christo illiusque Evangelio prompti sumus, animam et carnem et sanguinem, et quidquid aliud super terram possidemus, profundere. Quod si, tyranni instar, nefarie vim infers, et seducere contendis liberam jugique impatientem Ecclesiam, scito, nos nunquam pietatem desertures, nec taciturnitatem æquo animo laturos, sed secundum præceptum absque metu reprehensuros, et additis etiam minis increpaturos. Ideoque hæc ad Majestatem tuam mittimus cum hieromonacho, et spirituali Patre, præstantissimo domino Macario, et nostræ mediocritatis filio, qui et Majestati tuæ de synodo, quæ ipsi commendavimus, nuntiabit. Ardenter enim nos, mihi crede, et ut quivis alius, senioris Romæ et Italorum omnium unionem concupiscimus, dummodo illi veritati manus dent. Quod si mendacium constabilire contendunt, non possumus cum illis communicare, etiamsi uno die omnium cervicibus caput abscindant: optimum est, pie quacunque hora vitam ponere, si semel tandem moriendum est. Amplectere itaque et tu, o imperator serenissime et divinissime, sacras sanctiones, et leges Christi, et traditiones Dei præconum, et Christi discipulorum, qui ad hæc usque tempora pie vixisti, quod tibi tui parentes contestantur, pie probeque fato functi. Nihil enim est in nostra pietate ambiguum, quod ad hæsitationem atque dubitationem in Christianis dogmatibus trahi possit. Sed enim nulla natio tantam disquisitionem, et accuratum examen in rebus fidei posuit, quantum ipsi Patres nostri in Christi fide, ideoque ab orbe condito testimonia recollecta diversis temporibus a Spiritu sancto per sacros vates prævaticinata firmiter illis et ante alia fidem præstiterunt: postea prætergressa umbra, gratiæ accessu, dispensationis universum et salutare absolutum mysterium est. Et sic splendidissima ac vivifica resurrectione absoluta, illius mystæ et discipuli per Spiritum sanctum plane mysterium declarantes omnibus denuntiarunt, ut posteri omnes, recte eos sequentes, semper duraturi regni participes evadamus, cujus utinam compotes fieri contingat in Christo Jesu Domino nostro. Amen. Mense Decembri, indictionis sextæ.

Gregorius Melissenus, Pater spiritualis seu confessarius imperatoris, mortuo Metrophane, sive patriarchatu abdicato, in ejus locum sufficitur in æstate anni Christi 1445, ut scribit Phranza. Hic autem Gregorius dictus Phranzæ Melissenus non diversus videtur a Gregorio Mamma cognominato

Digitized by Google

ab anonymo Crusiano ; quem patriarchatu postmodum cessisse, quod dissidium in dies longius serpere cerneret, tradit idem scriptor. Neque sane dubito quin Gregorius iste idem sit qui Georgius Phranzæ dictus lib. III, cap. 3, quem quidem ait, mense Augusto anni Christi 1451, instar exsulis ab urbe discessisse. Sic enim et Gregorius Cyprius passim Georgius appellatur, quod sumpto habitu monastico ex Georgio Gregorius vocatus sit. Quæ cum ita sint, Gregorius seu Georgius iste sedit annis circiter sex, et ut quieti propriæ consuleret Constantinopolim reliquit, ac Romam, tanquam ad portum salutis et fidei asylum, confugit ; ubi susceptum semel patriarchatus titulum, quoad vixit, retinuit ; nemine alio inter Latinos, neque etiam inter Græcos usque ad captam per Turcas Constantinopolim, in ejus locum suffecto. Neque ante captam a Turcis Constantinopolim diem obiit, ut videtur innuere Phranzes, lib. III, cap. 19, cum in Comment. Pii II, lib. II, ejus mors ad annum Christi 1459 consignetur. Sedes autem Constantinopolitana vacavit ab anno Christi 1451, ad Georgium Scholarium, qui primus patriarcha fuit post captam Constantinopolim.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΚΑΙ ΙΣΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΜΥΡΟΦΟΡΟΝ

ΜΑΡΙΑΝ ΤΗΝ ΜΑΓΔΑΛΗΝΗΝ.

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI DOMINI

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

SERMO

IN SANCTAM ET APOSTOLIS ÆQUALEM UNGUENTIFERAM

MARIAM MAGDALENAM

(Bandini, Catalog. Biblioth. Laurent.-Medic., tom. I, p. 446.)

I. Quandoquidem alioquin quid conveniebat sermone exsecuti sumus, id ipsum nunc quoque facturi sumus beatæ Magdalenæ certamina delineaturi ejusque historiam adumbraturi atque æmulationi proposituri. Verbi enim æterni auxiliatrix haud inutilis doctrinæ ipsa inserviit, et pro sua parte non parum ad Evangelii propagationem contribuit. Quæ omnia considerantibus nobis necessarium ac peculiare negotium visum est de beata hac femina verba facere, siquidem de nulla e Domini discipulabus sermo aptior institui aut ejusmodi rerum studiosis præsentari poterit. Qui enim rebus cœlestibus ipse initiari et alios initiare et fidei verba mundo communicare voluerit, S. Magdalenam omni honore dignam judicabit ; et proprio animo satisfaciens, gaudium non parvum iis quoque exhibebit qui istius feminæ laudes in medium

Α'. Εἴπερ ἄλλοτε καὶ λόγῳ τὸ προσῆκον πρᾶξαι συμβέβηκε, τοῦτ' αὐτὸ καὶ νῦν δοκῶ μοι πράξειν ἐκ προφανοῦς, ἑαυτὸν καθεῖναι τοῖς τῆς μακαρίας Μαγδαληνῆς ἀγῶσιν ἐγκαθορμήσαντι, καὶ ταύτην προθεῖναι τῆς νῦν ὑποθέσεως ἀφορμήν, σπουδῆς ἔργον προστησαμένῳ· ἡ δὴ τῷ μὲν ὑπὲρ λόγον ἐνυποστάτῳ Λόγῳ οὐκ ἀσυντελὴς ὅσα καὶ ἐς μαθητείαν ἐτέλεσε, λόγοις δὲ ζῶσι τοῖς τοῦ κηρύγματος οὐ μικρὰν τό γε αὐτῆς μέρος εἰσήνεγκε δύναμιν. Ἡμῖν δὲ πανταχόθεν σκοπουμένοις ἀναγκαῖος καὶ οἰκεῖος ὁ περὶ ταύτης λόγος εἶναι δοκεῖ· οὐ γὰρ ἂν ἐπ' ἄλλῳ τῶν ἁπάντων διατεθείη, ἢ λόγοις ὡς ἐνδν τὰ ταύτης διεξιοῦσι, καὶ παρατιθεῖσιν ἀκοαῖς φιλολόγων διήγημα. Ἦ γὰρ ὑπῆρξε λόγῳ μυηθῆναι καὶ μυῆσαι τὰ ἐπουράνια, σπουδή τε πᾶσα τὸν τῆς πίστεως λόγον δ αὐδῦναι τοῖς πέρασι, πάντως ἂν αὕτη λόγοις, ὡς εἰκός, τιμωμένη, καὶ ἡδυνθείη τῷ πνεύματι, καὶ

Digitized by Google

χάριν οὐμενοῦν οὐ μικρὰν τοῖς γε τῷ περὶ ταύτης A
λόγῳ θαρσήσασιν οἷδ' ὅτι παρέξειεν. Ὅτῳ γὰρ ἂν
ἕκαστος ἔργῳ ἔτι τῷ ζῆν περιὼν, ἑαυτὸν ἐπιδιδοίη
καὶ ἥδοιτο, τούτῳ δὴ καὶ τῶν ἐνθένδε μεταχωρήσας,
εἴ τινι τῶν ἁπάντων ὁρῷτο τιμώμενος, γάννυται
ἐπὶ μᾶλλον, καὶ ἀνεκλαλήτῳ χαίρει χαρᾷ. Διά τοι
ταῦτα προσῆκον καὶ οἰκεῖον τῇ τοῦ Λόγου μαθητρίᾳ
τὸ ἐκ λόγων ἐγκώμιον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερόν
γε τρόπον ἀναγκαῖος ἡμῖν ὁ περὶ ταύτης λόγος
ἐστίν· ἀνδρὶ γὰρ ἐξέτι νέου λόγους ἀσκήσαντι, καὶ
τούτοις ὡς μάλιστα συντραφέντι, δεύτερά τε τούτων
τιθεμένῳ τὰ πάντα, καὶ χρεών γε ὂν Θεῷ ἀνατιθέναι
τῶν λόγων τὰς ἀπαρχὰς, τί ποτ' ἂν μᾶλλον ἐκείνῳ
γε ἥδιον εἴη ἢ λόγος ὁ περὶ Λόγου, καὶ ἡ περὶ τῶν
λόγῳ πίστεως διαδραμόντων τὴν οἰκουμένην διήγη-
σις; Καὶ τρίτον ἀλογίστων, μᾶλλον δὲ ἀχαρίστων B
ἀνδρῶν ἔγωγε κρίνω, προγόνοις μὲν τοῖς ἐξ αἵματος
χάριν ἐκτίνειν ἐθέλειν ὅσηπερ ἐστὶ δυναμένοις, τοῖς
δὲ τοῦ κρείττονος ἡμῖν ἀρχηγοῖς καὶ αἰτίοις τὴν
πνευματικὴν ἀναγέννησιν μηδ' ὁπωσοῦν προθυμεῖ-
σθαι τὰ εἰκότα χαρίζεσθαι. Οὐκ ἄδηλον δὲ πάντως
ὡς ἀρχηγὸς καὶ αὕτη τῶν ἀναγεννωμένων τῷ πνεύ-
ματι ἡ μακαρία Μαγδαληνὴ ἀναμφιβόλως λελόγι-
σται. Εἰ γὰρ τὰ τῶν παίδων τῷ πατρὶ λογίζεσθαι
τῶν ἐννομωτάτων τε καὶ δικαιοτάτων, καθὼς ἄρα
δῆτα καὶ ἔστι καὶ λέγεται, πάντως καὶ τὰ τῶν μα-
θητῶν τῷ διδασκάλῳ δοίη τις ἂν· διδάσκαλον δ' ἄλ-
λον τῶν ἀποστόλων μετά γε Χριστὸν εἴ τις ἕτερον
τιθέναι ἐθέλοι τοῦ λόγου τὴν μακαρίαν ὑπεξελών,
ἐς Χριστιανοὺς δοκῶν τελεῖν τε καὶ ὀνομάζεσθαι, C
οὐκ ἔγωγε οἶμαι ἐκ τοῦ ῥᾴστου τοῦτον εὑρεῖν, ὥστε
καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων ἔν γε τῷ παρόντι ταύτης
λογίζεσθαι, οὗ μοι ἄπο τρόπου εἰρήσεται, καὶ τῷ
λόγῳ τὴν πίστιν ἐξ αὐτῶν δῆτα προσηκόντως πα-
ράσχοιμεν. Εἰ γὰρ χρὴ τῷ θεσπεσίῳ πείθεσθαι
Παύλῳ τοῖς ἐν Κορίνθῳ γράφοντι· « Εἰ δὲ νεκροὶ
οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· εἰ δὲ Χρι-
στὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν. » Ταύτῃ
δ' ὑπῆρξε πρώτῃ ἀναστάντα κατιδεῖν τὸν Χριστὸν,
καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις εὐαγγελίσασθαι,
κἂν λῆρος τὰ ταύτης ὤφθησαν ῥήματα· ταύτῃ δοτέον
πάντως καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων, εἴπερ τῷ πρώτως
εὑρόντι τὰ τῆς εὑρέσεως παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι
λελόγισται. Τὸ δ' ἐντεῦθεν τῷ λόγῳ ἀναβαλέσθαι D
τὰ τοῦ ἀγῶνος ἄμεινον ξυμβαίνει εἶναι, ἥκιστα λο-
γιζομένῳ δεῖν ἀπαρασκεύῳ νηῒ μέγα πέλαγος δια-
πλεῖν, ἐλαχίστῳ δὲ ἀκατίῳ μέγα κῦμα διαπερᾶν,
ταυτὸ δ' εἰπεῖν βραχεῖ τε καὶ φαυλοτάτῳ λόγῳ τὰ
τῆς μακαρίας ταύτης διεξιέναι μεγαλουργήματα,
ἑτέρους δὲ τοῦ ἔργου τοῦδε καὶ τῆς ἐντεῦθεν φιλοτι-
μίας παραχωρῆσαι, οἷς δύναμίς τε λόγων ἀρκοῦσα
τυγχάνει οὖσα, καὶ δυνατά ἐστιν ἐκείνοις τοσοῦτον
ἀγῶνα διαχειρίσασθαι. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἀναδύναι
οὐκ ἔνι, οὐδ' ἀποφυγεῖν τὸ ἐγχείρημα, οὑτωσί πως
κατατολμήσαντι· πῶς γὰρ ἂν οὐ καὶ τῷ μώμῳ καθ'
ἡμῶν αὐτῶν νεανιεύεσθαι δοίημεν, εὐαγγελικῷ, οὕ-
τως ἐπ' ἀρότρῳ χεῖρα βαλοῦσι, καὶ πρὸς τοὐναντίον
μεταχωρήσασιν; Ἔργῳ χεῖρα ἐπιβαλόντι συνοίσει

proferre præsument. Qui enim labori alicui indulget A
lætitia afficitur, et si honorem inde assequitur, ma-
ximo gaudio perfunditur. Nemo igitur infitias ibit,
Verbi discipulæ laudem particularem deberi. Sed ob
aliam quoque causam de illa sermo nobis opportunus
videtur. Quid etenim viro rhetorico, qui ejusmodi
studia omnibus aliis præponit, et qui sermonum
primitias ad Deum refert, quid, inquam, magis
jucundum erit quam sermo de Verbo ac de iis
qui verbum fidei per orbem universum circumfe-
runt? Porro imprudentiæ ac socordiæ signum esse
judico, majoribus ex carne, quamvis potentibus,
gratias referre, iis autem qui regenerationis spiri-
tualis nobis auctores exstiterunt, grates debitas
non habere. Sine dubio autem beata Magdalena
eorum qui spiritualiter regenerati sunt, præcipua B
sospitatrix habetur. Si enim filiorum legitimitatem
ac justitiam patri attribuere fas est, certe discipu-
lorum quoque merita ad præceptorem referre
oportet. Magdalenam autem secundum Christum
apostolis primam nuntiam fuisse negari sine injuria
non posse constat inter Christianos; quare ab
apostolis eam separare non licet, quibuscum fidem
communem habebat; si beato Paulo fidem habere
decet ad Corinthios scribenti: « Nam si mortui non
resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Chri-
stus non resurrexit, vana est fides vestra [1]. » Magda-
lenæ autem primæ obtigit, Christum resuscitatum
videre, et resurrectionem ejus apostolis annuntiare,
quamvis verba illius vana esse viderentur. Quod C
igitur apostolis obvenit, ad Magdalenam referri
debet, siquidem omne inventum ad eum qui
primus invenit ab omnibus qui mentis sanæ sunt
refertur. Nunquam enim navem male construc-
mari alto committendam, aut undam decumanam
exiguo navigio tentandam esse aliquis asseruerit.
Sic hujus beatæ feminæ præclare facta brevi et
exiguo verbo memorare aliisve attribuere, iniquum
fuerit, qui eloquentiæ vi pollent ad ejusmodi certa-
men aggrediendum. Non enim licet rem intactam
relinquere. Quomodo enim homini petulanti resi-
stemus puerili nos jactantia aggredienti? Ergo sicut
Evangelium jubet, manum aratro imponamus,
contrarium faciendo. Melius enim erit et utilius,
rem inchoatam ad finem perducere, quam re in- D
fecta abscedere. Quando autem votum debitum
sermone absolvemus, nisi Patribus hisce obtempe-
remus, qui quotidie nos adhortantur, nec patiun-
tur ut quiescamus antequam beatæ Magdalenæ
laudibus efferendæ officium præstiterimus? Hac
cum ita se habeant, auxilio ejus invocato rem ag-
grediamur et omnem metum ac socordiam excu-
tiamus. Sermonis igitur fundamentum atque
initium sit dicere quæ ejus fuerit origo, qui-
bus parentibus sit prognata. Dein dicemus
quomodo Christo appropinquarit, quomodo
Evangelii participem fieri ei contigerit, et qua
ratione ad ejus promulgationem contribuerit.

[1] I Cor. xv, 16.

Digitized by Google

μᾶλλον καὶ εἰς τέλος ἀφῖχθαι, ἢ ἀτελὲς καταλιπόντι ὀπίσω ἰέναι. Πότε δ' ἂν καὶ λέγῳ καὶ λόγοις εὐλόγως τὰ προσήκοντα ἀφοσιωσώμεθα, ἢ τοῖς ἐμοῖς δὴ Πατράσι τούτοις τὸ δέον ἀποχαρισαίμεθα, διέλκουσί τε καθεκάστην ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, καὶ σπαράττουσι, καὶ οὐκ ἀνήσειν διισχυριζομένοις τὰ μάλιστα, ἕως ἂν τοῖς τῆς μακαρίας λόγοις ἑαυτὸν ἐπιδοίην; Ἐπεὶ τοίνυν ταῦθ' οὕτω, φέρε δὴ τὴν τῆς ταύτης βοήθειαν ἐπικαλεσάμενοι, τοῦ ἐγχειρήματος ἐφαψώμεθα, πάντα φόβον καὶ δειλίαν ἀποσεισάμενοι. Εἴη δ' ἂν τῷ λόγῳ κρηπὶς, ὅπως τε καὶ ὅθεν, καὶ τίνα ἔσχε τοῦ γένους ἀρχήν· εἶτ' ἐφεξῆς προσθεῖναι, πῶς τε Χριστῷ προσέλθοι, καὶ πῶς αὐτῇ γένοιτο τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τὸν ταύτης φθόγγον συνεξακούεσθαι.

II. At nunc quidem beatæ Magdalenæ patriam ac genus commemorare extra propositum nostrum nunc quidem esse censeo. Constat enim quod iis qui secundum Deum vixerunt patria et beata civitas in paradiso est; quod majores patriarchas et prophetas habent; quod amici eorum sunt apostoli et justorum concio et ea quæ in cœlesti Jerusalem verecunda et honorifica habentur. Quamvis enim de hisce gloriari liceat, tamen minime opportunum esse censeo, e rebus exiguis quæ illa aspernata est, laudem construere. Homini enim prorsus materiali tantum et qui in rebus mere terrestribus felicitatem sectatur perscrutari licebit, utrum vera patria in pascuorum ubertate et abundantia constet; utrum civitas bene sita muris et aliis commodis polleat; utrum mari adjaceat; utrum ex aliis commoda sibi comparet, ab incommoditatibus quæ mari inhærent, exempta. Illi autem sanctæ feminæ obtigit, istius felicitatis compotem fieri, spretisque omnibus Christum conquirere, et patriam habere cœlestem Jerusalem, terrestrem materiam pedibus calcare, cum Deo esse, imo misceri. Nihil enim ei laude dignum videbatur quod a rebus divinis abhorret. Quanquam vero mihi licuerit feminæ sanctæ patriam prædicare, non vereor ne alios offendam quibus civitas patria cæteris urbibus præferenda omnique laude digna videtur. Ea enim est urbium conditio ut pro dignitate aliæ aliis propositæ prolatæve pro arbitrio magnæ aut exiguæ habeantur. Attamen ne iniqui videamur in laudando aut vituperando, cum justa auctoritate exponamus quæ ejus patria fuerit; siquidem non minus patria eam decoravit quam ab ipsa condecorata fuit.

Β'. Πατρίδα μὲν οὖν καὶ γένος τῆς μακαρίας τῆσδε τό γε νῦν ἔχον διεξιέναι παντάπασιν ἀκαιρόν τε ἡγοῦμαι, καὶ σκοποῦ τοῦ προκειμένου ἐκτός· δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς κατὰ Θεὸν ζήσασι πατρὶς μὲν ἡ ἀνώλεθρος καὶ μακαρία ἐκείνη διαγωγὴ, ὁ παράδεισος· πρόγονοι δὲ πατριάρχαι καὶ προφῆται· φίλοι δὲ ἀπόστολοι, καὶ ἡ τῶν δικαίων ὁμήγυρις, καὶ τἄλλα ὅσα τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ σεμνά τε καὶ τίμια. Ἧ γ' ἐξὸν ἐκ τούτων σεμνύνεσθαι, περιττὸν οἶμαι πάντως καὶ ἐκτόπως τῷ καιρῷ μὴ προσῆκον, καὶ ἐκ τῶν μικρῶν τούτων, ἃ κἀκείνη ὡς οὐδὲν ὄντα τοῖς βουλομένοις κατέλειψε, προσερανίζειν τὸν ἔπαινον. Ἀνθρώπῳ γὰρ δεινῶς ἐξεχομένῳ τῆς ὕλης, καὶ πρὸς τὴν ἐκ ταύτης εὐδαιμονίαν ἐσχολακότι ἐξέσται τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι· εἰ πατρὶς αὐτῷ ἐστι βοσκημάτων εὐφορίᾳ τὰς ἄλλας ὑπερνικῶσα, εἰ θέσεως εὖ ἔχουσα, καὶ τειχῶν καὶ τῆς ἄλλης εὐπρεπείας· οὐκ ἀμοιρεῖ, εἰ γειτονοῦσα θαλάσσῃ, τὰ παρ' ἄλλοις ἐξιδιοῦται σεμνὰ, καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς θαλάσσης οὐ μετέχει κακῶν, μικρὸν αὐτῆς ὑποστελλομένη, καὶ τοῦ σύνεγγυς εἶναι ἀναχωροῦσα. Ἦ δ' ὑπῆρξεν ἀντὶ πάντων τῆς μακαρίας ἐκείνης εὐδαιμονίας γενέσθαι, καὶ πάντων ἀμελῆσαι, Χριστὸν κερδᾶναι, πατρίδα τε τὴν ἄνω κτήσασθαι Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς γεώδους ταύτης ὕλης ὑπεραρθῆναι, καὶ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι, μᾶλλον δὲ συγκραθῆναι, παρ' οὐδὲν αὐτῇ τὰ κάτω, καὶ ὅσα μὴ ἐκ τῶν οἰκείων φέρει τὸν ἔπαινον. Καίπερ εἰ βουλομένοις ἡμῖν καὶ τὴν αὐτῆς πατρίδα εἰπεῖν ἐξῆν, παρ' οὐδὲν δοκῶ μοι τὰ τῶν ἄλλων ἐλέγξαι τερπνὰ, οἷς ὅ τι καὶ ὅσα ἂν εἴποι τις ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐξαίσια εἶναι καὶ τίμια, λόγου τε πολλοῦ ἀξιούμενα, καὶ κρεῖττόν γε ἢ ἐκείναις αὐχοῦσα ἐν τούτῳ τούτων πλεονεκτεῖ, ὅτι δὴ μὴ τὰ ταύτης σεμνὰ, πολλά τε ὄντα καὶ λόγου δεόμενα, ἐπίσης ἐκείνας κτήσασθαι ἐξεγένετο. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ δοκεῖν ὑπερτιθέναι δόξωμέν τισι περικαλύπτειν τὸ δυσεὶς, καὶ τοῦτο δὴ ποιεῖν, οἷς μὴ ἔχωμέν τι τῶν εὐκταίων περὶ αὐτῆς διηγήσασθαι, φέρε δείξωμεν ἐκ πρώτης, ὅ φασι, τῆς ἀφετηρίας, οἵας ὁρμᾶται πατρίδος, καὶ ὅτι οὐχ ἧσσον ἡ πατρὶς αὐτὴν, ἢ αὐτὴ τὴν πατρίδα ἐκόσμησε.

III. Patria igitur beatæ Verbi alumnæ Mariæ Magdalenæ fuit, quam Deus Abrahamo patriarchæ ejusque posteris promisit, id est terra promissionis et Israelitis concessa, postquam ex Ægyptiaca miseria aufugerant. Scripturæ vero sacræ committo virtutes ejus enarrare et generis et nominis antiquitatem in medium proferre. Quibus enim verbis quis ejus gloriam supereminentem satis pronuntiare poterit? satius igitur est silentio rem præterire quam voces proferre re laudanda indignas et cæteris risui et ludibrio esse. Hæc igitur beatæ Magdalenæ patria. Quodsi patria illustri orta est, pa-

Γ. Πατρὶς τοίνυν τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ μαθητρίᾳ τοῦ Λόγου Μαγδαληνῇ, ἣν ὁ Θεὸς τῷ μεγάλῳ πατριάρχῃ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐπηγγείλατο, ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας ἡ κληροδοτηθεῖσα τῷ Ἰσραὴλ, τὴν Αἰγυπτίαν διαφυγοῦσι πλημμέλειαν. Καὶ παραχωρήσειν μοι δοκῶ τῇ ἱερᾷ Γραφῇ τὰ ταύτης ἐπαίρειν καλὰ, ὅση τε ἀρχαιότητο; ἔχεται, καὶ ᾗ τὸ νέον ἐκ τοῦ ὀνόματος πρόσεστι· ποίοις γὰρ ἂν τις λόγοις χρησάμενος, τό γε περιὸν αὐτῇ τῆς δόξης κἂν πρὸς βραχὺ παραστήσειεν; Ἄμεινον οὖν σιγῇ χρησάμενον ἐπαινέσαι, ἢ λέγειν ὁρμήσαντα μὴ δυνηθῆναι ἰσχῦσαι, καὶ γέλωτα ὀφλῆσαι μάλιστα καὶ διατριβήν·

Digitized by Google

αὕτη μὲν οὖν τῆς μακαρίας Μαγδαληνῆς ἡ πατρίς. Ἄλλ' οὕτω πατρίδος εὖ ἔχουσα, οὐκ ἔλαττον ἔσχε τὰ τοῦ γένους εἰς περιφάνειαν· πατράσι καὶ τὰ ἐχρήσατο, οὐχ οἵοι τῶν ἄλλων ἐνδεῖσθαι, καὶ ἄλλοις τῶν τε τῆς πατρίδος πρωτείων, καὶ τῶν ὅσα πλοῦτος αὐτοῖς ὑπεξίστασθαι· ἄνωθεν καὶ γὰρ αὐτοῖς ὡς ἐκ σειρᾶς τὸ τῆς εὐγενείας καλόν· τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν καὶ οὗτοι ὁρμώμενοι, εὐγενεῖς τὸ σῶμα, τὴν ψυχὴν εὐγενέστεροι. Θύρα τούτοις κατὰ τὸν Ἰὼβ παντὶ πενομένῳ ἀνέῳκτο, οὐκ ἐπιζυγομένη κατὰ προσώπων, καὶ πόρρω τούτους ἐλαύνουσα· πόδες ἦσαν χωλῶν· ὅσα καὶ ὀφθαλμοῖς ἐχρῶντο τούτοις, οἱ πεπηρωμένα τὰ ὄμματα περιέφερον. Χηρείᾳ δὲ τὰ μάλιστα βοηθοῦντες, ἐκ πολλοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντων πατέρων, παῖδας ἐξοικιζόμενοι, τῆς ὀρφανίας περιῄρουν τὸ πλεῖστον, ἅτε μὴ τῶν ἐξ αὐτῆς κακῶν ἐς πεῖραν τῇ ἐκείνων ἐπιμελείᾳ γινόμενοι. Τί οὖν; ἆρα μὴ τοῖς ἔξω καλῶς ἔχοντες, τοῖς ἔνδον ἐν ῥᾳστώνῃ διέκειντο, τρυφαῖς αὐτοὶ καὶ ὅσῃ βλακείᾳ σχολάζοντες; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ἔργον ἦν αὐτοῖς ἄπαυστον ἡ τοῦ παιδαγωγοῦ νόμου μελέτη· ἔτι καὶ γὰρ αὐτοῦ, κἂν ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς τὰ τῆς σκιᾶς ἐνειστήκει, καὶ ἡ πρὸς τὸ θεῖον δι' αἱμάτων καὶ κνίσσης οἰκείωσις. Γεννῶσι τοίνυν τὴν μακαρίαν ταύτην Μαρίαν περὶ τὰ μέσα που τῆς μοναρχίας τοῦ Καίσαρος Ὀκταβίου, ᾧ καὶ Σεβαστὸς ἐπίκλησίς ἐστιν ἕτερον ὄνομα. Καὶ ἀποχρῆν αὐτοῖς εἰς φιλοτιμίαν ἦγημαι, ὅτι πατέρες τοιαύτης ἤκουσαν θυγατρός. Εἴπερ γὰρ ἔδει τὴν τοιαύτην, καὶ τοσαῦτα δὴ τῷ βίῳ χαρισαμένην, ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τυγχάνοντα, τῷ βίῳ δοθῆναι, ὥσπερ τι τῶν πάλαι μέγιστον ἀγαθῶν, μὴ ἄλλοις αἰτίοις τοῖς εἰς φῶς προόδου πατράσι χρήσασθαι, ἢ δι' ὧν γέγονε, κἀκείνους μὴ ἄλλης ἢ ταύτης πατέρας ὀφθῆναι. Ἐπεὶ δ' ἀπέσχετο γάλακτος, καὶ πόρρω τιτθῶν ἦν, καὶ ἄρτι ποσὶν οἰκείοις ἐπιβαίνειν τῆς γῆς ἤρξατο, οὐκ ἐπ' ἄτρακτον ἐρείδειν πήχεις κατὰ τὸν Σολομῶντα μανθάνειν ἐκδίδοται, οὐδ' ἔρια νήθειν, ἢ τοῖς ἐκ σηρῶν νήμασιν ἐπικεῖσθαι, καὶ εἰς κάλλος ἐξυφαίνειν καὶ καταποικίλλειν, τῷ τὰ πάντα βιαζομένῳ χρυσῷ, ἀλλ' ἐς γραμματιστοῦ φοιτᾶν ἐγκελεύεται. Ἐπεὶ δὲ τὸ τοῦ λόγου δαλὸς ἦν εἰς πῦρ, καὶ ἵππος, ὅ φασιν, εἰς πεδίον, ὀλίγος ὁ μεταξὺ χρόνος, καὶ ἀσκεῖται μὲν αὐτῇ, ὅσα τῷ θεόπτῃ γέγραπται Μωϋσεῖ, καὶ τῇ λοιπῇ σκιώδει Γραφῇ, ὅσα τε προφῆται· καὶ ψαλμοὶ διεξέρχονται· τοῖς μέντοι ψαλμοῖς καὶ προσετετήκει τὰ μάλιστα, καὶ τούτοις νυκτὸς ἦν καὶ ἡμέρας ἐμμελετῶσα, καὶ τῶν προφητικῶν ἐκείνοις ἐγκειμένη διηνεκὲς, ὅσα περὶ Χριστοῦ, εἴτ' οὖν περὶ τοῦ ἠλειμμένου καὶ Μεσσίου ἐμφανέστατα διαγγέλλουσιν.

A rentibus non minus claris usa est, quibus cæt rorum non opus erat auxilio; qui inter civitates primores erant, et qui divitiis abundabant, et quibus generis charitas desuper erat. Nam ab Orientis partibus exorti, si quoad corpus generosi, quoad animam generosiores erant. Domus eorum, secundum Jobi exemplum, pauperibus omnibus aperta erat sine personarum acceptione. Pedes iidem erant claudorum; cæci iis ut oculis utebantur. Maxime autem viduis succurrebant, natos adoptantes quorum genitores ex diuturno tempore e vita excesserant, sicque orbitatis duritiem lenientes cura quam illorum gerebant. Quid tum? num putas eos qui cæteris bene faciebant, domi luxuriæ ac mollitiei indulsisse? Minime rerum; imo legis salutaris exB ercitium perpetuum eis negotium erat, cujus vigor sanguinem et victimarum odorem exigebat. Genuerunt igitur beatam Mariam circa medium imp. Octavii regnum qui alio nomine Augustus appellabatur. Et certe honori ipsis erat quod ejusmodi filiæ parentes audirent. Cum enim talem feminam, quæ vitam adeo honestavit, cujus virtutes mentem et sermonem exsuperant, in lucem, ut generis honos, edi par erat, æquum sane erat eam talibus potissimum parentibus nasci, qui itidem soli talis filiæ parentes esse merebantur. Postquam deinde a lacte et mammis amota esset et jam propriis stare et ambulare pedibus cœpisset, non ad opera feminina, secundum Salomonem, non ad lanam tractandam aut ad textilia serica; non ad vestimenta C auro distinguenda admovebatur, imo magistrorum scholis concredita est. Sicut vero fax in ignem, et equus in campum, ut est in proverbio, sic brevi tempore beata nostra docebatur quæ divus Moyses scripsit, quod in Scripturis obscuris legitur, quod prophetæ et psalmi referunt. Psalmis tamen maxime incumbebat iisque diu noctuque vacabat, ut et locis propheticis operam dabat quæ de Christo et de Messia ibidem clarissime proferuntur.

Δ'. Ἄρτι δὲ τῶν γονέων ταύτῃ διαμετρησαμένων τὸ ζῆν, αὐτῇ καὶ παρούσης ἐξουσίας εἰς τὸ ῥᾳθυμεῖν, οὐκ ἔμεινεν ἐν ἀπαιδευσίᾳ· οὐ γὰρ πρὸς τρυφὰς ἀπεῖδε, καὶ βλακείαις ἀνῆκε τὸ σῶμα, καὶ τῇ λοιπῇ ῥᾳστώνῃ ἐκδεδιήτητο· καὶ ταῦτα παρηβῶσαν ἤδη τὴν ἡλικίαν ἐπαγομένη, πλούτῳ τε βριθομένη, καὶ ἄρτι παθῶν τῶν ἐκ φύσεως ἐπιβαίνουσα· ἀλλ' ἄσχολον ἔργον ταύτῃ νηστεία καὶ προσευχὴ, τῆξις σαρκὸς, καὶ ἡ πρὸς τὸ θεῖον νεῦσίς τε καὶ οἰκείωσις, νόμου μελέτη, Γραφῶν ἀνάγνωσις, καὶ διὰ τοῦ τὰ ὄντα τοῖς χρῄζουσιν ἀνιέναι ὅλαις χερσὶ καὶ γνώμῃ, καὶ προθυμότερόν γε ἢ ἐκείνοις λαμβάνειν ἐξῆν, τὸ μέλλον, ὡς ἑνὸν, κατακτᾶσθαι, καὶ τοῖς ἐστῶσι ταμιείοις διὰ τῶν, οἷς ἐνδεῖν τὸν βίον συνέβαινε, τὰ

D IV. Postquam parentes e vita decessissent, filia cum otiari atque genio indulgere posset, litterarum studia non deseruit. Non enim luxuriei animum applicuit nec voluptatibus se dedidit, vitæque mollitiei se dedicavit, idque cum ætas, natura et cupiditates invitarent. Nihil enim antiquius habebat quam jejunium, preces, corporis mortificationem, cum rebus cœlestibus conversationem, legis meditationem, Scripturarum lectionem. Libenti eadem animo et cum profusione egenis et majori hilaritate dabat quam qua illi accipiebant. Sic aliorum vitæ prospiciebat, et quibus deerant quæ ad vitam necessaria sunt, divitiis suis cum animæ generositate succurrebat. Sed nec propriis

Digitized by Google

manibus pepercit, siquidem hominum morbo laborantium carnem vulneribus infectam aqua abluere-ret, et quæcunque ratione po-set, infirmitati eorum mederetur. Charitatem enim non verbis sed factis ostendere satagebat. Morum porro sanc'itate erat tanta et virginitatem adeo in honore habebat, ut a festivitatibus abstineret et splendidis concionibus interesse nollet. Consobrinis quoque sæpius adesse et cum viris conversari plane abhorrebat ut rem abominandam. Virginalem namque vitam secuta a sensuum voluptatibus per contrectationem abstinebat, satis habens si re aliqua desiderata e longinquo et spiritualiter per intuitionem frui posset. Quod enim per corpus exercere turpe putabat, id evitando ad res intellectuales referebat, et mentis auxilio, sine oculorum lascivia affectare satius habuit, ita ut eæ qui nostro quidem tempore virginitatem exercere præsumunt, ab illa plurima condiscere possint. Risum eadem immoderatum fugiens, a verborum prolixitate sibi temperabat quam maxime, et placida semper conversatione cum Deo fruebatur, cum mentis puritate et continua Scripturarum lectione, et ante omnia omnibus virginitatis castæ exemplar facta.

συνεχεῖ τῶν Γραφῶν ἀναγνώσει, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ πρό γε πάντων τῇ καὶ μέχρις αὐτῆς παρορά-
σεως παρθενίᾳ καὶ καθαρότητι.

V. Sic igitur cum beata femina vitam Deo consecratam et sublimem ageret, pater invidiæ quiescere minime potuit, qui pro malignitate sua justis semper insidiatur et calcem in via retorquet, ut dicit Scriptura sacra. Ita igitur beatæ nostræ pessimos dæmones associando, omnibus machinis domum castitatis oppugnat, et latronum more turrim fortiter conquatit virginitatis; qua sicut arce expugnata tota potitur urbe; qua devastata et sub ditionem suam redacta quæcunque illa divina ac sancta possidebat, abstulit, et eripuit omnem virtutem quam multifaria exercitatione a longo tempore conquisierat. Et postquam multis antea virtutibus resplendentem nudam fecisset, exit inde, septem eam dæmonibus custodiendam reliquens; Deus namque permisit, ut equidem arbitror, magnarum rerum germina inde producturus. Turpe enim et miserum auctor malitiæ credebat ab una se femina superari, qui majoribus superatis Cainum fratricidam constituisset, omne hominum genus diluvio perdidisset, Sodoma igne delevisset, idolorum denique cultui et cæteris cupiditatibus pravis totum humanum genus tradidisset. Si porro mysticis verbis quæ de septem dæmonum invasione ab antiquis ad nos usque pervenerunt, fides habenda est, quod nempe metus invasit Satanam ex quo prophetam audierat dicentem: « Ecce virgo in utero gestabit [a], » et quod beatæ Magdalenæ virginitatem abripit metuens ne in ea potissimum incarnationis efficeretur mysterium. Jam antea enim malignus propter

[a] Isa. VII, 14.

τοῦ ῥέοντος πλούτου ψυχῆς; γενναιότητι ἀποθησαυρίζειν. Ἀλλ' οὐδὲ χερσὶν οἰκείαις ἀπηγόρευτο τῇ μακαρίᾳ, μὴ καὶ διεφθορότι καὶ διεῤῥυηκότι ἀνθρώποις τὰς σάρκας, τὰς πληγὰς ὕδατι ἀπονίζειν, καὶ καταπλάττειν ἀκεσωδύνοις φαρμάκοις. καὶ πάντι δὴ τρόπῳ τῇ αὐτῶν βοηθεῖν ἀσθενείᾳ· ἦν γὰρ αὐτῇ καὶ πρὸ τῆς χάριτος τὰ τῆς χάριτος σπουδάζόμενα. Ἁγνείᾳ μέντοι βίου τοσαύτῃ ἐκέχρητο, καὶ οὕτω διὰ σπουδῆς· ἦν αὐτῇ τὸ τῆς παρθενίας κάλλος, ὡς ἀπασχέσθαι μὲν ἑορτῶν, ἀπείπασθαι δὲ πανηγύρεως, καὶ τοῦ θαμὰ παραβάλλειν προσήκουσι, καὶ ἀνδράσιν αὐτοῖς ἐς ὄψιν τὸ παράπαν ἀνομίλητα εἶναι· τῶν ἀτόπων καὶ γὰρ ἔκρινε, παρθενεύειν ἐλομένῃ, καὶ τῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν ἁφῆς ἀφεστῶσα διὰ τῶν αἰσθήσεων, οἷόν τισιν ἀσωμάτοις ἁφαῖς, τοῦ ποθουμένου δράττεσθαι πόῤῥωθεν, καὶ ὃ δρᾷν αἰσχρὸν διὰ σώματος, τοῦτο ταῖς διανοίαις καὶ τῇ τοῦ νοῦ ἐμπαθεῖ συναφείᾳ ἐργάζεσθαι, ταῖς τε τῶν ὀμμάτων ἐπιβολαῖς περιπτύσσεσθαι, δι' ὧν ἀπεμάξατο τύπων· ὃ πολλοῦ δέουσι περὶ αὐτῶν εἰδέναι, αἳ νῦν ἀσκεῖν παρθενίαν προείλοντο. Διά τοι ταῦτα καὶ γέλωτος ἀμετρίαν συνέστελλε, καὶ παῤῥησίας ἀφῃρεῖτο τὸ πλεῖστον, καὶ ἡσυχίᾳ ἐντρυφῶσα συνῆν ἀεὶ τῷ Θεῷ, νοὸς καθαρότητι συγγινομένη, καὶ τῇ

Ε'. Οὕτω δὲ τῆς μακαρίας βιούσης, καὶ βίον ἐνθεόν τε καὶ ὑψηλὸν ἐπιδεικνυμένης, οὐκ ἦν ἡρεμεῖν τὸν τοῦ φθόνου πατέρα· ἀλλ' ἀρχέκακος ὤν, καὶ ἀεὶ τοῖς καλοῖς ἐφεδρεύων, καὶ τηρῶν πείραναν ἐπὶ ὁδῷ, ᾗ φησιν ἡ Γραφή, ἐπιτίθεται καὶ ταύτῃ μετὰ σφόδρων τῶν πνευμάτων, καὶ ἐλεπόλεσιν ὅλαις τὸν οἶκον τῆς ἁγνείας τοιχομαχεῖ, καὶ λῃστρικαῖς ἐφόδοις εἰς τοὐμφανὲς τὸν πύργον κατασείει τῆς παρθενίας· καὶ διὰ τούτων ὡς ἀπό τινος ἀκροπόλεως περιγενόμενος, ἁπάσης κατατρέχει τῆς πόλεως, ταύτην τε πορθήσας, καὶ ὅλην ἑαυτοῦ ποιησάμενος, ἀφαιρεῖται μὲν αὐτῆς εἴ τι θεῖον καὶ ὑψηλόν· λελάτηκε δ' ἡδέως, ὅσον περιῆν αὐτῇ τῆς ἀρετῆς γενναῖον, ἀνήκεστά τε καὶ τριβῇ μακρᾷ χρόνου κτηθὲν, καὶ γυμνὴν τὴν πρὶν νομῶσαν πολλοῖς προτερήμασιν ἐργασάμενος ἔξεισιν, ἑπτὰ δαιμονίοις τὴν αὐτῆς φυλακὴν ἅπασαν ἀναθέμενος, τοῦ Θεοῦ παραχωροῦντος, οἶμαι, ἢ καὶ πόῤῥωθεν προκατασκευαζομένου τῶν μεγάλων πραγμάτων τὰς ὑποθέσεις. Δεινὸν γὰρ εἶναι καὶ σχέτλιον ὁ τῆς κακίας εὑρέτης ὑπελάμβανεν προπατόρων μὲν περιγενόμενον, ἀδελφοκτόνον δὲ Κάϊν ἀποῤήναντα, γένος δὲ ἅπαν ἀνθρώπων κατακλυσμῷ παραδεδωκότα, Σοδόμοις πῦρ ὑετίσαντα, εἰδωλολατρείᾳ δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς πάθεσι τὸ ἐξῆς τῶν ἀνθρώπων γένος καταστρεψάμενον, μιᾷ γυναικὶ ἥττων ὀφθῆναι. Εἰ δὲ δεῖ καὶ μυστικωτέροις πείθεσθαι λόγοις ἐξ ἀρχαίων καὶ ἐς ἡμᾶς ἥκουσι περὶ τῆς εἰς τὴν μακαρίαν τῶν ἑπτὰ δαιμονίων ἐπιδρομῆς, ὅτιπερ φόβος ὑπεισῆλθε τὸν Σατανᾶν, ἀφ' οὗπερ ἀκούσειε τοῦ προφήτου εἰπόντος, « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται· » καὶ διὰ τοῦτο ἐπεισπίπτει καὶ ταύτῃ, καὶ

Digitized by Google

τὴν παρθενίαν ἀποσυλᾷ, διδιὼς μή πως δι' αὐτῆς τὸ τῆς οἰκονομίας πραχθεὶη μυστήριον· καθὰ δὴ καὶ πρὸ ταύτης ὁ μάταιος ᾤετο διὰ τῆς μνηστείας τοῦ Ἰωσὴφ, τὴν ὁμώνυμον ταύτῃ καὶ μακαρίαν ὄντως παρθένον καὶ ἄφθορον εἶσω τῶν ἀρχύων ποιήσασθαι. Ἀλλ' εἰς μάτην σοι τὰ ἔνεδρα, πονηρέ. Ὁ γάρ τοι τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῷ Πατρὶ συναΐδιος, ὁ ἀναρχός τε καὶ ἀπερίληπτος, καί σε σοφὸν ὄντα τῷ κακουργεῖν δράσσεταί σου τῆς πανουργίας. Σπλάγχνοις γὰρ οἰκείοις παθὼν τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα ἐς τοσοῦτον εἶναί σοι λελυμασμένον μὴ ἀνασχόμενος, εὐδοκοῦντος μὲν τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς, συνεργοῦντος δὲ τοῦ συμφυοῦς καὶ ὁμοτίμου αὐτῷ Πνεύματος, λαθών σε τὸν τοῦ σκότους ἄρχοντα, τὸν ἀπάτῃ ἡμᾶς δελεάσαντα, ἀμεταβάτως μὴ ἐκστὰς οὗ ἦν, ἠρέμα κάτεισι κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ μήτρᾳ τῆς ἁγνῆς καὶ ἀμιάντου παρθένου κατασκηνοῖ.

A sponsalia Josephi virginem castam et nostræ beatæ feminæ cognominem in laqueos suos introducere studuerat. Sed in vanum insidiæ tuæ, maligne, abierunt. Dei namque Verbum, Patri coæternum, sine principio, incomprehensibile, te astutum per tuam ipsius malitiam prehendit. Cum enim viscera ejus commoverentur, quod homo quem creaverat adeo a te contaminatus esset, consentiente Patre principii experte, et Spiritu congenito et æquiparando cooperante, clam te tenebrarum principe, qui nos semper decepisti, levi motu cœlo delapsus in utero castæ et immaculatæ virginis domicilium statuit suum.

Ϛ'. Γεννᾶται τοίνυν· καὶ τί μοι λέγειν καιρὸς, ὅσα περὶ τὴν γέννησιν ἔδραμον, ἵνα σου τὴν σκηνὴν διαλύσῃ, τὴν Βηθλεὲμ, τὴν φάτνην, τὰ σπάργανα, τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα, τἄλλα, δι' ὧν τὸ τῆς ἐμῆς σωτηρίας κατειργάσθη μυστήριον; Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον, καὶ καθ' εἱρμὸν βαίνειν παρασκευαστέον. Τῷ Θεῷ καὶ Λόγῳ τὰς κατὰ γῆν ποιουμένῳ διατριβὰς, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς λόγοις ἀῤῥήτοις οἰκονομοῦντι, καὶ κατὰ καιρὸν πάντα πράττοντι, ὅτε παραδεικνύειν τὰ τῆς θεότητος διὰ τῶν ὑπὲρ φύσιν σημείων δεῖν ἔγνωστο, τότε δὴ, τότε καὶ ἡ θαυμασία αὕτη Μαγδαληνὴ, ἑπτὰ δαιμονίοις, ὡς εἴρηται, ἐχομένη, ἐς τε ὄψιν αὐτῷ ἔρχεται, λόγων τε θείων ἐν μεθέξει γίνεται, καὶ τοῦ πάθους παραυτίκ' ἀπαλλάττεται. Οὔκουν αὐτῆς τῇ Ἱερουσαλὴμ ἐπιδημησάσης, τοῦ Σωτῆρος δ' ἐν τοῖς τῆς Συρίας μέρεσιν εἰσβαλόντος μετὰ τῶν μαθητῶν, διαγγελλόντων πᾶσι τῆς βασιλείας τὸ εὐαγγέλιον. Μετὰ γὰρ τὸ διασπεῖραι τὸν λόγον εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ τὴν Φιλίππου Καισάρειαν διελθεῖν, καὶ τῆς λίμνης πέραν γενέσθαι Γενεσαρέτ· ὅτ' ἐπῆλθεν αὐτῷ ἐξ ἑπτὰ ἄρτων τετρακισχιλίους ἐκθρέψαι, ὥς φησι τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, μετὰ τὸ φάναι· οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες τετρακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων, καὶ ἀπολύσας, φησὶ, τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλᾶ· ὅπερ ἕτερος εἰς τὰ μέρη λέγει Δαλμανουθά· ὃ δὴ τῇ Ἑλλήνων διαλέκτῳ μεγαλυσμὸς ἑρμηνεύεται. Πολλῶν τοίνυν θαυμάτων ἐπιῤῥεόντων· « Προσῆλθον γὰρ, φησὶν, αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλοὺς, τυφλοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. » Κατήκοοι τῶν θαυμάτων καὶ οἱ τῷ γένει ταύτῃ προσήκοντες γίνονται· ἄγουσι τοίνυν παρ' αὐτὸν αὐτὴν ἔνθεν κἀκεῖθεν περιτρεπομένην, τοὺς ὀδόντας τε τετριγυῖαν, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος παραπτύουσαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ πλησίον τοῦ Ἰησοῦ γένοιντο, ἱκέτευον, ἐλιπάρουν, τὸν πρότερον βίον ταύτῃ κατέλεγον, καὶ ἀπαλλάξαι τοῦ πάθους ἐδέοντο, Οἰκτειρον, Δέσποτα, λέγοντες, γύναιον ἀνδρὸς μὲν ἔρημον, ὀρφανίᾳ δὲ οὐ ζῶσαν ἐκ πολλοῦ παῖδα, καὶ ἐς τὸ παντελὲς ἀπολέσθαι μικροῦ δέουσαν, ἅτε δὴ τῶν πραττομένων ἥκιστα ἐπαισθανομένην.

B VI. Porro in lucem editur. Sed longum est dicere quæ tempore nativitatis evenerunt ut tabernaculum tuum solveret; porro Bethleem præsepe, fascias, quæ ante, quæ post baptismum acciderunt, cæteraque quibus salutis nostræ mysterium confectum est. Sed sermo rite institutus ex ordine procedere debebit. Cum Deus Verbum, in terris degens, res nostras ratione ineffabili administraret, omniaque pro tempore regeret et divinitatis specimen per miracula supranaturalia edere deberet, tum beata quoque Magdalena, quæ septem, ut dictum est, dæmonibus tenebatur, Dominum obvium habuit, et postquam verborum divinorum compos facta esset, a passionibus illico liberata est. Cum deinde Hierosolymis moraretur, Salvator noster C cum discipulis Syriam intravit, qui omnibus Evangelium regni cœlorum annuntiabant. Qui postquam verbum salutis in Tyri et Sidonis regionibus promulgassent, Genesareth lacum trajecerunt. Ibi Dominus septem panibus quatuor millia hominum sedavit, ut sacrum quidem dicit Evangelium, post verba : Qui autem manducaverunt, erant quatuor millia virorum sine feminis et liberis. Et postquam dimisisset multitudinem, conscendit navem et venit in confinia Magdalæ, pro quo alius quidam dicit Dalmanutha, quod Græcorum lingua magnitudo dicitur. Inter multa porro miracula : « Accesserunt enim, dicit Evangelium, ad eum turbæ ducentes secum claudos, cæcos, mutilos, et D sanavit eos[1]; » quorum miraculorum plurimos testes habuit. Adducunt ei quoque beatam Magdalenam, undique contortam, dentibus stridentem, spumamque ex ore emittentem. Ubi autem ad Jesum appropinquarunt, supplicabantur misere, pristinam mulieris vitam memorantes et ut eam a malo liberaret ab eo petentes : Miserere, Domine, dicentes, mulieris innuptæ et parentibus orbæ, quæ prope exitium est suum, nec jam scit quæ facit.

Ζ'. Τί οὖν ὁ συμπαθὴς καὶ φιλάγαθος; Καὶ θᾶττον

VII. Quid igitur Dominus misericors et benevo-

[1] Matth. xv, 30.

Digitized by Google

lus? Verbo citius feminam a dæmonibus liberat, hosque in montes relegat. Ipsa vero ubi mentis compos facta cognovit se salvam evasisse, nulla mora interposita, undo valedixit et Magistri et Salvatoris vestigia pressit, nulla sexus, nulla rerum exterarum ratione habita. Videns namque claudos cervorum ritu salientes, cæcos autem caligine oculorum deposita, cernentes et solem dulcissimum novis, ut ita dicam, oculis læte intuentes, legionem dein dæmonum increpatam et fumi instar subito expulsam; videns, inquam, manus aridæ nodos solutos et sicut araneæ textile ruptos, ex his omnibus et ex Scripturis cognovit ipsum esse qui ad deliberationem Israel exspectaretur. Bene enim intellexerat, aliis quoque similia facere datum esse, nec tamen cum eadem auctoritate ac virtute, quippe qui hæc omnia serviliter et post preces factas tantum exsequantur, dum Christus, Tibi dico, aut, Volo, mundare, dicendo, maxima miracula verbo citius operaretur et potestatem ac virtutem majorem quam illi ostenderet. Modo enim per mare expedite et siccis pedibus ambulat, modo dæmonibus jussa dat pro sua auctoritate, modo mortuos resuscitat ita ut mortem tanquam somnum deponant, et sic innumera, divina potestate juvante, prout libitum erat, peragebat.

VIII. His igitur auspiciis ubi ipsum vere Dei Filium esse cognovisset, nunquam eum deseruit, sed ububi ei servitia essent reddenda, aderat sermones ac præcepta ejus auscultans, correctiones læto animo admittens et jussa verbo citius exsequens. Interjecto deinde tempore Christi matrem ejusque totam familiam cognovit et arctissimis amicitiæ vinculis cum iis conjungitur; sed non cum his tantum, sed cum Christi discipulis et asseclis familiaritatem inibat, sicut et cum domi Simonis Pharisæi et cum familia Lazari, cujus cum sororibus inire amicitiam promptum et opportunum ipsi erat, siquidem Christi ipsius amicæ essent, ut divus Joannes dicit: « Amabat autem Jesus Lazarum et Martham et Mariam, sorores ipsius [4], » quorum vicum ac domum habitabat ut suam, siquidem domum ad caput reclinandum non habebat, dum vulpes et volatilia caveis ac nidis teguntur. Huic rei fidem astruere multis testimoniis licet, tum præsertim ex hocce: « Cum Jesus in vicum quemdam (Bethaniam puta; hæc enim Lazari ac sororum ejus civitas) venisset, femina quædam nomine Martha hospitio eum excepit; erat autem ei soror nomine Maria [5], » etc. Postquam enim Christus dixisset: « Maria optimam partem elegit, quæ non tolletur ab ea [6], » addit: « Mulier autem alta voce dixit ei: Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti. » Hanc feminam

[4] Joan. xi, 5. [5] Luc. x, 38. [6] Ibid. 42.

A ἡ λόγος τῶν δαιμονίων ταύτην λυτροῦται· κἀκείνους μὲν τοῖς ὄρεσιν ἐνδιαιτᾶσθαι δίδωσιν· αὐτὴ δ' ἐν τῷ καθεστῶτι τοῦ φρονήματος γεγονυῖα, καὶ οἷ καλοῦ γένοιτο διαγνοῦσα, οὐ μέλλειν ἔκρινε δεῖν, ἀλλὰ πᾶσι χαίρειν εἰποῦσα, οἷ ποδῶν εἶχε κατ' ἴχνια βαίνειν ἠγάπα τοῖς τοῦ Διδασκάλου καὶ Σωτῆρος ποσὶ, μικρὰ ἢ οὐδὲν τοῦ γένους καὶ τῆς κάτω περιφορᾶς φροντίσασα. Ἐντεῦθεν ὁρῶσα χωλοὺς μὲν ὡσεὶ ἔλαφον ἁλλομένους, τυφλοὺς δὲ τὸν χρόνιον σκότον ἀποθεμένους, καὶ τῷ γλυκυτάτῳ ἡδέως πῶς ἂν εἴποις ἡλίῳ παραδόξοις ὄμμασιν ἀτενίζοντας, λεγεῶνά τε πνευμάτων ἐπιτιμώμενον, καὶ ὡσεὶ καπνὸν ἐξαίφνης διαλυόμενον, ξηρᾶς χειρὸς τὰ δεσμὰ ἀνιέμενα, καὶ ὡς ἱστὸν ἀράχνης διαλυόμενα, συνῆγεν ἐκ τούτων, καὶ τῶν Γραφῶν, αὐτὸν εἶναι τὸν ἐπ' ἐλευθε-
B ρίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ προσδοκώμενον· ὡς γὰρ συνέσεως ἀντιποιουμένη καλῶς διεγίνωσκεν, ὡς ἐπῆλθε μὲν καὶ ἄλλοις τὰ ἴσα ἐργάσασθαι, πλὴν οὐ μετ' αὐθεντίας τοσαύτης καὶ περιουσίᾳ δυνάμεως, ἀλλὰ δουλικῶς ἐκεῖνοι καὶ μετ' εὐχῆς τὰ πάντα διέπραττον· τῷ δὲ τὸ, Σοὶ λέγω, καὶ τὸ, Θέλω, καθαρίσθητι, κατὰ πολλὴν αὐθεντίαν προβαλλόμενα, καὶ θᾶττον ἢ λόγος εἰς ἔργα προβαίνοντα μείζονά τε ἐδείκνυ, καὶ οὐ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις ἐξουσίας καὶ κυριότητος. Νῦν μὲν γὰρ πεζεύει κατὰ θαλάσσης εὐσταλῶς καὶ κούφως καὶ ἄβροχος, ἐπιτιμᾷ πνεύμασι περουσίᾳ δυναμεως, ἀνιστᾷ νεκρούς, τὸν θάνατον ὡς ὕπνον ἀποθεμένους, καὶ τἆλλα ὅσα θείᾳ δυναστείᾳ προσῆκε κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν ἐργάζεται.

C Η'. Οὕτως οὖν ἐκ τούτων χειραγωγηθεῖσα, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν ἀληθῶς ἐπιγνοῦσα οὐ μεθίει τοῦτον, ἀλλὰ πᾶσι μὲν τοῖς αὐτοῦ διακονοῦσα παρῆν, ὁμιλιῶν, διδασκαλίας ἀκροωμένη, ἐπιτιμωμένη, χαίρουσα, στελλομένη, θᾶττον ἢ λόγος τὸ ἔργον ἀνύουσα. Ἐντεῦθεν καὶ γνώριμον ἑαυτὴν τῇ τοῦ Χριστοῦ μητρὶ καθιστᾷ, καὶ τοῖς αὐτῇ κατὰ γένος προσήκουσι, καὶ ἐς φιλίαν συνδεῖται τὰ μάλιστα· οὐκ αὐτοῖς δὲ μόνοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἑπομένοις Χριστῷ, καὶ οἷς παραβάλλειν ὡς σύνηθες εἴθιστο, τῇ τε οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου Σίμωνος, καὶ ἡ τὸν Λάζαρον ἔσχεν οἰκήτορα· εἰκὸς δὲ καὶ τούτων καὶ ταῖς ἀδελφαῖς αὐτοῦ ἐς φιλίαν χρῆσθαι, ἀγαπωμένοις Χριστῷ, ὡς φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· « Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Μαρίαν τὰς ἀδελ-
D φὰς αὐτοῦ, καὶ τὸν Λάζαρον. » Ὧν δὴ τῇ τε κώμῃ καὶ τῷ οἴκῳ ἐπεχωρίαζε, καὶ τοῖς αὐτῶν εἰσῳκίζετο, ἅτε δὴ μὴ οἰκίαν μηδὲ ποῦ κατασκηνῶσαι ἔχων, τῶν ἀλωπέκων φωλεοὺς ἐχόντων, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. Καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων τεκμηριώσασθαι ἔξεστι, ἐκεῖθεν δὲ τοῦτο μάλιστα γίνεται γνώριμον· « Εἰσελθόντι γὰρ, φησὶ, τῷ Ἰησοῦ εἰς κώμην τινὰ (τὴν Βηθανίαν δὲ οἰητέον αὐτὴν, αὕτη γὰρ Λαζάρου καὶ τῶν ἀδελφῶν ἡ πατρὶς), γυνή τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, » καὶ τὰ ἑξῆς. Μετὰ γὰρ τὸ φάναι τὸν Χριστόν· « Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν με-

ρῶσα ἐξελέξατο, ἣ τις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, ἐπάγει· « Ἐπάρασα δέ τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου εἶπεν αὐτῷ· Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοί, οὓς ἐθήλασας. » Ταύτην δ' ἀναμφιβόλως βίβλοι ἡμῖν ἱεραὶ τὴν μακαρίαν εἶναι Μαγδαληνὴν ἐκδεδώκασιν, ὡς ἐκεῖθεν εὔδηλον γίνεσθαι. Τοῦ γὰρ θαυμασίου Λουκᾶ τὰ κατὰ τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν διεξελθόντος, εἶτα καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπάρσεως τῆς φωνῆς τῆς γυναικὸς, μετέπειτα δὲ καὶ περὶ τοῦ τὸ κωφὸν δαιμόνιον ἔχοντος διαγγέλλοντος, τῶν τε Φαρισαίων ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια διαβαλλόντων Χριστὸν, αὐτὸς τὴν αὐτῶν ἀνατρέπων δόξαν, φησί. « Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημωθήσεται· » καὶ μετὰ ταῦτα· « Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθοι, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ εὑρίσκον λέγει· Ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον· καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται καὶ λαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα αὐτοῦ, καὶ ἐλθὸν κατοικεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου χείρονα τῶν πρώτων. » Ἐπάγει μέν τοι τῷ συνεχεῖ τοῦ λόγου· « Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ· Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοί, οὓς ἐθήλασας. » Ὡς συνάγεσθαι μὴ ἄλλην, ἢ τὴν Μαγδαληνὴν εἶναι ταύτην, ἀκούσασαν περὶ τῶν ἑπτὰ δαιμονίων, καὶ εἰς μνείαν ἐλθοῦσαν τοῦ πάθους, ὧν αὐτὴν ἀπήλλαξε Χριστὸς ἐν Μαγδάλοις γενόμενος, ὡς τὸ ἱερὸν διέξεισιν Εὐαγγέλιον.

A beatam Magdalenam fuisse paginæ sacræ clarissimæ ostendunt. Ubi autem divus Lucas Marthæ et Mariæ historiam peregit et de mulieris voce sublata ac de eo qui dæmonem mutum habebat, deque Pharisæis qui Christum nomine Beelzebub dæmones ejicere calumniabantur locutus est, ipse falsam illorum opinionem reprimens dicit : « Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur; » et post hæc : « Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? » Et post pauca : « Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, et non inveniens dicit : Revertar in domum meam unde exivi. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum, B nequiores se, et ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. » Post hæc addit : « Factum est autem, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi : Beatus venter qui te portavit, et ubera, quæ suxisti [7]. » Hanc autem mulierem non aliam nisi Magdalenam fuisse patet, quæ, septem dæmonibus obsessa, miseræ conditionis meminit, a qua Christus, cum in Magdalæ vico esset, eam liberaverat, ut sacrum refert Evangelium.

Θ'. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τὸ διὰ σταυροῦ ὑπὲρ ἡμῶν τελεσθῆναι μυστήριον, ἔδει δ' οὐκ ἄλλως, ἢ διὰ τοῦ κατὰ τὸν Λάζαρον θαύματος· ἐντεῦθεν γὰρ ὑπῆρξε καὶ τῷ ἄδῃ γνῶναι, ὅσον οὔπω τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν εἰς οὐδὲν ὠφελήσουσαν, καὶ τῷ τῶν Ἑβραίων λαῷ εἰς φθόνον διαναστῆναι, καὶ τὰ παντὸς ἐπέκεινα λόγου ἐργάσασθαι· παρῆν καὶ ἡ θαυμασία Μαγδαληνὴ, τὸ μὲν ἑπομένη Χριστῷ, τὸ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Λαζάρου ὅσα γε νόμος εἰς παραμυθίαν διατελέσουσα. Ὡς δὲ καὶ τὸ, Ποῦ τεθείκατε αὐτὸν, ἠκηκόει, καὶ ὡς ἐπιστάντα τῇ τοῦ φίλου σορῷ δακρύοντα εἶδε, καὶ διᾶραι τὸν λίθον κελεύοντα, ἐξεπλήττετο, καὶ τί ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη τὸ ποιητέον μαθεῖν ἐβούλετο. Ὡς δὲ καὶ τὸ, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, διάτορον ἠνωτίσατο, καὶ τὸν τεταρταῖον θᾶττον ἢ λόγος ὡς ὕπνον τὸν θάνατον ἀποτιναξάμενον, ἴσα καὶ ἀνδριάντι τῷ παραδόξῳ τοῦ θαύματος, ἄφωνος εἱστήκει ἐφ' ἱκανοῦ· μόλις δ' εἰς ἑαυτὴν ἐλθοῦσα, καὶ καθ' ἑαυτὴν συμβάλλουσα τὸ πραχθὲν, τὰ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα καθὰ καὶ πρῶτα διετέλει θαυμάζουσα.

IX. Per crucem pro nobis mysterium efficiendum cum esset, miraculo circa Lazarum perpetrato opus erat. Hinc enim inferi ipsi intelligere debebant quod sine potestate essent et quod miraculum a divina tantum manu confici posset. Aderat autem beata Magdalena utpote Christum secuta, et ut Lazari sorores, ut moris erat, consolaretur. Postquam autem illud : Ubi posuistis eum? audivisset, et Christum ad sepulcrum amici defuncti lacrymas fundentem vidisset, et lapidem amoveri jubentem audivisset, obstupuit, et quid sibi pro tempore faciendum esset quæsivit. Ubi vero post illud : Lazare, exi foras, morituum quatriduanum mortem sicut somnum excutientem vidit, rei miraculo attonita ut statua sine voce per ali- D quod tempus astitit; postquam autem ad se rediisset, perpensis secum quæ facta essent, Dei magnalia alta voce protulit.

Γ'. Ἀμέλει καὶ τῷ φθόνῳ ἐντεῦθεν οὐκ ἦν ἀνεκτά· ἀλλ' εἰς μετάρσιον ἐξαφθεὶς, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους εἰς ταυτὸν ἄγει, καὶ συνέδριον καθίζει κατὰ Χριστοῦ, καὶ τὸ τοῦ θανάτου συμβούλιον ῥάπτεται· ἔπεισι τῷ συνεδρίῳ τούτῳ τῇ καθέδρᾳ τῶν λοιμῶν εἶπεν ἂν προσφόρως ὁ θεῖος Δαβὶδ, καὶ μαθητὴς τῷ καλῷ διδασκάλῳ τούτῳ μαθητευθεὶς, φιλαργυρίᾳ δ' ἐκ προαιρέσεως συνὼν τὰ πολλὰ, καὶ

X. Invidia hoc ægre tulit, imo pro acrimonia sua scribas ac Pharisæos in unum coegit et synedrium contra Christum convocat, ubi de morte ei inferenda sermo habebatur. Interfuit huic concilio, pestis cathedræ, ut apposite dixerit divus David, discipulus ab excellenti magistro institutus, sed qui avaritia instigatrice omnia pecuniæ posthabuit, et non alium discipulatus fructum quam

[7] Luc. xi, 17-27.

Digitized by Google

triginta siclos reportavit, quanti magistrum turpi lucro ductus vendidit. Venit nox, et cum ea lampades accensæ, fustes, gladii et enses stricti et discipulus diris vovendus qui sub amicitiæ specie divinum tradidit magistrum, et archisacerdotis cohors divinum sacerdotem in vinculis tenebat. Quantum tum temporis beatam illam passam esse putas, quæ circa compita currens clam ac propalam prætorium adeuntium et inde exeuntium multitudinem oculis perscrutata ab omnium ore pendebat facta in utramque partem mente versabat et visa atque audita matri referebat, cum qua dolorem intimum communicabat. Hoc igitur mentis statu magis magisque anxia de rerum quas ob oculos habebat exitu erat. In quo videre licet quanto dolore correpta fuerit videns quo iniquo plane modo Christus tractabatur a falsis testibus accusatus, ludibrio habitus, flagellatus, verberatus, colaphizatus, purpura per risum indutus, corona spinea redimitus, ut taceam ea quæ Verbum divinum pro patientia sua a sceleratis tortoribus perpessum est. Qui nescientes prorsus quid facerent, Agnum innocentem ad lithostrotum, necem spirantes et torva tuentes, pertraxerunt. Ibi cum cruce in altum erecta ipse clavis affixus, ut serpens ille æneus in altum tolleretur, tum illa, metu amoto, cum matre et Joanne discipulo accessit, sacros in cruce pendentis pedes attigit, vulnera basiavit, lacrymas cum sanguine miscuit, his verbis additis: Quid hoc, Domine et Deus? Quantum est clementiæ tuæ pelagus! Talibus te remunerantur quæ tot ac tanta beneficia a te acceperunt. Vestem opprobrii tibi circumponunt ii quos ipse vestimento purificationis circumdedisti; quos sicut aquila, expansis alis, humeris tuis imposuisti. Corona insultationis te coronant, quos ipse corona gloriæ et honore coronasti. Colaphos tibi impegerunt ii quos tu e servitute Ægyptiaca liberasti. Arundine caput tuum sanctum plectunt ii quibus mare virga tactum patefactum est. Sitienti tibi acetum cum bile miscent ii, quos in deserto manna satiasti, quibus e petra aquarum fontem aperuisti. Clavis ferreis pedes tuos pertundunt ii quos tu illæsos per desertum transduxisti. Sed nobis quoque feminis tanta cum tristitia astantibus verbum aliquod edicito. Verbis valedicis matrem tuam hic astantem consolare ut renascatur, et abiens e mundo socium aliquem ipsi tradito. Nam etiamsi sine dolore te peperit, nunc cum te plagis vulneratum videt, gladius animam ejus transfodit. Dic verbum discipulo et matri ut eos consoleris.

XI. Cum igitur feminas sanctas sic affectas videret, non potuit non dicere illud quod matrem

A ἀργυρίου τὰ πάντα προέμενος· ᾧ τοσοῦτον ὄνασθαι τῆς τοῦ διδασκάλου μαθητείας ἐμέλησεν, ὅτῳ καὶ τριάκοντα τοῦτον ἀργυρίων πιπράσκει ὁ τοσούτων ἀληθῶς ἄξιος. Ἐντεῦθεν νὺξ, καὶ λαμπάδες ἁπτόμεναι, τὰ ῥόπαλα ἐν χερσὶ, γυμνούμενά τε ξίφη καὶ μάχαιραι, καὶ ὁ μυσαρὸς μαθητὴς φιλίας προσχήματι τὸν καλὸν διδάσκαλον παραδίδωσιν· εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα· καὶ ἡ τοῦ ἀρχιερέως αὐλὴ τὸν μέγαν εἶχεν ἀρχιερέα δέσμιον. Πόσον δ' ἆρ' εἰκάζεις τὴν μακαρίαν ταύτην τῷ τότε παθεῖν, ἐπομένην, παρεπομένην, πλαττομένην τὴν μὴ εἰδυῖαν, ἐν χρῷ θυρῶν γινομένην, τὰς εἰσόδους, τὰς ἐξόδους κατανεῦσαν, στόμασί τε τοῖς ἁπάντων προσέχουσαν, τίνες μὲν οἱ τῇ κατ' αὐτοῦ ἀποφάσει συνευδοκοῦντες,

B τίσι δὲ μέμψεως τὸ πρᾶγμα ἐκρίνετο, καὶ ὅσα ἂν μάθοι, τῇ μητρὶ διαγγέλλουσαν, οὐχ ἧττον ἢ ἐκείνη τὰ σπλάγχνα σπαρασσομένην, τὴν ψυχήν τε μετέωρον ἔχουσαν, τὰ τοῦ πράγματος ὅποι ποτ' ἂν λήξειαν, ἐφιεμένην μαθεῖν; Ναὶ μὴν κἀκεῖνο συνορᾷν ἔξεστι, τίς ἦν ἐκείνη τὰ καὶ λόγῳ μόνῳ δυσχερῆ ἐπ' αὐτὸν πραττόμενα καθορῶσα, τὰς ψευδεῖς μαρτυρίας, τοὺς ἐμπαιγμοὺς, τὰς μάστιγας, τὴν φραγγέλωσιν, τὴν ἄτιμον ἐκείνην ἐν ὕβρει περιαγωγὴν, τὰ ῥαπίσματα, τὰ κολαφίσματα, τὴν τῆς ψευδοῦς πορφύρας ἀναβολὴν, τὴν τοῦ ἀκανθίνου στεφάνου περίθεσιν, τἆλλα ὅσα κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν τῆς σῆς, ἀνεξίκακε Λόγε, μακροθυμίας τοῖς μιαιφόνοις πράττειν ἐξῆν. Ἐπεὶ δὲ ὅσαπερ ἦν τοῖς ἀγνώμοσι διαπραξαμένοις, εἶτα καὶ ἐς τὸν τοῦ Κρανίου τόπον τὸ τελευταῖον κατέλαβον, δεινὸν πνέοντες, φονῶδές τε

C καὶ ἄγριον βλέποντες, καὶ ὁ σταυρὸς ἤδη ἦρτο μετέωρος, αὐτὸς δὲ τοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένος ὑψοῦτο, ὡσανεὶ στηλιτεύων τὸν ὄφιν, καὶ πᾶσι καταφανὲς γινόμενος θέαμα, τότε δὴ ταύτην εἰκὼς ἀφαμένην ἀδείας, μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ μαθητοῦ αὐτῷ προσιέναι, οὕτως ἔχοντι κατὰ σχῆμα, καὶ ποδῶν ἅψασθαι τῶν ἀχράντων ἐκείνων, στόματί τε καταφιλεῖν τὰς πληγὰς, καὶ τοῖς αἵμασι μιγνύειν τὰ δάκρυα, καὶ τοῖς δάκρυσι τοιαῦτα προστιθέναι τὰ ῥήματα· Τί τοῦτο, Δέσποτα καὶ Θεέ; τί σου τὸ τῆς εὐσπλαγχνίας ἄπειρον πέλαγος; τούτοις ἀμείβουσί σε τῆς εὐεργεσίας οἱ πολλῶν καλῶν ἀπολαύσαντες; χιτῶνα ὕβρεως περιβάλλουσιν, οὓς καταστολὴν ἀφθαρσίας ἐνέδυσας, καὶ ὡς ἀετὸς διεὶς τὰς πτέρυ-

D γας, ἐπὶ τῶν μεταφρένων τούτους ἀνέλαβες; στεφάνους σοι περιτιθέασιν ὕβρεως, οὓς αὐτὸς δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας; ῥάπισμα κατεδέξω, ὃς αὐτοὺς τῶν Αἰγυπτιακῶν ἀπήλλαξας δουλειῶν; καλάμῳ σου τὴν ἀκήρατον παίουσι κεφαλήν, οἷς ῥάβδῳ πληγεῖσα διίστατο θάλασσα; χολὴν σὺν ὄξει διψῶντί σοι κεραννύουσιν, οὓς ἐν ἐρήμῳ μάννα ἐπώμβρισας, καὶ ἐκ πέτρας πληγῇ ῥάβδου κρουνηδὸν ἐξέβλυσας νάματα; πόνους σοι τοὺς ἐκ τῶν ἡλων προσάγουσιν οὓς ἀπόνως τὴν ἔρημον διελθεῖν παρεσκεύασας; Ἀλλὰ φθέγξαι τι καὶ ἡμῖν οὕτως ἀθλίως παριστα-

μένοις· ῥήμασιν ἐξοδίοις τὴν μητέρα παριστάμενην ἀνάψυξον· μέγα λόγος ἐξόδιος ἐς τὸ μεταταῦτα μητρί. Καὶ ταῦτα παιδὸς ἑνὸς τοιούτου διὰ μνήμης ἀγόμενος· τίνι παρατιθῇς αὐτὴν ἀπιών· κἂν γὰρ καὶ ἀνωδύνως σε ἔτεκεν, ἀλλὰ ῥομφαίᾳ τὴν ψυχὴν οὕτως ἔχοντα νῦν ὁρῶσα τιτρώσκεται. Εἰπὲ ῥῆμα τῷ μαθητῇ, καὶ τῇ μητρὶ ἑσόμενον παραμύθιον.

IA'. Οὕτως οὖν ἐχούσας περιπαθῶς θεασάμενος, εἰκὸς ἦν ἐκεῖνο φάναι, ὃ καὶ τὴν μητέρα προμηθείας

Digitized by Google

ἠξίωσε, καὶ τῷ μαθητῇ τιμῆς ἀπάσης αἴτιον γέγονε, τό· « Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. » Παρεῖναι μέν τοι ταύτην, ὡς εἴρηται, καὶ τοιαῦτα διεξιέναι, καὶ αὐτὸς ὁ φιλούμενος μαθητὴς ἀπόχρη δὲ φάναι καὶ ἀδελφὸς, παριστὰς λέγων· « Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ τε μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Ἐπεὶ δὲ διὰ τὴν παρασκευὴν, ὡς τὸ ἱερὸν διέξεισιν Εὐαγγέλιον, « ἵνα μὴ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ μείνῃ τὰ σώματα, ἠρωτῶσι τὸν Πιλάτον οἱ ἀνομοῦντες ὄντως διακενῆς, ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν· ἦλθον, φησὶν, οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ· ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη, ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἔνυξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. » Τί χρὴ νομίζειν τὴν διάπυρον τότε ταύτην παθεῖν; μικροῦ ἂν καὶ τὸν στρατιώτην διέσπασεν, εἰ μὴ κατὰ γυναῖκα συστελλομένη ἀνεδύετο, καὶ τὰ γυναικῶν φρονεῖν ἠναγκάζετο· κἂν ἀνδρεῖον ἔχουσα φρόνημα, Ἔσχε, λέγει, τὴν χεῖρα, τολμηρὲ στρατιῶτα, μή σοι ῥομφαία ἐπέλθοι θεήλατος. Πῶς ἦν εἰκὸς ἀνορῶσαν ταῦτα δριμύττεσθαι τὴν ψυχήν; ῥομφαίᾳ γὰρ τὰς καρδίας ἐτέτρωντο, ἐκείνου τὴν πλευρὰν διορυσσομένου. Πῶς δὲ καὶ τεθνηκότα εἶδον, πῶς οὐ πρότερον αὖται τὴν ψυχὴν ἀπεβάλοντο, πῶς οὐ διέῤῥηξαν τὰ ἱμάτια, πέτρας ῥηγνυμένας ὁρῶσαι, ἥλιον σκότον ὑποδυόμενον, σελήνην ἀμαυρουμένην, ὥσπερ αἰσθανομένην τοῦ κτίσαντος πάσχοντος; ἀλλ' οὐδὲ τῷ ναῷ ἦν κατὰ χώραν μένειν· καὶ οὗτος γὰρ ὡσανεὶ τὸ παράνομον εὐλαβούμενος, τόν τε νομοδότην γνοὺς ἐπὶ ξύλου ᾑρημένον γυμνὸν, θυμοῦ δικαίου πλησθεὶς, τὸ καταπέτασμα διαῤῥήγνυσιν, ὡς ὁ ἀρχιερεὺς τοπρότερον τὸ χιτώνιον.

ΙΒ'. Τούτων γε μὴν οὕτω παρὰ δόξαν γεγενημένων, ἡ Μαγδαληνὴ οὐκέτι μέλλειν ἔκρινε δεῖν, ἀλλ' ὅλη τῆς ταφῆς γεγονυῖα τῷ ἐξ Ἀριμαθίας πρόσεισιν Ἰωσὴφ· τοῦτον γὰρ ᾔδει καὶ μνήματος εὐποροῦντα καινοῦ, οὐδενὸς οὔπω πρότερον σῶμα δεξάμενον· καὶ ὁ χῶρος ἔνθα ἔκειτο εὐπρεπὴς λίαν, καὶ ἀέρος ἐν καλῷ κείμενος, καὶ εἰς ὥραν κήπου διακεκοσμημένος. Τούτῳ δὴ προσιοῦσα, καὶ οἷα ἐκείνη ἔτι αὐτὸν ἀῤῥενώσασα διανίστησι, διωρυγάς τε καὶ καταδύσεις πρότερον ἀνιχνεύοντα, ἀποδειλιάσαι παρασκευάζει τὸν κίνδυνον· « Τολμήσας γὰρ, φησὶν, εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. » Καὶ τὰ ἑξῆς τὸ θεῖον ἱστορείτω μοι Εὐαγγέλιον.

ΙΓ'. Ὡς δὲ καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ θεῖον ἐκεῖνο σῶμα κατάγειν ἐμελλον Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος, ἔδει δὲ καὶ τὰ ἱκανὰ πρὸς τὴν τῶν ἥλων ἔκσπασιν ἐκεῖσε παρεῖναι, λαβίδα καὶ σφῦραν, καὶ ὅσα τοῖς περὶ αὐτὰ ἐπιτήδεια, αὕτη τὴν ψυχὴν μετέωρος οὖσα, ὡσανεὶ δειλαινομένη, μή τι καὶ συντριβείη τῶν

consolatione, discipulum honore replevit: « Mulier, ecce filius tuus, » et: « Ecce mater tua [9]. » Evangelium igitur postquam illam una cum discipulo, qui frater nuncupatur, adfuisse dixit, hæcce addit: « Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus et soror matris ejus Maria Cleophæ et Maria Magdalena [9]. Judæi ergo (quoniam Parasceve erat) ut non remanerent in cruce corpora, rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua [10]. » Quid putas ardentem feminam animo sensisse? Militem audacem sine dubio male tractavisset, nisi natura muliebris muliebria cogitare eam coegisset. Attamen virili animo, Retine manum, dixit, miles procax, ne gladius a Deo missus super te veniat. Quanto metu animam ejus illum ad aspectum agitatam fuisse putas? Certe cor feminarum Christi latus lancea perfossum videntium maximo dolore afficiebatur. Quomodo autem Christum demortuum viderunt, rebus desperatis animum abjecerunt, vestes sciderunt, saxa discissa, solem obscuratum, lunam luce privatam quasi Christo patienti compassam oculis videntes? Sed nec templum in loco suo persistere in fatis erat. Cum enim quasi sensu humano præditum facinus iniquum perhorresceret et legislatorem in cruce pendentem, idque nudum, vidisset, justa ira incensus, velum discissum habuit, sicut magnus sacerdos antea vestimentum discinderat. Sed de his sacrum Evangelium mihi adeundum.

Ἀλλὰ περὶ τούτων τὸ ἱερὸν διεξιέτω μοι Εὐαγγέ-

XII. Postquam hæc res contra spem accidisset, Magdalena sine mora sepulturæ negotium amplexa Josephum ex Arimathia adit. Hunc enim monumenti novi et quod corpus mortuum nunquam exceperat, possessorem cognoverat. Locus ipse hujus sepulcri jucundissimus sub aere purissimo in horto amœnissimo situs erat. Hunc igitur qui ducendis per hortum canalibus intentus erat, adiit et omnem periculi metum ex animo ejus ejecit. Accessit enim, secundum Evangelium, Josephus ad Pilatum et petiit ab eo corpus Jesu, etc., de quo videsis Evangelium.

XIII. Cum Josephus et Nicodemus in eo essent ut corpus divinum e cruce tollerent, et forcipe ac malleo opus haberent ad extrahendos clavos, Magdalena quantum poterat, animum intendebat et summam circa id negotium curam Nicomedo suggessit, metuens videlicet ne aliquod Domini-

[9] Joan. xix, 26, 27. [10] ibid. 25. [10] ibid. 31-34.

Digitized by Google

corum ossium confringeretur; tum clavos ipsa osculata est, eorumque fragmenta oculis admovit, pedes speciosos qui pacem omnibus annuntiarunt, et manus, quarum opus mundus est totus et præcipua creatura homo, contrectavit, et totum corpus amplexa est, excepta sola facie, quam ob verecundiam matri concessit, ad quam id juris propter maternitatem spectabat. Tum gemebunda crines solvit, genas unguibus fœdavit, extensis manibus matrem elumbem et capite resupino ærumnæ ferendæ haud parem dulcibus verbis consolata est. Ob persecutorum tamen metum carmina lugubria cantare non audebant. Quidquid id est, Josephus ac Nicodemus corpus sindone involvere ac myrrha condire, et ut thesaurum in sepulcro deponere cœperunt. Magdalena enim Joseph o instita exhibens, Tibi, ait, quod restat curæ erit, ut Dominum sindone involutum sepulturæ tradas; cui quidem negotio ipsa manus afferebat ut et mater ipsa, cujus dolorem ac curam participabat. Ubi vero corpus Dominicum resupinum in eo esset ut ad sepulturam efferretur, quis sanctæ feminæ dolorem et luctum enarraverit? Melius ergo puto silentio id prætcrire quam sermone non satis digno percurrere. Sic igitur qui omnibus vitam inspirat, in sepulcro vitam contenturo deponitur.

A Δεσποτικῶν ὀστέων, τῷ Νικοδήμῳ προσ'χειν ἀνριβῶς παρηγγύα, τοὺς ἥλους τε κατεφίλει, καὶ τὰ λαίσματα προσετίθει τοῖς ὄμμασι, ποδῶν τε ἐκείνων ἥπτετο τῶν ὄντως ὡραίων, καὶ εἰρήνην ἅπασιν εὐαγγελισαμένων, καὶ χειρῶν, ὧν ἔργον κόσμος ἅπας, καὶ πρὸ πάντων πλάσμα κυρίως ὁ ἄνθρωπος, περιεχεῖτό τε ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ προσεφύετο τοῖς πυσί· τοῦ προσώπου γε μὴν καὶ πόρρω ἀπεῖχεν ἅψασθαι, τοῦτο μὲν εὐλαβουμένη, τὸ δὲ καὶ τῇ μητρὶ παραχωροῦσα, ἐχούσῃ ἐκ τοῦ τόκου τὸ δίκαιον· ἐξῆρχε γόων, λυσαμένη τὰς τρίχας, καὶ τὰς παρειὰς τοῖς ὄνυξι καταξαίνουσα, ἐκ μέρους δὲ καὶ τὴν μητέρα ἀνακτωμένη, ἐπέχουσα χεῖρας, καθόλου τοῦ προσώπου ὁρμώσας, τὴν κεφαλήν τε παρεγκλίνουσαν, τῇ ἀνυποίστῳ λύπῃ καταβαρυνομένην ἀνέχουσα, καὶ λόγοις ἡπίοις τὸ πλεῖστον ἀφαιροῦσα τῆς λύπης· ἀλλὰ τῷ φόβῳ τῶν διωκτῶν οὐκ ἦν αὐταῖς ὡς βουλομέναις ἐξῆν, τοῖς ἐξοδίοις καὶ ἐπιταφίοις χρήσασθαι μέλεσιν. Ἀμέλει καὶ τῇ μητρὶ, Τούτων οὐκ, εἰποῦσα, καιρὸς, Ἰωσὴφ καὶ Νικοδήμῳ ἐνεκελεύετο, οἳ τάχους εἶχον ἐνειλῆσαι σινδόνι τὸ σῶμα, θεοπρεπῶς τε σμυρνίσαι, καὶ ὡς θησαυρόν τινα τῷ τάφῳ ἐναποθέσθαι, τήν τε σινδόνα καὶ τὴν σμύρναν τῷ Ἰωσὴφ ἐγχειρίσασα, Σοὶ, φησὶ, τοῦ λοιποῦ μελήσει, ὅπως τοῦτον ἐνειλήσαις, καὶ τῇ ταφῇ παραδῷς, καὶ τ' ἄλλα δὴ ὅσα περὶ τὸν τάφον ἀμφεπονεῖτο· τὰ δεύτερα μετὰ τὴν μητέρα κατά τε λύπην καὶ τὴν λοιπὴν διακειμένη σπουδήν. Ἐπεὶ δὲ καὶ νεκροπρεπῶς ἀνεκέκλιτο, κατὰ νώτου τε ἔκειτο, καὶ ἤδη πρὸς τὴν ταφὴν ἐκφορεῖσθαι ἔμελλε, τίς ἂν ἱκανῶς διηγήσαιτο, ὁπόσον τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ τὸ πένθος, καὶ τὸ τῆς λύπης δεινόν; Καὶ κρεῖττον ἔγωγε οἶμαι σιγῇ αὐτὸ παριστᾶν, ἢ διηγεῖσθαι ἐθέλειν· ποῦ γὰρ ἂν καὶ λόγος τοσούτῳ πένθει ἐξισωθείη, Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα, καὶ ὁ πᾶσι τὸ ζῆν ἐμπνέων, τῷ ζωηφόρῳ ἐναποτίθεται μνήματι.

B

XIV. Deus omnium Creator postquam incarnationis opus perfecisset, septimo die in sepulcro quievit, sic sabbatum per cessationem a creando agendo. Nunc autem sanctæ feminæ ardorem ac zelum mihi considera. Dum enim amici et vicini omnes, ut prophetæ quidem videtur, e longinquo stabant, alii autem fugam capessebant, illa, omni metu deposito, et omnia impedimenta flocci faciens, virili sumpto animo, quod innumeri alii facere non audebant, sola facere est ausa. Hæc autem memoriæ mandare sanctis evangelistis negotium datum fuit.

Ἡσυχαστής ἐστιν, ὁ τὸ ἀσώματον ἐν σωματικῷ οἴκῳ περιορίζειν φιλονεικῶν, τὸ παράδοξον. Ἡσυχαστής ἐστιν ἐκεῖνος ὁ εἰπών· « Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ. » Κλεῖε μὲν θύραν κέλλης σώματι· καὶ θύραν γλώττης, φθέγματι· καὶ ἔνδον πύλην πνεύμασι. Καθεζόμενος ἐφ' ὕψους τήρει, εἰ ἄρα καὶ ἐπίστασαι, καὶ τότε ὅρα πῶς, καὶ πότε, καὶ πόθεν, καὶ πόσοι, καὶ ποῖοι κλέπται εἰσελθεῖν καὶ κλέψαι τοὺς βότρυας ἔρχονται. Ἀποκαμὼν ὁ σκοπὸς, ἀναστὰς, προσεύξεται, καὶ πάλιν καθεσθεὶς, τῆς αὐτῆς ἐργασίας ἀνδρικῶς ἔχεται. Ἄλλο φυλακὴ λογισμῶν, καὶ ἕτερον νοὸς τήρησις, καὶ καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, κατὰ τοσοῦτον ἡ δευτέρα τῆς πρώτης ἐστὶ, καὶ μοχθηροτέρα καθέστηκεν. Ὥσπερ ὅπλα βασιλικὰ ἐν τόπῳ τινὶ κείμενα ὁρῶντες κλέπται οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπιβαίνουσιν, οὕτω καὶ ὁ τῇ καρδίᾳ προσευχὴν συνάψας, οὐχ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τῶν νοερῶν λῃστῶν κλέπτεται. Οἴδας φανεροποιὰ [ἀντὶ τοῦ, φανεροποιῶς, ἢ ῥήματα φανεροποιὰ] τῆς θαυμαστῆς ἐργασίας τοῦ μεγάλου τούτου Πατρός; Ἀλλ' ἡμεῖς γε ὡς ἐν σκότει διαπορευόμενοι καὶ ἐπάνω τῶν ψυχωφελῶν τοῦ Πνεύματος λογίων ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ περιπατοῦντες, καὶ ἐθελοκωφοῦντες, ταῦτα παρερχόμεθα. Ἀλλ' ὅρα λοιπὸν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ὅσα τὰ πρὸς τὴν νῆψιν ὁδηγοῦντα οἱ Πατέρες ἡμῖν ὑπογράφουσιν.

Τοῦ ἀββᾶ Ἡσαΐα.

Ὅταν τις χωρίσῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ, καὶ γνῷ ἀκριβῶς πάντα τὰ ἁμαρτήματα ἃ ἐποίησεν εἰς Θεὸν (ἐπειδὴ οὐ βλέπει τὰς ἁμαρτίας, ἐὰν μὴ χωρισθῇ ἀπ' αὐτῶν χωρισμῷ πικρίας)· οἱ φθάσαντες τοῦτο τὸ μέτρον, αὐτοὶ εὗρον τὸν κλαυθμὸν καὶ τὴν δέησιν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ μνημονεύοντες τῆς πονηρᾶς φιλίας τῶν παθῶν. Ἀγωνισώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, κατὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν, καὶ συνεργεῖ ὁ Θεὸς κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Καὶ εἰ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὴν καρδίαν ἡμῶν ὡς οἱ παρ-

bonæ quoque voluntatis adjutæ a gratia, vim ; in corde stare firmiter conante, et diligenter custodito, deletur omne vestigium oblivionis, ignorantiæ, ac pigritiæ.» Hactenus Marcus.

Pergis in his videre, lector, quam apte, quam exacte consentiant inter se veterum nostrorum Patrum optimorum dicta. Vides ut hic pariter cum aliis supra recitatis clare docet, totam vitæ spiritualis spem ac successum esse situm in scientia orandi : vides ut quivis modo laudatorum, alterius vestigia premat, unus alium ad singulos assectans passus. Quis horum non quasi ex composito ad idem adhortans docet, penetrandum nobis esse, si perfecti esse volumus, in nostri profunda cordis, pariterque alia suadet, superius hoc opusculo memorata? Audi nunc alios quoque.

Sancti Joannis Climaci.

«Quietis religiosæ professor verus ille est : qui contendit, incorporeum corporea domo circumscribere ac comprehensum tenere. Quod mirum inopinatumque est. Ipse idem est cujus vox sonat in sacro Cantico : «Ego dormio, et cor meum vigilat [6].» Claude januam linguæ voci, et supra clausum tecum intus spiritum fores obduc exterius impenetrabiles. Ita intro sedens ab alto observa, si utique id scias facere. Et tunc videbis quomodo, et quando, et unde, et quot, et quales fures conentur irrumpere, ut spirituales tuæ vineæ uvas auferant. Tunc vigil sollicitusque speculator, impigre surgens orabit, et rursus sedens in opus idem fortiter incumbet. Aliud est observatio cogitationum, aliud mentis custodia, et quantum distat ortus ab occasu, tanto hac illa sublimior et serenior est. Sicut arma regia in loco posita quopiam videntes fures, non temere audaciam expediunt ad furtum ibi tentandum : ita spirituales fures a sic munita et vigili absistunt anima.»

Vidisti declarationem mirabilis exercitationis ; vidisti manifestationem evidentissimam prius commendatorum, cæterum nos, ut apparet, in tenebris ambulantes, et ad spiritualia animasque salvantia divini Spiritus oracula cæcutientes, ne illa quidem cunctis exposita quæ diserte sacra Scriptura denuntiat, cognoscere curamus, desides quidam ac pigri, et ad omne opus bonum segnes frigidique. Verum age, excutiamus tandem hunc torporem : et per monstratum nobis iter, quo in sobriam et acrem tuendo intentam cordi vigiliam tenditur, impetu alacri curramus.

Abbatis Isaiæ.

«Cum quis abduxerit seipsum a via quæ ducit in interitum, sinistra : et cognitis clare, recensitisque peccatis, quæ in Deum commisit, omnibus : nondum tamen satis videt illa, et quam sint noxia perpendit, si nondum ab iis recesserit ea separatione quæ fit per pœnitentiam amaram. Qui ad hunc gradum pervenerunt, ipsi invenerunt planctum, deprecationem, et confundi pudore co-

[6] Cant. v, 2.

Digitized by Google

τέρες ἡμῶν, κἂν σπουδάσωμεν ποιῆσαι τὴν δύναμιν ἡμῶν, φυλάξαι τὰ σώματα ἡμῶν, ὡς ζητεῖ ὁ Θεὸς, ἀναμάρτητα, καὶ πιστεύομεν ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ λιμοῦ τὸν καταλαβόντα ἡμᾶς, ποιεῖ μεθ' ἡμῶν ἔλεος, ὡς καὶ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Παραμυθεῖται ἐνταῦθα ὁ μέγας οὗτος, τοὺς λίαν ἀσθενεστέρους λέγων· Καὶ εἰ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὴν καρδίαν ἡμῶν ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν, κἂν τὰ σώματα ἡμῶν τηρήσωμεν ἀναμάρτητα, ὡς ζητεῖ ὁ Θεὸς, καὶ ποιεῖ καὶ μεθ' ἡμῶν ἔλεος. Πολλὴ ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ τοιούτου Πατρὸς καὶ συγκατάβασις.

A

Μακαρίου τοῦ μεγάλου.

Τὸ κυριώτατον τοῦ ἀθλητοῦ τοῦτό ἐστιν, ἵνα εἰσελθὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, ποιήσῃ πόλεμον πρὸς τὸν Σατανᾶν καὶ μισήσῃ αὐτόν· καὶ ἀντιπαλαίσας τοῖς διαλογισμοῖς αὐτοῦ, μαχεσθῇ αὐτῷ. Εἰ δὲ εἰς τὸ φαινόμενον φυλάσσει τις τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ φθορᾶς καὶ πορνείας, ἔσωθεν δὲ μοιχεύει παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ πορνεύει τοῖς διαλογισμοῖς, οὐδὲν ὠφελήθη ἔχων τὸ σῶμα παρθένον. Γέγραπται γάρ· « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ. » Ἔστι γὰρ πορνεία διὰ σώματος ἐπιτελουμένη· καὶ ἔστι πορνεία ψυχῆς κοινωνούσης τῷ Σατανᾷ. Δοκεῖ μὲν ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ ἀντιφέρεσθαι τοῖς λόγοις τοῦ προλεχθέντος Πατρὸς ἀββᾶ Ἡσαΐου· οὐκ ἔστι δέ· Κἀκεῖνος γὰρ, ὡς ζητεῖ ὁ Θεὸς, παρεγγυᾶται ἡμῖν φυλάξαι τὰ σώματα ἡμῶν· ζητεῖ δὲ οὐ τῶν σωμάτων μόνον τὴν καθαρότητα, ἀλλὰ καὶ τῶν πνευμάτων· καὶ οὕτως ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν προσταγμάτων, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ὑποτίθεται.

B

Διαδόχου.

Ὁ ἐνδημῶν ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, ἐκδημεῖ πάντως τῶν ὡραίων τοῦ βίου· πνεύματι γὰρ περιπατῶν, τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας εἰδέναι οὐ δύναται. Ἐπειδὴ λοιπὸν ἐν τῷ φρουρίῳ τῶν ἀρετῶν τοὺς περιπάτους ὁ τοιοῦτος ποιεῖται, αὐτὸς ὥσπερ τὰς ἀρετὰς πυλωροὺς ἔχων· διὸ δὴ καὶ ἄπρακτοι λοιπὸν αἱ τῶν δαιμόνων τότε ἐπ' αὐτῷ γίνονται μηχαναί· καλῶς εἶπεν ὁ ἅγιος ὅτι ἄπρακτοι μένουσιν αἱ τῶν ἐχθρῶν μηχαναί· ὅτε δηλονότι ἐν τῷ βάθει που τῆς καρδίας ἡμῶν διατρίβομεν, καὶ τοσοῦτον πλέον, ὅσον ἐκεῖ ἐγχρονίζομεν. Ἀλλ' οἶδα ὅτι ἐπιλείψει με ὁ χρόνος, βουλόμενον τῷ παρόντι διηγήματι τῶν Πατέρων πάντων κατατάττειν τοὺς λόγους. Διὸ ἑνὸς ἢ καὶ δύο μνησθεὶς, πρὸς τὸ τέλος τὸν λόγον τρέψομαι.

C

D

ram Deo in recordatione perversi amoris quo vitia sunt amplexi. Certemus, fratres, ex omni nostra virtute; et cooperabitur nobis Deus secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et si non custodivimus cor nostrum, ut Patres nostri; saltem faciamus quantum possumus membra nostra impeccabilia: et confidimus facturum Deum misericordiam nobiscum in tempore famis quæ comprehendit nos, sicut et fecit in sanctis suis.»

Consolatur his magnus hic Pater valde infirmiores. Multa est condescensio et benigna pietas talis Patris.

Macarii Magni.

« Præcipuum intentum athletæ spiritualis hoc est: ut, ingressus in cor suum, bellum indicat Satanæ, exsecrans ipsum; et, strenue obluctans suggestionibus ejus, contra ipsum pugnet. Si vero in speciem quidem, et quantum apparet, custodiat quis corpus a corruptione et fornicatione; interius autem adulteret et fornicetur assensu voluntatis arcano: nihil tali prodest carnem habere virginem. Scriptum enim est in Evangeliis: «Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo[7].» Est enim fornicatio per corpus consummata; est alia fornicatio perpetrata per animam adhærentem Satanæ.»

Videtur quidem magnus hic Pater affirmare contraria dictis prius memora Patris abbatis Isaiæ. Non est tamen ita, siquidem et hic, ut jubet Deus, commendat nobis ut præservemus a corruptione corpora nostra: quærit autem præterea puritatem spiritus et affectuum voluntatis. Et quod in hac parte præcipit, ex Evangelica trahit lege.

Diadochi.

«Qui habitat in suo corde, intra illud penitus immigrans, peregrinatur et longe disjunctus vivit ab omnibus in vita speciosis. Spiritu enim ambulans, carnis desideria nosse non potest. De cætero quippe intra munitissimam inaccessamque vitiis, virtutum arcem ambulationes suas facit: virtutes ipsas invictas custodes præ se habens quasi urbis cujusdam suæ pudicitiæ. Quare machinæ dæmonum istam urbem oppugnantium, vanæ irritæque fiunt.»

Recte dicit hic sanctus effectu cassas manere hostium nos oppugnantium machinas, quando nos scilicet in profundo cordis nostri habitamus attenti ac vigiles ei defendendo: idque tanto perfectius securiusque perficimus, quanto diutius et perseverantius in tali statione, cum ea quæ dicta est, obnixæ virtutis acrimonia, perduramus. Verum tempus me deficeret si vellem hac narratione recensere ad fidem dicto meo astruendam cuncta sanctorum Patrum quæ huc pertinent, dicta. Itaque, uno tantum adhuc et altero memorato, finem faciam dicendi.

[7] Matth. v, 28.

Digitized by Google

Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου.

Σπούδασον εἰσελθεῖν εἰς τὸ ταμιεῖον τὸ ἐνδοθέν σου, καὶ ὄψει τὸ ταμεῖον τὸ οὐράνιον. Ἓν γάρ ἐστι τοῦτο κἀκεῖνο· καὶ ἐν μιᾷ εἰσόδῳ θεωρεῖς ἀμφότερα. Ἡ κλίμαξ τῆς βασιλείας ἐκείνης ἐνδοθέν σού ἐστι κεκρυμμένη, ἤγουν ἐν τῇ ψυχῇ σου. Βάπτισον οὖν σεαυτὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας, καὶ εὑρίσκεις ἐκεῖ ἀναβάσεις ἐν αἷς ἀναβαίνειν δυνήσῃ.

Καρπαθίου.

Πολλοῦ ἀγῶνος καὶ κόπου χρεία ἐν ταῖς προσευχαῖς· ὅπως εὕρωμεν τὴν ἀπαρενόχλητον τῆς διανοίας κατάστασιν, ἕτερόν τινα ἐγκάρδιον οὐρανόν, ἔνθα οἰκεῖ ὁ Χριστός· ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος. « Εἰ οὐκ ἐπιγινώσκετε, ὅτι Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ἡμῖν; εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε. »

Συμεὼν τοῦ θεολόγου.

Ἅδιαν εὗρεν ὁ διάβολος μετὰ τῶν δαιμόνων, ἀφ' οὗ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστον διὰ τῆς παρακοῆς εἰργάσατο τὸν ἄνθρωπον, τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου σαλεύειν, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ νοητῶς· τοῦ μὲν, ἐπὶ πολὺ, τοῦ δὲ, ἐπ' ὀλίγον, καὶ ἄλλου, ἐπὶ πλέον. Καὶ οὐκ ἄλλως δυνατὸν ὀχυρωθῆναι τοῦτο, ἢ μνήμῃ Θεοῦ διηνεκεῖ, ᾧ ἐὰν τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ τυπωθεῖσα τῇ καρδίᾳ ἡ θεία μνήμη, πρὸς τὸ ἄσειστον στερεώσῃ τοῦτο. Εἰς τοῦτο γὰρ φέρει τὰ τοῦ νοητοῦ ἀγῶνος, ὃν ἕκαστος Χριστιανῶν ἀγωνίσασθαι, πρὸς τὸ στάδιον τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀπεδύσατο· εἰ δὲ μή, μάτην ἀγωνιεῖται. Τοῦ τοιούτου ἀγῶνος ἕνεκεν ἡ πᾶσα καὶ ποικίλη παντὸς κακοπαθοῦντος διὰ τὸν Θεὸν ἄσκησις· ἵνα τις κάμψῃ τὰ σπλάγχνα τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δώσῃ πάλιν τὸ πρῶτον ἀξίωμα τοῦτο, καὶ σφραγισθῇ τῷ λογιστικῷ Χριστός, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Κατεμάθετε, ἀδελφοί, ὡς ἔστι τέχνη πνευματικὴ, ἤγουν μέθοδος; ταχέως τὸν ταύτης ἐργάτην εἰς ἀπάθειαν καὶ θεοπτίαν ἀνάγουσα· πεπληροφόρησθε, πῶς πᾶσα πρακτικὴ ὡς φύλλα ἐν δένδρῳ χωρὶς καρποῦ λελόγισται τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι πᾶσα ψυχὴ μὴ ἔχουσα νοῦ τήρησιν, εἰς κενὸν ταῦτα αὐτῇ ἀποβήσεται; Οὐκοῦν σπεύσωμεν, ἵνα μὴ ἄκαρπα τελευτήσαντες, μεταμεληθῶμεν ἀνόνητα.

Isaaci Syri.

« Stude intrare in receptaculum intimum tibi, et videbis receptaculum cœleste. Unum enim idemque est hoc et illud ; et uno ingressu vides utrumque. Scala quoque qua conscenditur in istam regiam intra te est abscondita in anima tua. Baptiza igitur teipsum et larga infusione cujusdam aquæ lustralis abrade ex imo animæ lutum omne ac fæces peccati : eo in loco sic deterso gradus invenies per quos possis ascendere quo dixi. »

Carpathii.

« Multo et certamine et tempore opus est in orationibus, ut inveniamus in imperturbabili mentis statu alterum quoddam corde nostro inclusum cœlum, ubi habitat Christus, ut ait Apostolus : « An nescitis quod Christus habitat in vobis, nisi forte reprobi estis [8] ? »

Simeonis Junioris Theologi.

« Securitatem invenit diabolus, et ejus ministri, ex quo a paradiso et a Deo exterminavit hominem, concutiendi turbandique partem rationalem cujuscunque hominis, tam nocte quam die spiritualiter intellectis : hoc est, tam tempore desolationis, quam consolationis ; cujusdam quidem in multis, cujusdam in paucis ; alterius importunius et vehementius. Neque adversus hos insultus aliud munimentum est, quam memoria continua et mortis et Dei. Qua fiet ut virtute crucis consignata mens divinarum viva recordatione rerum ad immobilitatem solidetur ; ad talem enim contendit palmam spirituale certamen, ad quod nos decertandum in Christi stadio, fidei armaturam induimus : qua qui non fuerit instructus, sine vincendi successu pugnabit. Hujus præmii spes, tota causa est variæ ac multiplicis in vitæ religiosæ duritie propter Deum suscepta exercitationis spiritualium athletarum, id scilicet unice spectantium, ut pro se quisque horum, quodammodo furetur, hoc est, quavis arte, quove conatu in se vertat atque attrahat boni Dei visceralem misericordiam. Eidemque vicissim reddat quam ejus summa dignitas meretur, infimam sui subjectionem ac venerationem : ita ut quasi sigillum imprimatur Christus in rationali parte ipsius, prout dicit Apostolus : « Filioli, quos iterum parturio « donec formetur Christus in vobis [9]. »

Didicistis plane ex hic Patrum sententiis, spiritualem viam, artem esse ac methodum celeriter perducentem eum qui illis utitur, ad sublimem imperturbabilitatis ac Dei visionis statum. Persuasi prorsus estis, omnem mere externam operationem, non alio apud Deum loco censeri quam ut arborum fructu carentium folia ; prætereaque omnem animam non exacte vigilantem in mentis custodia, in vanum currere. Omni ergo studio caveamus ne, sine fructu in morte deprehensi, inutili æternum pœnitudine cruciemur.

[8] II Cor. XIII, 5. [9] Galat. IV, 19.

Digitized by Google

Ἐρώτ. Ὅτι μὲν ἀπὸ τοῦ νῦν συγγράμματος γι νώσκομεν, τίς τε ἦν ἡ πρᾶξις τῶν εὐσρεστησάντων τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅτι ἔστι τις ἐργασία ἡ τῶν παθῶν τὴν ψυχὴν ταχέως ἐλευθεροῦσα, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ συνδέουσα, ἣν χρεὼν παντὶ τῷ τῷ Χριστῷ στρατευθέντι, οὐδ' ἡμεῖς ἀμφιβάλλομεν, ἀλλὰ καὶ λίαν πεπείσμεθα. Τί δέ ἐστι προσοχὴ, καὶ πῶς ἀξιοῦταί τις ταύτην εὑρεῖν, δυσωποῦμεν μαθεῖν. Εἰσάπαν γὰρ τοῦ τοιούτου πράγματός ἐσμεν ἀμύητοι.

Ἀπόκρ. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος, « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, » τοῦτον βοηθὸν καὶ συνέριθον ἐπικαλεσάμενοι, τοκαταδύναμιν ὑποδείξαι πειράσομαι, τί ἐστι προσοχὴ, καὶ πῶς αὐτὴ, Θεοῦ θέλοντος, κατορθωθείη.

Τοῦ αὐτοῦ Νικηφόρου.

Τὴν μὲν προσοχὴν τινὲς τῶν ἁγίων, νοὸς τήρησιν ἔφησαν· ἄλλοι δὲ, καρδιακὴν φυλακήν· ἕτεροι δὲ, νῆψιν· καὶ ἄλλοι, νοερὰν ἡσυχίαν· καὶ ἄλλοι ἄλλως. Τὰ δὲ πάντα ἓν καὶ τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν· ὡς ἄν τις εἴποι ἄρτον, καὶ εἴποι καὶ τεμάχιον, καὶ εἴποι καὶ βουκίον, οὕτω καὶ περὶ τούτων νόει. Τί δέ ἐστι προσοχὴ, καὶ τί τὰ ταύτης ἰδιώματα, ἀκριβῶς μάνθανε. Προσοχή ἐστι, μετανοίας ἀκραιφνοῦς γνώρισμα. Προσοχή ἐστι, ψυχῆς ἀνάκλησις· κόσμου μίσος, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπάνοδος. Προσοχή ἐστιν, ἀθέτησις ἁμαρτίας, καὶ ἀρετῆς ἐπανάληψις. Προσοχή ἐστι, συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν ἀνενδύαστος πληροφορία. Προσοχή ἐστιν, ἀρχὴ θεωρίας· μᾶλλον δὲ, ὑπόθεσις θεωρίας. Διὰ ταύτης γὰρ ὁ Θεὸς παρακύψας, ἐμφανίζεται τῷ νοΐ. Προσοχή ἐστιν, ἀταραξία νοός· ἢ μᾶλλον, στάσις αὐτῆς, δι' ἐλέους Θεοῦ, τῇ ψυχῇ βραβευθεῖσα. Προσοχή ἐστι, [κα]θαίρεσις μὲν λογισμῶν· Θεοῦ δὲ μνήμη, ἀνάκτορον, καὶ τῆς τῶν ἐπερχομένων ὑπομονῆς ταμειοῦχος. Προσοχή ἐστι, πίστεως, ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης παραίτιος. Εἰ μὴ γάρ τις πιστεύσειεν, οὐκ ἂν τὰ ἔξωθεν ἐπερχόμενα λυπηρὰ ὑποδέξηται· καὶ εἰ μὴ ἀσπασίως τὰ λυπηρὰ ὑποδέξηται, οὐκ ἂν ἐρῇ τῷ Κυρίῳ· « Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου. » Καὶ εἰ μὴ τὸν Ὕψιστον θήσει καταφυγήν, οὐκ ἂν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἔνστερνος γένηται. Τούτου τοίνυν τοῦ μεγίστου τῶν μεγίστων κατορθώματος [*Ισ.* τοῦτο τὸ μέγιστον κατόρθωμα] ἐκ διδαχῆς μάλιστα τοῖς πολλοῖς, ἢ τοῖς πᾶσι, προσγίνεται. Σπάνιοι γὰρ οἱ ταύτην ἀδιδάκτως τῇ βίᾳ τῆς ἐργασίας καὶ τῇ θέρμῃ τῆς πίστεως ἐκ Θεοῦ κομισάμενοι, καὶ οὐ νόμος τὸ σπάνιον. Διά τοι τοῦτο χρὴ ζητεῖν ὁδηγὸν ἁπλανῆ· ἵνα διὰ τῆς ἐκείνου διατυπώσεως, τὰς ἐκ τῆς προσοχῆς προσπο-

Interrogatio.

Ex hactenus scriptis manifestum et in confesso cunctis nobis est, et quæ sit praxis placentium Domino : et esse quamdam operandi rationem, quæ vitia ex anima velociter expellat, alligans ipsam charitati Dei, quæ ars ratione operandi sit omni sub Christo militanti necessaria. Tribus his satis cognitis, unum restat inquirendum : quid sit ea res quam « prosochen, » sive « attentionem » vel « advertentiam » vocamus. Id porro et nos discere cupimus ; utique qui nos ejus rei prorsus expertes sentiamus.

Responsio.

Hoc tar, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui dixit : « Sine me nihil potestis facere, » ipsum adjutorem et cooperatorem invocans, quantum possum conabor demonstrare, clare docendo quid sit « prosoche » et quomodo quis eam Deo volente perfecte exerceat.

Ejusdem Nicephori.

Prosochen alii sanctorum mentis observationem dixerunt; alii vero cordialem custodiam, nonnulli « nepsin » (quasi dicerent, sobriam circumspectionem), alii mentalem quietem, et alii aliter. Hæc cuncta unum et idem signant : ut si quis diceret « arton; temmachion » et « bukion, » tribus rem eamdem vocabulis exprimeret quæ panis nominari vulgo solet. Sic et tu de his sense. Atque adeo mox discendis serio attendens, diligenter percipe : quid « prosoche, ac quænam ejus propietates sint. Est « prosoche » veræ pœnitentiæ nota insignis et minime dubius character. Est eadem revocatio animæ, mundi odium et ad Deum reditus. Prosoche est reconciliationis cum Deo inviolabile pignus. Prosoche est abrogatio peccati et virtutis resumptio. Prosoche est remissio peccatorum, et amicitiæ cum Deo indubitabilis fiducia. Prosoche est initium, aut potius fundamentum contemplationis. Per eam enim faciem inclinans suam Deus, conspicuum se menti præbet. Prosoche est tranquillitas mentis, aut potius stabilitas ejusdem per Dei misericordiam animæ concessa. Prosoche est expunctio turbantium cogitationum, Dei vero memoriæ et hanc consequentium bonorum palatium ac regia, præsertim vero patientiæ penus. Prosoche est fidei, spei, et charitatis causa. Nisi enim sibi attendat quis, haudquaquam supervenientia ad fidem extorquendam libenter potius perferat quam in apostasiam deficiat. Nemo etiam non attentus Domino dicet : « Susceptor meus es et refugium meum [19]. » Qui autem refugium in Altissimo non collocaverit, is veram intimis conceptum præcordiis non obtinebit charitatem.

Tanti porro hujus ac vere maximorum maximi plena perfectaque exsecutio negotii, plerisque, ne dicam omnibus, ex institutione ac magistri doctrina contingit. Rari enim valde sunt, qui sine ductu docentis, vi ac conatu operationis, et fervere, 'an-

[19] Psal. LIII, 4.

Digitized by Google

πτούσας ἡμῖν δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἐλλείψεις, λέγω δὴ καὶ ὑπερβολάς, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσαγομένας, ὑφ' αὐτοῦ διδασκώμεθα καὶ τυποῦμεθα, ἐξ ὧν ἔπαθεν αὐτὸς πειρασθείς, δῆλα ἡμῖν ποιῶν, καὶ ἐκτὸς ἀμφιβολίας τὴν νοητὴν ταύτην ὁδὸν ὑποδεικνύει, καὶ οὕτως εὐκόλως ἡμεῖς διανύομεν. Εἰ δὲ ὁδηγὸς οὐκ ἔστι, χρὴ ζητεῖν ἐμπόνως· εἰ δ' οὐχ εὑρίσκεται, τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος ἐν συντριβῇ πνεύματος καὶ δάκρυσι, καὶ σὺν ἀκτησίᾳ τοῦτον καθικετεύσας, ποίησον ὃ λέγω σοι. Οἶδας ὅτι ἡ πνοὴ ἣν ἀναπνέομεν, ὁ ἀὴρ οὗτός ἐστιν, ἐκπνέομεν δὲ αὐτόν, οὐ δι' ἕτερόν τι, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν καρδίαν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς ζωῆς παραίτιος, καὶ τῆς θέρμης τῷ σώματι. Ἐπισπᾶται τοίνυν ἡ καρδία τὸ πνεῦμα, ἵνα τὸ μὲν ἑαυτῆς **θερμὸν ἔξωθεν διὰ τῆς ἐκπνοῆς διωθήσῃ, ἑαυτῇ δὲ εὐκρασίαν παρέξῃ. Παραίτιος δὲ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας, ἡ μᾶλλον ὑπουργός, ὁ πνεύμων ἐστίν· ὃς ἀραιὸς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κτισθείς, οἷά τις φυσητὴρ, ἁλύπως εἰσάγει καὶ ἐξάγει τὸ περιέχον. Οὕτως ἡ καρδία, τὸ μὲν ψυχρὸν ἑλκουσα διὰ τοῦ πνεύματος, τὸ θερμὸν δὲ διωθοῦσα, τὴν τάξιν δηλονότι δι' ἣν ᾠκονομήθη πρὸς τὴν τοῦ ζώου σύστασιν, ἀπαραβάτως διατηρεῖ.** Σὺ οὖν καθίσας καὶ συναγαγών σου τὸν νοῦν, εἰσάγαγε αὐτὸν, τὸν νοῦν δηλαδὴ, εἰς τῆς ῥινὸς τὴν ὁδὸν, ἔνθα τὸ πνεῦμα εἰς τὴν καρδίαν εἰσέρχεται· καὶ ὥθισαι αὐτὸν καὶ παραβίασαι συγκατελθεῖν μετὰ τοῦ εἰσπνεομένου πνεύματος, εἰς τὴν καρδίαν. Εἰσελθόντος δὲ ἐκεῖσε, οὐκέτι ἀνεύφραντα, οὐδὲ ἄχαρι γενήσεται τὰ μετὰ ταῦτα· ἀλλ' ὥσπερ ἀνήρ τις τοῦ ἑαυτοῦ οἴκου ἀπόδημος, ἐπὰν ἐπιστρέψῃ οὐκ ἔχει ὅτι καὶ γέγηται ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ὅτι κατηξιώθη τοῖς τέκνοις καὶ τῇ γυναικὶ ἐντυχεῖν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς, ἐπὰν μετὰ τῆς ψυχῆς ἑνωθῇ, ἄῤῥητον ἡδονὴν καὶ εὐφροσύνην ἐμπίπλαται. Τοίνυν, ἀδελφὲ, συνέτισον τὸν νοῦν, τοῦ μὴ ταχέως ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι. Πάνυ γὰρ ἐν ταῖς ἀρχαῖς καταῤῥᾳθυμεῖ ἐκ τῆς τῶν ἔνδον συγκλείσεως καὶ στενώσεως. Ἐπὰν δὲ συνήθησι, γέγηται, οὐκέτι στέργει ταῖς ἔξω περιφοραῖς. Ἡ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν· ἣν ἐκεῖσε περισκοπῶν, καὶ διὰ καθαρᾶς προσευχῆς ταύτην ἐπιζητῶν, τὰ ἔξω πάντα στυγητὰ ἡγεῖται καὶ μισητά. Εἰ μὲν οὖν ἐκ πρώτης, ὡς εἴρηται, διὰ νοὸς εἰσέλθῃς εἰς τὸν καρδιακὸν τόπον, ὃν σοι ὑπέδειξα, χάρις τῷ Θεῷ· καὶ δόξασον, καὶ σκίρτησον, καὶ ἔχου ταύτης τῆς ἐργασίας διαπαντός· καὶ αὕτη μέλλει διδάξαι σε, ἃ οὐκ ἐπίστασαι. Χρὴ δέ σε καὶ τοῦτο μαθεῖν, ὡς ἐκεῖσε τοῦ νοός σου τυγχάνοντος, οὐσιωπᾷν καὶ ἀργὸς ἔκτοτε ἵστασθαι· ἀλλὰ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με, ἔχειν ἔργον καὶ μελέτην ἄπαυστον· καὶ οὐδέποτε ἐκ τούτου ποτὲ παύσεται. Τοῦτο γὰρ ἀμετεώριστον συνέχον τὸν νοῦν, ἀχείρωτον δεικνύει αὐτὸν καὶ ἄψαυστον ταῖς προσβο-

A

B

tæ possessionem rei a divina sint nacti bonitate. At rari eventus legem ac consuetudinem non faciunt. Quare decus istud affectanti ante omnia quærendus est dux viæ peritissimus, cujus certa informatione per varios qui spiritualem prosoches viam terentibus nobis a dextris et a sinistris occurrent anfractus ac periculosa diverticula, vitare incedendo recta possimus. Hæc diverticula sunt excessus et defectus a diabolo tironibus suggesti, ut aut plus aggredientes quam possant, aut minus agentes quam debent, utrovis modo a rectitudine aberrent. Istas ejus artes hostis callidi nos experientia didicimus, ex iis quæ passi a tentatore sumus, docemus alios ut eos præmuniamus adversus ægre alioqui vitabiles illius laqueos. Tali qui obtemperat ductori, extra omne periculum dubii ancipitem istam et insidiis infestam multis tuto percurret viam. Qui autem duce caret, omni eum diligentia quærat. Quod si omnia conatus non invenit, Deum invocet in contritione spiritus et lacrymis. Hæ si cum vera expropriatione ac rerum affectuumque cunctorum abdicatione conjungantur, exorabunt, crede mihi, impetrabuntque quod mox dicam. Sit prior vita tua tranquilla, curis vanis vacua, et cum omnibus pacifica. Deinde ingressus cubiculum tuum, claude ostium super te, et sedens in quodam angulo fac, quæ suggero tibi.

C

D

Nosti spiritum quem ducimus. Hic aer est. Exspiramus autem ipsum non aliam ob causam, nisi ut cordi consulamus. Cor enim est vitæ fons, et caloris corporei. Oportet autem, ut vita constet, invicem temperare caloris ardorem admistione frigoris : in cum usum aer nimium jam in corde calefactus, emittitur et alius aforis introducitur frigidus, ut qualitates se mutuo frangentes, in qualem vita exigit temperiem concilientur. Minister hujus negotii pulmo est, raræ ideo texturæ factus a Creatore. Is instar follis indesinenter intro pellit, et foras extrahit corpus tenue circumstans. Hujus beneficio cor, hinc quidem aerem frigidum respiratione attrahens ; inde autem jam intra se ferventem reciproca inspiratione repellens, status sibi connaturalis necessariam ad animalis durationem perseverantiam, sine ulla officii ad quod factum institutumque a providentissimo Conditore fuit, transgressione custodit. Tu ergo, ut dictum est, animo composito, collectaque tua mente in solertem indagationem viæ per quam spiritus divinus in cor tuum illabitur, age quidquid arte omni et contentione vales, quo illum istuc introducas. Præmium hujus operæ magnum est, quod ejus hospitis a lventum ingenti tuo fructu senties. Ingresso enim ipso in cor tuum, tripudiis ibi et gratulationibus cuncta exsultabunt, quemadmodum quando illustris vir e longa peregrinatione, domum revertitur, gaudio fruitur inenarrabili, complexu filiorum et uxoris ex tanto intervallo revisorum sospitum : sic et mens, quando adducta ad se

Digitized by Google

λαΐ; τοῦ ἐχθροῦ, καὶ εἰς ἀγάπην καὶ πόθον θεῖον τὸ καθ' ἡμέραν ἀνάγει. Εἰ δὲ πολλὰ καμὼν, ὦ ἀδελφὲ, οὐ δύνασαι εἰσελθεῖν εἰς τὰ μέρη τῆς καρδίας, καθώς σοι διεταξάμεθα, ποίησον ὃ λέγω σοι· καὶ μέλλεις, Θεοῦ συνεργοῦντός σοι, εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. Οἶδας, ὅτι τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου ἐν τῷ στήθει ἐστίν. Ἐντὸς γὰρ τοῦ στήθους, σιωπώντων ἡμῶν τῶν χειλέων, ἐκεῖσε λαλοῦμεν, καὶ βουλευόμεθα, καὶ εὐχὰς κατατάττομεν, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ἄλλα τινά. Τούτῳ οὖν τῷ λογιστικῷ, πάντα λογισμὸν ἐξ αὐτοῦ περιάρας (δύνασαι γὰρ, ἐὰν θέλῃς), δὸς αὐτῷ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· καὶ A βίασαι τοῦτο ἀντ' ἄλλης ἐννοίας πάντοτε ἔνδον βοᾷν. Τοῦτο δὲ ἐπὶ καιρὸν κρατήσας, ἀνοιχθήσεταί σοι διὰ τοῦτο καὶ ἡ καρδιακὴ εἴσοδος, καθώς σοι γεγράφαμεν, ἐκτὸς πάσης ἀμφιβολίας· καθὼς καὶ ἡμεῖς πεῖρᾳ ἐγνώκαμεν. Ἐλεύσεταί δέ σοι, σὺν τῇ πολυποθήτῳ καὶ τερπνῇ προσοχῇ, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν χορὸς, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν πάντα σου τὰ αἰτήματα κομιεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

anima fœdus firmum cum ipsa iniit, ineffabilem voluptatem et lætitiam percipit.

Igitur, oro te, frater mi, assuefac mentem tuam ad perseverandum in isto tam utili secessu; nec quantavis conditione acquiescendo in recessum inde. Novitatis periculum fac vincas impetu generoso animi. Ubi primas desidiæ ac tædii, de conclusione intra quasdam istas angustias, tentationes heroica virtute superaveris: prona deinceps planaque se omnia præbebunt. Assuetudo succedet lævigans omnia; nec ullum te desiderium capiet vanarum in exteriora evagationum, cum utique regnum cœlorum intra nos sit. Quod in illo statu, positum in sinu tuo undique intuens, et ut proprium id perpetuumque tibi sit, pura oratione postulans, exterius avocantia cuncta, abominanda et odio digna summo reputabis. Vide solum ut e primo, C prout dictum est, ingressu penetrare ac subire contendas intra imum ac secretissimum cordis tui fundum: quem tibi, Deo mihi gratificante, monstravi. Exsulta deinceps tibi gratulans et Deum laudans, in eaque exercitatione constanter perdura. Hæc enim te docebit cætera quæ nondum nosti. Oportet autem te et hoc insuper nosse: haud convenire te, mente in eum quem dixi gradum evecta, silere deinceps ac desidere otiosum et elinguem. Exclames decet in hæc verba: «Domine Jesu Christe Fili Dei, miserere mei.» Idque tanquam opus demandatum, continue, usu nunquam intermisso, ferge facere, nec desiste quavis causa. Sic enim indeflexe Deo affixam habens et præ te ferens mentem, omnem de te victoriæ spem tuæ salutis hostibus auferes: efficiesque ut de cætero temperantibus iis a te lacessendo, intacta quietaque ab horum assultibus anima tua felici fruatur pace. Quod si, multo id aggressus conatu, frater mi, nequiveris pertingere (ut ubi præcepimus) in intimos tui cordis sinus; fac quod nunc dico tibi, et Deo adjuvante, per id, quod quæris invenies. Scis rationalem omnis hominis partem in pectore residere. Intra pectus enim, silentibus labiis, loquimur, et consultamus, et preces ordinamus et psalmos, et cætera quæpiam ejus generis. Ei ergo animæ parti quæ talia operanti præest pectori, reliquas prorsus cogitandi argumentis abstractis (potes enim id si velis) unam hanc operandi præscribe materiam; injungens ut semper dicat: «Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere mei.» Compelleque ac coge ut, omni alia specie rejecta, solam hanc spectet imaginem, continue quod dixi clamans.

Hoc si viceris, aperietur tibi cordis introitus, quo in imum ejus, fructu tuo maximo descendas. Hos nos experientia didicimus: et scientes suademus. Ingredietur autem in te simul cum ista desiderabilissima et jucunda «prosoche», universus virtutum chorus: charitas, gaudium, pax, et quæ sequuntur, per quas omnium tuarum petitionum eventu beaberis, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul et sancto Spiritui, gloria, potestas, honor et adoratio sit, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

Digitized by Google

MAXIMUS PLANUDES

CPOLITANUS MONACHUS

—

NOTITIA

(Fabric. Bibliotheca Græca ed. Harles., t. XI, p. 682.)

—

Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, inter eruditissimos suæ ætatis, apud Andronicum Palæologum seniorem gratiosus, ab eodem ad Venetos a. 1327 ablegatus est cum Leone Orphanotropho, ut ex Pachymeris libro IX Histor. Allatius, *De consensu*, pag. 841, adnotavit. Vixit adhuc a. 1353 (*a*). Scripta ejus hæc mihi innotuere :

Versa in Græcam linguam.

1. *Ciceronis Somnium Scipionis.* Vide Lambecium V, pag. 153, necnon *Macrobii* in idem somnium *Commentaria.* Ms. in bibl. regis Christianissimi, in Seguieriana sive Coisliniana. Labbe, p. 280, *Bibl. novæ Mss.*, et Montfaucon. p. 520, *Bibl. Coislinianæ.* (*Fabr.*) In cod. nempe Coislin. 355, *Somnium Scipionis*, a Cicerone scriptum, explanatum a Macrobio Ambrosio, Gr. versum a Max. Planude ; inc. Ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην· sequitur Macrobii Ambrosii Explanatio in Somnium Scipionis, Græce versa a Max. Planude ; inc. Μεταξὺ τὴν τοῦ Πλάτωνος καὶ Κικέρωνος. — Paris. in bibl. publ. sex codd. V. Indic. ad vol. II Catal. mss. bibl. publ. — Florent. in bibl. Laurent., cod. 33, n. 5, plut. 57, Cicer. *Somnium Scipionis*, a Planude Gr. versum ; V. Bandin. Cat. codd. Gr Laur. II, p. 387 ; ibique, n. 11, exstat *Cic. de memoria artificiali*, Gr. interprete forsan Maximo Planude, uti suspicatur Bandin., l. cit. — Ibid. in cod. 14, n. 1, plut. 80, Planudis versio Gr. Macrobii comment. in idem Somnium. V. Bandin., libro cit., tom. III, p. 213, sq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. 508. Ciceronis *Somnium Scipionis* cum Expositione Macrobii ; omnia cum versione Græca Max. Planudis. V. Catal. codd. Gr. Marc. p. 273. — Fragmentum s. pars tertii et quarti cap. Macrobii comment. in Somnium Scipionis, a Planude Gr. versi Vindob. in cod. Cæs. 87, n. 18, uti pluribus docuit Kollar. in Supplem. ad Lambecii comment. tom. I, p. 559 sqq. — Ibid. in cod. 33, sunt excerpta quædam ex Planudis operibus philosophicis, non magni momenti, judice Kollario ad Lambec. VII, p. 156. (*Harl.*)

2. *Cæsaris commentarii de bello Gallico.* Hæc versio primum edita est a. 1606, ex codice Pauli Petavii, a Godofredo Ingermano. De ea illustris Huetius libro De claris Interpretibus, p. 219 : *Dubito equidem Gazæne an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam Commentariorum de bello Gallico conversione a Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, ascribam. Cæsarem illa nonnunquam ducem deserit, et breves temat excursus, raro tamen et verecunde ; cæterum non impura ea, nec invenusta.* David Hœschelius epistola ad Ingermannum, 4 cal. April. a. 1606, *Interpretationem Planudis potius, qui et Ovidiana vertit quadam non infeliciter, quam Gazæ crediderim quod e phrasium similitudine facile conjecerim.* Petrus Scriverius litteris ad eumdem Ingermanum : *Belli Gallici interpres ille Græcus non est quidem contemnendus, sed tamen haud ita magno litterarum emolumento legitur, ut absque ulla studiosorum fraude poterit obliterari, quisquis est.*

(*a*) De Maximo Planude confer Vossium, *De poetis Græcis*, cap. 9, pag. 80 sq., et *De scient. mathem.*, cap. 9. pag. 311 ; Montfauc. in Palæogr. Græca, pag. 38. qui ait Planudem sub initium sæculi decimi quarti floruisse, notatque Possevin. affirmantem, eum sæculo XV scripsisse. — A. C. 1302, manu sua scripsam esse CPoli in monasterio cognomento τοῦ Ἀκαταλείπτου metapurasin Evangelii S. Joannis, in cod. bibl. Marc. Venet. 481, ipse profitetur in fine. V. Cat. codd. gr. Marc , pag. 253. — Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. III. pag. 760 sqq., ad a. 1320, ubi multos codd. mss. in quibus Planudæ opera asservantur, enumerat : — Henr. Wharton, in append. ad Cavei *Hist. litter. SS. eccl.* tom. II, pag. 58, ad a. 1340. — Lambecius in *Zuverlässigen Nachricht.*, part. IV, p. 566 sqq. ; Saxium in *Onomast. lit.*, part. II, p. 334 sqq. ad a. 1327, qui profitetur, quando Planudes naturæ debitum persolverit, sibi non constare, et, si Dorville in *Obss. miscell.* vol. II, tom. III, pag. 429, scribit, *Maximum Planudem ab omnibus obiisse tradi* 1353, locupletem sane ejus famæ auctorem requirit, notatque Jo. Jac. Reiskium, in præfat. ad Anthol. Gr., p. XVII, arbitrantem Planudem sæculi XIII hominem esse ; Shrœckh. in *Histor. Christ. eccl.*, tom. III, pag. 300. Adde, si lubet, quæ scripsi in *Introd. in histor. L. G.*, tom. II. part. I, p. 550 sqq., et in supplement. tom. II, p. 60. HARL.

Digitized by Google

3. *Ovidii Metamorphoseon libri* Græca prosa redditi, cujus met phraseos meminit Volaterranus libro XVII Commentar. urbanor. Loca quædam ex illa produxit Nicolaus Heinsius notis ad Ovidium. Etiam *Heroides* Ovidii Græce versas a Planude, memorat post Simlerum Huetius de claris interpretibus (*Fabr.*) p. 217 sq. ed. Stadæ 1680, 8, ubi agit de Max. Planudis versionibus Græcis. — Metamorphoseon versio Romæ in bibl. Vaticana, et Venet. in bibl. Marci. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 12 et 476. — *Epistolarum* ac *Metamorphos.* versio, Romæ in ead. bibl. ibid. p. 34, ibid. p. 501. In bibl. Ambros. Mediolani, sunt plura Max. Planudis opp. nempe de constructione verborum, bis; — de metris; *Metamorphos.* Ovidii; — de indissolubilibus contradictionibus; de pedibus oratorum; — dialogi; — epistolæ; — anthologia epigrammatum et Catonis sententiæ: ac p. 502 in ead. bibliotheca Ovidii *Metamorphoses* et *Heroides*, in Græcum a Max. Planude translatæ, cum scholiis, bis. — Ibid. p. 622 in bibl. Escorial. regis Hispan. Ovidii *Epistolæ*, per Planudem Gr. versæ. — Ibid. p. 632, in bibl. regis Angliæ, Ovidii *Metamorph.* a Planude Græce conversæ. — Paris. in bibl. publ. cod. 2849, Ovidii *Metam.* libri octo priores, e lingua Lat. in Græcam conversi a Max. Planude; et in cod. 848, eorumdem librorum quindecim priorum, atque *Heroid.* Ovidii metaphrasis, auctore Max. Planude. (*Harl.*)

4. *Catonis Disticha moralia* Græcis expressa versibus, de quibus in bibl. Latina lib IV, cap. I, § 8 (*e*). Adnotationes Græcæ marginales et interlineares, quæ mss. sunt in bibl. Cæsarea, Lambec. V, p. 215, non viderunt lucem. (*Fabr.*) Lamb. V, p. 442 sqq. ed Kollar. n. 34, cod. 267. — In eod. vol. p. 617, n. 20, cod. 332. — In vol. VII, p. 535, in cod. 133, n. 27, cum adnotatt. Græcis marginalibus atque interlinearibus. — Paris. in bibl. publ. undecim codd. (V. Ind. ad Cat. Mss. Paris. bibl. Reg. vol. II, sub voc. *Maximus Planudes.*) — Oxon. in cod. Barocc. 64. — Venetiis, in bibl. Marc. cod. 83, fol. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 60. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 12, n. 2. plut. 32; — cod. 7, n. 16, plut. 55; — cod. 23, n. 8, plut. 56, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus; — cod. 44, n. 15, plut. 59; — cod. 16, n. 6, plut. 60, cum permultis glossis interlinearibus instar perpetuæ paraphraseos et scholiis subjectis; — in cod. 13, n. 12, plut. 80; — in cod. 26, n. 1, plut. 80. cum uberrimis glossis interlinearibus; et in cod. 23, n. 2, plut. 81. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. II, p. 135, 259, 327, 575, 606; et vol. III, p. 203, 215 atque 236. — Leidæ, in bibl. publ. inter codd. Vossianos, in duobus codd. V. Catal. bibl. Leidens. p. 396, n. 23, ac p. 398, n. 52. — Mosquæ in cod. synod. 247, n. 2, cum scholiis in margine adjectis, et cod. 248, n. 1. Vid. Matthæi Notitiam cit. p. 160. — Romæ, in bibl. Vatic. inter codd. reginæ Sueciæ, n. 653. Catonis *Sententiæ*, et Boethius, *De consolatione philosophiæ*, a Planude Gr. versus, atque ejusdem Epitaphium, auctore quodam Gregorio; ibid. n. 651. Diophanti *Arithmetica*, in cujus calce quædam ex Maximo Planude adjunguntur. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 28 *D.* — Ibid. p. 593 *E* Cato Planudis, in cod. August. Vindel. LXV. (*Harl.*)

5. *Boethii De consolatione philosophiæ*, cujus Græca versione ms. in bibl. regis Christianissimi, usus in sua Boethii editione Renatus Vallinus. Ex ms. Cæsareo quædam producit Lambecius, VII, p. 145 sq. [p. 310 sqq. ed. Kollar.] Alius pulcherrimus codex Græco-Latinus, ann. 1478, a Petro Montaguana donatur monasterio S. Justinæ; exstat in bibl. Seguieriana sive Coisliniana. Vide Montfauconum, p. 140. In Cæsareo codice leguntur etiam prolegomena Græca et adnotationes marginales. (*Fabr.*) Paris. in bibl. publ. codd. *De consolatione philosophiæ*, cum scholiis, 1992, tum 2094, et tribus sequentibus, in quorum ultimo ad calcem epilogus, ubi de Boethio quædam minus obvia occurrere dicuntur, et 2571, n. 3. — Ibid. Boethius *De dialectica*, interprete Planude in cod. 2094, 2, ubi tamen una tantum pagina superest: acc. quoque scholia; — in cod. 2103, n. 2, et 2830, n. 6, cum scholiis, ad marginem conjectis. Conf. Montfauc. Palæogr. Gr. p. 83. — Mosquæ, in codd. synod. 247, n. 3, cum scholiis, et 313, n. 1, Planudæ Interpretatio libr. Boethii de consolatione philosophiæ; v. Matthæi not. cit. p. 160 et 205. — Eadem, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 *B*, *C*. Itidem Planudis dialogi *De grammatica*; *De syntaxi*, et opera plurima, Romæ, in bibl. Vaticana, — p. 494 *A*; *De consol. philos.* cum scholiis, a Planude Gr. versus, item de *Trinitate*, bis, Mediolani in bibl. Ambros. — In bibl. Escorial. v. Plueri Itiner. per Hispan., p. 160. Boethius etc. Latine, et cum Græca Planudis versione, atque commentariis Latinis, in cod. Coislin. 84. V. Montfauc. l. cit. p. 140. (*Harl.*)

6. *S. Augustini de Trinitate libri XV*, mss. in bibl. Cæsarea. Vide Lambec. IV, p. 159, 160 (*f*).

(*e*) P. 259, tom. III ed. Ernesti: ego autem in Breviore notit. litteraturæ Rom. pag. 698 sq. egi de edit. Catonis per Matthiam Garbicium (qui Planudis disticha e Catone correxit ac supplevit), Tubing. 1545, 8. — de edit. Antwerp. 1568. cum Planudis versione Gr. — de edit. Amstel. 1759, 8, cujus tomo II præmissa est Planudis metaphrasis Gr. cum castigat. Jos. Scaligeri; tum in Breviore notitia in usum scholarum p. 208, de Catonis sententiis Gr. per Planud. in vol. inscripto: Ἐγχειρίδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς· Florent. 1515 et 1516. (Harl.)

(*f*) Sive p. 356, ed. Kollar. cujus notam conferes, n. 1, cod. 161, et p. 360; in cod. 162, — *Monac.* in cod. Bavar. 54. V. plura apud cl. Hardt. in Aretini *Beyträgen*, etc., a. 1804, part. 1, p. 22. — Florent. in bibl. Dominicanorum S. Marci. V. Franc. Anton. *Zachariæ iter litterar. per Italiam*, Venet. 1762, 4, p. 54. — Paris. in bibl. publ. codd. 828, n. 1, et 829. — Romæ in bibl. Vaticana, addita alia ejusdem operis a Demetrio Cydone facta versio, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 12. (*Harl.*

Digitized by Google

Etiam illa, ubi de processione Spiritus S. ex Patre Filioque tractatur, fideliter vertisse, notat Bessarion apud Allatium, *De consensu*, p. 842. Locum ex ea versione Græce editum Romæ a. 1630 notat Whartonus [ad Cavei *Hist. litter.* cit. II, p. 58]. Græce et Latine cum Jo. Leunclavii versione prodiit ad calcem Leontii *De sectis* Basil. 1578, p. 584-599, et in *Auctario bibl. Patrum Ducæano*, Paris. 1624, tom. I.

7. Etiam *libros Augustini De civitate Dei* a Planude Græce versos tradit Gesnerus in bibl. p. 559.

8. Volaterranus lib. XVII *Commentar. urbanor.* et ex eo Gesnerus ac Simlerus scribunt, *Macrobii Saturnalia* a Planude Græce versa esse; quod ægre mihi persuadeo, et commentarios in Somnium intelligendos esse suspicor. (*Fabr.*) In inscriptione cod. 34, n. 1, plut. 80. Florent. in Libl. Laurent. Σκηπίωνος ὄνειρος, etc. *Scipionis somnium, conscriptum quidem a M. T. Cicerone, expositum vero a Macrobio Ambrosio, et in Græc. linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude.* V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. III, col. 213 sq. Add. Lambec. IV, p. 125 seq., et de codd. Coisl. aliisque supra, ad n. 1. (*Harl.*)

[*Thomæ Aquinatis* primæ partis Summæ quæstiones 49. Priores translatæ per Maximum Planudem. Oxon. in cod. Barocc. 65, ad quem confector mss. Angliæ etc. vol. I, p. 7.— « Liber ipse, ait, ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in catalogo impresso; nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydonium vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus. » Florentiæ in cod. Laurent. 18, n. 4, plut. 4. Procœmium anonym. in versionem Gr. alicujus operis S. Thomæ Aquinatis, quod, Bandinius in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 515, « forte est, inquit, Maximi Planudis, aut alterius Græci viri Latinis infensi; illos enim in hoc Procœmio valde carpit. » Consule Echardum in *Historia scriptorum ordinis Prædicatorum*, tom. I, p. 346. — Simpliciter vero a Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 505 E., Mediolani in cod. bibl. Ambros. esse dicitur S. Thomæ Aquinatis Expositio orthodoxæ fidei, Græce, interprete Maximo Planude. (*Harl.*)]

9. *Donati grammatica parva*, mss. in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 71. (*Fabr.*)

[*Maximo Planudi a Montfaucon.* l. c. p. 645 C, tribuitur versio Gnomarum Platonis, Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Barocc. n. 124; sed nescio, an id culpa Montfauc. aut alius vitiose scriptum sit; in Cat. quidem mss. Angliæ etc. vol. I, p. 27, in illo cod. Barocc. inesse traditur Maximi Planudis versio Gnomarum Catonis. Ita quoque erravit Oudin. l. c. col. 762, cum scriberet, in cod. *Norfolc.* 529 s. n. 3428 Cat. mss. Angliæ, etc. tom. II exstare *Disticha Platonis* per Planudem; nam in Cat. dicto p. 84 diserte rectiusque editum est, Catonis disticha per Planudem. (*Harl.*)]

Græce scripta.

Romanæ initio fidei favisse Planudem (*g*) eamque ob rem ab imperatore CPol. multa passum, in custodiamque tandem conjectum et contra sentire coactum fuisse, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus refert Volaterranus.

10. *Capita* ejus tria *de processione Spiritus S.* cum Bessarionis et Georgii Metochitæ responsione, Græce et Latine edidit Petrus Arcudius in opusculis aureis, Rom. 1630, 1671, 4; Nesselius I, p. 22, etiam quartum Planudis caput commemorat, quod incipit: Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ Τριὰς θεωρεῖται, et p. 345: Λόγον περὶ πίστεως divisum in capita XX. Incip. Πάσης ἀγαθῆς πράξεως. (*Fabr.*) Secundum Lambec. Commentar. IV, p. 359, ed. Kollar. in cod. Cæsar. 161, n. 4, *De processione Spirit. sancti* argumentationes tres contra Latinos: inc. Ἐρωτητέον, πότερον ἡ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστὶν· et n. 6, argumentatio (quæ est quarta) contra Latinos *De process. Spir.*

(*g*) *Planudes vir elegantissimæ sapientiæ atque infinitæ eruditionis, quem sibi asserunt nequidquam Photiani, ut alibi* (in testimonio Græciæ) *ostendimus, æquandus sane cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mira felicitate et elegantia, difficillima quæque proponens et arduas dissolvens, infinitis operibus Græciam, imo litterariam remp. universam auxit.* Hæc Nic. Comnenus p. 190 *Prænot. mystag.* — Raphaelis Volaterrani, libro XVII *Commentariorum urbanorum*, notabile quoddam non solum ipsius, sed et cardinalis Bessarionis testimonium de eodem Planude, simul et judicium, subnectimus: *Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, vir plane doctissimus, vehementisque ingenii, abhinc annos fere centum quinquaginta, Romanæ ab initio fidei favit, ob quam rem ab imperatore Constantinopolitano multa passus, in custodiam tandem conjectus, contra sentire coactus est, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus. Quas nostra ætate Bessario cardinalis Nicænus perlegens mirari solebat, virum cæteris in scriptis excellentem, summumque philosophum, tam ineruditos infirmosque edidisse syllogismos: haud ob aliam putabat causam, quam quod ea quæ metu perscripserit, animo improbaverit, refellendaque ei curæ fuerit, ubi primum licuerit. Hujus plura exstant ingenii monumenta. Nam* Ovidii Metamorphoseos librum *et Macrobium* De Saturnalibus, *in Græcum sermonem convertit, ambos prosa oratione.* Problematum Volumen *composuit,* Rhetoricos Commentarios super Hermogenem *scripsit,* Epigrammata Veterum Græcorum *resectis lascivioribus, in unum jam vulgo sparsum volumen coegit.* Hæc de Maximo Planude Raphael Volaterranus. Bessarion autem *in Responsione ad quatuor argumenta Maximi Planudis, de processione Spiritus sancti,* ita de illo loquitur: Οὐ γάρ ἄν ἐγώ σοῦ, ἀνδρῶν ἀριστε καὶ σοφώτατε, κατεγνώκειν, οὕτω πᾶσαν ἐξησκημένου παιδείαν, οὕτω δὲ διαβεβηκότος ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ θεωρίᾳ, καὶ ὅλα πάντων μὲν μαθημάτων δόξαντος, εὐδοκιμήσαντος δὲ ἐν ἅπασι, πρὸς δὲ τῇ Ἑλλάδι καὶ τὴν Λατίνων γλῶτταν εἰς ἄκρον ἐξησκημένου. *Non enim de te, vir optime atque sapientissime, male sentirem: qui tu omni disciplinarum exercitatione versatus es, ita autem per philosophiam et contemplationem pertransisti, per omnes quidem scientias incessisti, et in omnibus approbationem habuisti, tum ad Græcam linguam Latinam quoque perfectissime adjungens.* Quibus ex adversa in sibi Bessarionis verbis egregie summa Maximi Planudis eruditio concluditur. Oudin.

Digitized by Google

sancti. Init. Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ Τριὰς θεωρεῖται. — Ibid. vol. V, p. 446, in cod. 269 n. 1, Λόγος περὶ πίστεως, sive liber contra Latinos *De process. Sp. sancti ex solo Patre*, in capp. viginti divisus, et Lambec. appellat Leon. Allat. lib. II, *De Eccles. Occid. et Orient perpetua consensione*, cap. 17, § 4.— Tres argumentationes, Venetiis in bibl. Marc. codd. 153 et 506. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 85 et 271. — Florent. in bibl. Laurent. cod 14, n. 6, plut. 10, *De process. Spir. sancti contra Latinos*, syllogismi quatuor cum Bessarionis responsionibus. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 485.— Paris. in bibl. publ. codd. 828 n. 6, capita quatuor *de process. Sp. S.* cum Bessarionis et Demetrii Cydonii responsione, et cod. 1270, n. 6, capita de eadem ; et capitibus singulis subjunctæ sunt Bessarionis et Dem. Cydonii responsiones. (*Harl.*)

11. *Sylloge canonum* adhuc inedita, quam eloquentissimam vocat Nic. Comnenus, p. 4 ; *Nomocanonem* citat p. 363. Titulum περὶ χειροτονίας p. 70, 74, 190, 220, 274.

12. *Orationes II, de viribus precum*, ex quarum posteriore locum a Suario expressum, dissimulato nomine, notat id. p. 6.

13. *Orationem de veritate* laudat id. p. 345.

14. *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paulum*, sub Gregorii Nysseni nomine edita Ingolstad. 1620, 4, a Gretsero, ab Allatio p. 87, *de Simeon.* et p. 294 et 295 *De consensu*, et a Lambecio IV, p. 57 [p. 119 sqq. Koll. n. 12, cod. 109,] et VIII. p. 70 sq. (*h*) Planudi vindicatur. Incipit : Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων.

15. *Oratio in sepulturam Christi et B. Virginis planctum funebrem* : Εἰς τὴν Θεόσωμον (*i*) ταφὴν καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον, etc. Incipit : Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Græce prodiit Paris. 1557, apud Andream Wechelum : Latine ex Joachimi Axonii Gravian. versione exstat in *Supplemento Bibl. Patrum Coloniensi*, ann. 1622, et Morelliano Paris. 1639, tom. I, p. 836, et in *Bibl. Patrum* edit. Lugd. tom. XXVII. (*Fabr.*) Et Paris. 1644, fol. p. 836. V. ad n. 14. Eadem Paris. l. c. codd. 1187, n. 1; 1220, n. 10 ; 1248, n. 8 ; et 3010, n. 20. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 35, n. 24, plut. 59. V. Bandin. l. c. II, p. 566. (*Harl.*)

16. *Laudatio S. Diomedis martyris* citatur ab Allatio, p. 202, contra Hottingerum. (*Fabr.*) Ms. Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 5, et 3010, n. 22. — Mosquæ in cod. synod. 302, n. 80. V. Matthæi l. c. p. 198. — Lambec. IV, p. 124. — Florent. in cod. Laurent. 22, n. 4, plut. 56. V. Bandin. l. c. II, p. 327. (*Harl.*)

(*h*) In bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, codice ms. theologico Græco 109, num. 12, ut habet Lambecius libro IV Commentariorum hujus bibliothecæ pag. 54, exstat et quidem a fol. 158, pag. 1, usque ad fol. 170 pag. ultima, Maximi Planudis oratio ἀκέφαλος sive mutila principio *in sanctos apostolos Petrum et Paulum*, quæ ibi nunc incipit his verbis, Καλῶς παντας εὐψύχως ἔφερεν, etc. Hanc autem orationem ita mutilam sub S. Gregorii Nysseni nomine, ex hoc codice ms. Cæsareo separatim in lucem edidit Jacobus Gretserus 1620 Ingolstadii, Græce et Latine, typis Ederianis, in-8 ; ubique in Præfatione ad lectorem, ubi judicium suum de eadem oratione indicat, hujus ms. codicis Cæsarei unde orationem hanc eduxit, expresse atque etiam nominatim mentionem facit. Licet autem ex manuscripti codicis hujus fide ac titulo istam orationem S. Gregorio Nysseno inscripserit, fatetur tamen stylum illius a stylo S. Gregorii Nysseni discrepare non mediocriter. Sic revera S. Gregorius Nyssenus non est auctor hujus orationis, sed *Maximus monachus Constantinopolitanus cognomine Planudes*, qui integris circiter 958 annis S. Gregorio Nysseno junior est. Obiit enim S. Gregorius Nyssenus anno 395 vel 396. Maximus autem Planudes circa annum Christi 1350 floruit, ut non solum ex ipsius *Epistolis*, quæ in bibliotheca Cæsarea Viennensi mss. exstant, verum etiam ex Attalio Raphaelis Volaterrani testimonio, quod antea exhibitum est, luculenter videre licet. Eadem autem *oratio in sanctos apostolos Petrum et Paulum* quam Gretserus sub nomine sancti Gregorii Nysseni mutilam edidit, bis jam a Lambecio integra reperta est sub nomine Maximi Planudis, in duobus mss. codicibus Græcis bibliothecæ Cæsareæ, quorum unius ordine X inter mss. codices historicos Græcos, alter autem inter codices mss. philologicos Græcos locum obtinet. In priori horum duorum codicum exstant præter Nicephori Gregoræ et Gregorii Cyprii patriarchæ Constantinopolitani varias orationes panegyricas, etiam *orationes duæ Maximi Planudis* : altera num. 4, altera num. 5. quarum prima inscribitur, *In sepulturam Christi et beatissimæ Virginis Deiparæ planctum funebrem*, atque incipit his verbis : Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη εἰς τὴν Θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον τῆς Θεοτόκου. Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν, etc. Meminit hujus etiam orationis Leo Allatius in Diatriba *De Symeonum scriptis*, pag. 82. Secunda autem *In sanctos apostolos Petrum et Paulum* hoc modo : Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους, πανεύφημους καὶ κορυφαίους τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγχειρῆσαι, etc. Hæc nempe est illa ipsa oratio quam Gretserus sub S. Gregorii Nysseni nomine mutilate edidit, his verbis incipientem : Καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν, etc. Ante hæc enim verba, integra tredecim folia in 4 desunt, minutis litteris compresse scripta. Eodem modo eadem oratio suppleri potest etiam ex altero illo codice ms. Cæsareo, qui inter *codices mss. philosophicos et philologicos Græcos* sexagesimus primus olim fuit. In eo enim præter *Maximi Planudis epistolas centum viginti duas*, *Comparationem veris et hiemis* et *Orationem in sanctum martyrem Diomedem* exstat quoque ejusdem Planudis supra dicta *Oratio in sanctos apostolos Petrum et Paulum* quæ inscribitur ita atque incipit hoc modo : Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους καὶ πανεύφημους κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, etc. Eadem exstat inter mss. codices Bodleianæ Bibliothecæ codice 44, num. 3, p. 304. Oudin.

(*i*) Lege pro Θεοσήμον, in Casaubonianis, p. 53.

Digitized by Google

17. *Vita Arsenii patriarchæ CPol.* a Nic. Comneno, pag. 74.

18. *Tria epigrammata historica in templum S. Andreæ* confessoris imaginum a Theodora Augusta instauratum, quæ Græce edidit Cangius ad Zonaram, p. 35 seq., et emendavit J. Boivinus notis ad Nicephorum Gregoram, p. 854. De templo illo idem Cangius, lib. IV *CPolis Christianæ*, p. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani et Martyrii.* Cangius ad Zonaram, pag. 44. (*Fabr.*) Versus varii et precatiuncula, Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 6. — Monac. in cod. Bavar. 49. Versus, hymnum habentes secundi adventus: In Christum; in supplicium, et in omnes SS.; tum versus 21, in humanum quemdam nobilem elegiaci; dein versus in crucem, quam tulit, et in refixionem atque in S. Mariam; porro versus heroico-elegiaci in portam monasterii; alii versus; denique versus sex in Annuntiationem angelicam, totidem in Resurrectionem et quatuor in S. Constantinum. Plurima illa brevia carmina Gr. edidit cel. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1803, part. VI, p. 38, 45 seq. — Matritii in cod. regio 72, Laus Ptolemæi geographi, versus heroici 47, quos et seq. tristichon hexam. in eumd. Gr. publicavit Iriart. in Cat. codd. Græc. Matrit. p. 265, ibid. carm. in nobilem, etc. Florentiæ in cod. Laurent. 7, n. 13, plut. 55. Sententiæ et epigrammata externorum sapientum, ex iis quæ collecta sunt a Max. Planude, cum scholiis et glossis interlinear. de quo multus est Bandin. l. c. II, p. 256. — Ibid. p. 368 seq. Epigrammata duo moralia, n. 7, cod. 24, plut. 57; — n. 14, Tetrastichon elegiacum in novercam; — n. 15, Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, versibus heroicis 20 conscripta, — n. 16 et 17, ejusd. forte Planudis duo Epigrammata iambica anepigrapha, alterum versibus 12, alterum versibus 13. — Versus heroici in Geographiam Ptolemæi, in cod. Coislin. 355. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 520. Idem et alii in cod. Monac. Bavar. C. V. Hardt l. c. a. 1804, part. 6, p. 29, ubi adnotat, illos versus falso attribui Manueli Moschopulo, et Gr. prodiisse in Iriart. Cat. (l. c.), tres autem ultimos etiam in ed. Basileensi. (*Harl.*)

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hierosolymis.* Meminit Gesnerus in bibl.

21. *Epistolæ* 122 mss. in bibl. Cæsarea, una cum ejus homiliis supra memoratis in Petrum et Paulum apostolos, martyremque Diomedem. Vide Lambecium IV, p. 56; Nesselium IV, p. 138. (*Fabr.*) Lambec. IV, p. 122, 124, ed. Kollar. ubi cod. quemdam, qui in bibl. Vindob. custoditur, laudat, et in nota: « Prima, inquit, illarum centum viginti duarum Epistolarum scripta est ad imp. Joannem Palæologum, imp. Andronici Junioris filium, qui cœpit imperare ann. 1347, et ann. 1384 obiit; secunda autem ad Manuelem, fratrem memorati Joannis natu minorem. » — Id. in vol. VII, p. 524, n. 3, cod. 123, in quo exstat Planudis Epistola, cujus principium est: Ἐρήμην ποτὲ καταδικασθείς. (V. n. 35) — Eleuchum s. Indicem Epistolarum Planudis, centum et viginti, uti in codice Cæsareo exhibetur, Dorville in *Miscellan.* observat. in auctores, etc., vol. II. tom. III, Amstel. 1733, 8, p. 448 seq. edidit, et p. 446 seq. ex illo cod. epistolam quintam et octogesimam Planudis ad Manuelem Philen, Græce cum Lat. versione evulgavit. — Monaci, in cod. Bavar. 50, sunt 118 epistolæ ad diversos: sed si versus s. carmina inserta, et a me ad n. 19 relata, etiam epistolæ habentur, 122 epistolæ numerari possunt. Singularum vero epistolarum initium et finem, et nomina eorum, ad quos scriptæ sunt, nisi nomen exesum est, uberius reposuit Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1803, part. VI, p. 27-45. — Matriti in cod. Reg. 72, 114 seq. undecim Planudis epistolæ, quas recenset Iriarte in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 260. — Taurini in bibl. reg. cod. 351 viginti Planudæ epistolæ. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 482. — Florent. in cod. bibl. Laurent. 16, n. 16, plut. 32, ex Planudæ epistolis excerpta; in cod. 3, n. 22, plut. 56, epistolæ 23, n. a nona usque ad tricesimam primam; in cod. 22, n. 1, plut. 56, in quo sunt 121 epistolæ V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 142, 299, in primis p. 320 seq., ubi ille primum initia singularum, servato ordine, quo positæ sunt in isto cod. dein per alphabetum digesta principia exhibuit. — Ibid. in cod. 30, n. 6, plut. 59, Planudis epistola ad Philanthropenum, quæ est serie Epistolarum in cod. memor. 22, ordine 48 et anepigrapha. V. Bandin. l. c. p. 551. (*Harl.*)

22. *Comparatio hiemis et veris* in eodem codice Cæsareo. (*Fabr.*) *Monac.* in cod. Bavar. 50. V. Hardt, l. c. a. 1803, part. VI, p. 47. — Florentiæ in cod. Laurent. 22, n. 5, plut. 56, *Laudatio hiemis.* Inc. Οἶμαι καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοήν. V. Bandin. l. c. II, p. 327. — *Hiemis et veris comparatio*, Paris. in bibl. publ. codd. 1187, n. 3; 1638, n. 7; 3010, n. 23, et sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 925 *E*, in cod. Colbert. (*Harl.*)

23. De Planudis *Grammatica*, *Dialogo de quæstionibus grammaticis*, qui inscribitur *Neophron et Palætimus*, nec non de *Syntaxi* dictum a me est volum. VI, p. 348 [ibique not.]. *Epimerismata* ejus memorat Gesneri bibl. (*Fabr.*) Adde in not. memor. citatis codd. Matriti in cod. Reg. 99, Planudæ Dialogus de Grammatica, qui inscribitur *Neophron et Palætimus.* — Ejusd. de syntaxi octo partium orationis, et de syntaxi verborum transitivorum et intransitivorum. — Ibid. in cod. 95, Planudæ de verborum syntaxi, de transitivis et intransitivis, ordine alphabetico; tum de syntaxeos speciebus, quæ syntaxis ex integro nisto, s. Grammatica (quæ etiam exstat Florent. in bibl. monasterii bibl. Mariæ Benedictinorum, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 416 *B.* et in Palæogr. gr. p. 70), excerpta videtur: quos codd. plenius recenset Iriarte in cat. codd. Gr. Matrit. p. 387. seq. (ubi quoque alios codd. in aliis bibliothecis asservatos laudat), p. 391 et p. 371 seq. — Venetiis in cod. Naniano 504, de verborum syntaxi, de transitivis et intransitivis, etc. V. cat. codd. Gr. Nan. p. 509 seq., n. 5, 6, 7. — Secundum Montfauc.

Digitized by Google

Bibl. biblioth. mss. p. 6 *A*, p. 7 *C*, p. 8 *C*, p. 35 *A*, p. 91 *A*. ter. Romæ in codd. bibl. Vaticanæ Max. Plan. de grammatica græca, de syntaxi, etc. — ib. p. 501 *B*. Mediolani in bibl. Ambros. (v. supra ad n. 3.) — ibid. p. 1200 *B*. in bibl. *Guil. Pelliserii*, de syntaxi. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 10, n. 13. plut. 81, inter codd. Gaddianos ex Technologia Planud. excerpta : inc. 'Εντέτηκεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθηται· v. Bandini cat. codd. Gr. Laur. II, col. 429 seq. — In cod. *Coislin.* 192, quædam ex Max. Planude, et ejusd. Quæstiones grammaticæ, s. dialogus Neophr. et Palætimi. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 245. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 24, n. 12, plut. 57, Planudis *Epimerismata* (ἐπιμερισμοὶ), opus valde longum, cujus inscriptio arcanis litteris est exarata : inc. Φοινίκη ἡ Συρία, καὶ Φοίνιξ ὁ Σύρος, καὶ φοίνιξ δένδρον, καὶ φοίνιξ τὸ μοναδικὸν ὄρνεον· vid. Bandin. cat. codd. Gr. Laur. II, p. 368. (*Harl.*)

24 *De vita Æsopi fabulisque Æsopicis*, Maximi Planudis stilo digestis, dixi lib. II, cap. 9. §. 2, et 5. (*Fabr.*) (Vol. I, p. 619 seq. et 624. sqq.) (*a*) Æsopi vita et fabulæ per *Max. Planudem*, *Mediolani* in bibl. Ambros. V. Montfauc. Diar. ital. p. 16. — Paris. in bibl. publ. codd. 1773, n. 23 ; 2899, n. 1 ; 2899. 2909 et seq. Æsopi vita. (*Harl.*)

25. *Anthologia epigrammatum Græcorum* a Planude recensita. Nemini enim persuadebit Jo. Harduinus, quod pag. 495 Opp. select. illum, scribit, *non repurgatorem tantum, ut vulgo habetur, sed verius auctorem esse anthologiæ*. Auctor tamen lemmatum, quæ epigrammatibus præfixa sunt, habetur, notantibus Huetio pag. 34, et Fabricio, qui etiam de titulo ἀνθολογίας citat *Benedicti Averanii* diss. I, tom. I Opp. et in ejus laudem diss. 21. Cephalæ autem anthologiæ novam induit formam, ita, ut illam, Agathiæ exemplo, in septem libros distribueret, neque tamen eadem, quæ Agathias, in quodque referret volumen. Multa enim omisit carmina, et quam plurima obsceniora vel resecuit, vel interpolavit. Atque schol. Græc. libro VII præmissum : Ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα, τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια, τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησὶν ὁ Πλανούδης. Fulvius autem Ursinus in suo codice adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτίου (*a*). Planudes vero, quod obscena resecuit, id bene ac prudenter egit, nec ea iterare et quasi ecommendare personam monachi decuit. Enimvero cum neque historicus, neque poeta bonus esset, haud debuerat interpolare, multo minus, multa Meleagri Philippique proscribens obscena, ex recentiore tamen ævo Silentiarii, Macedonii aliorumque nihilo illis castiora recipere. Id igitur fecit, ut multa relinqueret, alia resecaret, non tam pudoris, quam compendii ratione ductus, Cephalæque volumen ad minorem redacturus molem. Alioquin non omisisset permulta, eaque pudica epigrammata dedicatoria. Illius quidem itidemque monachorum causam strenue defendit Vavassor ; attamen eum non absolvit. Conf. Brunck. præfat. pag. 4 sq. Quæstio autem atque illius examen, num et quatenus carmina veterum flagitiosa typis evulgare liceat, ad nostrum non pertinet studium ; et multi in hanc palæstram descenderunt. Vid. quæ Reiske et Klotz. in præfat. suis disputarunt, aliorumque attulerunt judicia. Ista a Planude compilata Anthologia per plura sæcula litterarum typis sola erat vulgata.

26. *Scholia ad libros priores duos arithmeticæ Diophanti* (*b*). Maximi Planudis scholia in arithmeticam

(*a*) Maximum Planudem partim ex mendaciis quæ ipse excogitarit, partim ex fabulosis Arabum traditionibus Æsopi vitam consarcinasse, judicat de la Croze in Thesauro epistol. Lacroziano, tom. III, pag. 153, in epistola quadam ad Jablonskium : qui in responsione (tom. II Thesauri, p. 170 sq.) non solum probat Crozii sententiam, sed addit quoque, se deprehendisse sæpius, Planudem ea quæ in vitis philosophorum de aliis relata legisset, more eorum qui fabulas romanenses contexunt, ad heroem suum transtulisse. Apophthegmata igitur, quæ Planudes Æsopo adfinxit, itemque narrationes de βραδυγλωττίᾳ Æsopi aliasque uberius docet, non multum abhorrere ab iis quæ veteres de Demosthene, Biante aliisque commemorarunt, et Planudem plura deprompsisse e Plutarchi convivio VII sapientum, quia illic Æsopus interloquens introducatur. Harl. *tom. I Biblioth.*

(*b*) Diophantus, Alexandrinus, licet ab aliis ante Christum natum vixisse (a), ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora attigisse tradatur, tamen quando vixerit, incertum reliquit ; nullius enim scriptoris, nullius rei meminit, e quo tempus, quod ingenio suo illustravit, colligere possis. Annos natum fuisse 84, cum diem obiret, ex hocce gripho ejus epitaphii cognoscitur, quod ex anthologia inedita promit Bachetus in Notis ad lib. V, pag. 270 :

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὦ μέγα θαῦμα,
Καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.
Ἕκτην κουρίζειν βιότου θεὸς ὤπασε μοῖραν,
Δωδεκάτῃ δ' ἐπιθεὶς μῆλα πόρεν χλοάειν.
Τῇ δ' ἀρ' ἐπ' ἑβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἥψατο φέγγος.
Ἐκ δὲ γάμων πέμπτῳ παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.
Αἰ, αἰ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
Τοῦ δὲ καὶ ἡ κρυερὴ μέτρον ἐλὼν βιότου.
Πένθος δ' αὖ πισύρεσσι παρηγορέων ἐνιαυτοῖς,
Τῇ δὲ πόσου σοφίῃ τέρμ' ἐπόρησε βίου.

Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vitæ
Illius mira denotat arte tibi.
Egit sextantem (b) *juvenis, lanugine malas*
Vestire hinc cœpit parte duodecima (c).
Septante (d) *uxori post hæc sociatur, et anno*
Formosus quinto (e) *nascitur inde puer.*
Semissem (f) *ætatis postquam attigit ille paternæ,*
Infelix subita morte peremptus obit.
Quattuor (g) *æstates genitor lugere superstes*
Cogitur, hinc annos illius assequere.

Fuisse videtur idem Diophantus, in cujus Ἀστρο-

(a) Vide Voss. *De Scient. math.* pag. 27, 341, 432, 464.
(b) 14 annos.
(c) 7. —
(d) 12. —
(e) 5 annos.
(f) 42. —
(g) 4. —
Summa 84. —

Digitized by Google

Diophanti et alia quædam, Romæ, in bibl. Vaticana. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 *A.* — Ibid. p. 28 *D*, Diophant. *Arithmetica :* in cujus calce quædam ex Max. Planude adjunguntur: Romæ, ibid. in cod. reginæ Sueciæ, n. 651. — Ibid., p. 619 *D*, Dioph. *Arithmet.* cum expositione Planudis, in pluribus codd. bibl. Scorial. Regis Hispan. — Ibid. p. 650 *D*, in bibl. Bodlei. n. 720, Max. Planudis Arithmetica. (*Harl.*)

νομικὸν κανόνα scripserat olim (Suida teste) Hypatia, Theonis Alexandrini filia. Pythagoræ et Euclidi jungitur a Joanne Hierosolymitano in vita Joannis Damasceni, cap. 11, ubi Damascenum et Cosmam affirmat ita in arithmeticis profecisse, ut Pythagoras et Diophantus, in geometricis ut Euclides ; Ἀναλογίας δὲ ἀριθμητικὰς οὕτως ἐξήσκησας εὐσυνῶς, ὡς Πυθαγόραι καὶ Διόφαντοι. (*Fabric.*)— Fabricius secutus esse videtur Bachetum. Hambergerus, in *Zuverläss. Nachricht.* tom. II, pag. 335, ejus ætatem cum aliis collocat in an. Chr. circ. 160, sub imperatoribus Antoninis. At multo seriori ævo, n. Juliani imper. circa a. Chr. 362, alligat eum Saxius in *Onomastico*, etc. I, pag. 417, ubi, « Themistii ætate, inquit, adeoque principe Juliano, floruisse, ex Gregorii Abulpharaii *Historia dynastiarum* verisimiliter demonstravit ampliss. Gerard Meermannus, in Præfat. *Speciminis calculi fluxionalis*, Lugd. Batav. 1742, 4 (X, 3 sq.), et doct. Montucla in *Historia mathes.* Paris. 1758, 4, tom. I, part. I, lib. V, §. 6, pag. 315. » — Fabricium exscripsit *Heilbronner* in *Historia mathes. universæ*, pag. 338 sqq. Adde Scheibelii *Einleitung zur mathematischen Bücher-Kenntniss*, part. XI, pag. 326. (*Harl.*)

X editi sunt e libris XIII quos scripserat ad Dionysium, nescio quem (Τιμιώτατον Diophantus appellat), et quos in Vaticana mss. asservari jam pridem testatus est Joannes Regiomontanus, Præf. in Alterganum, problematum *Arithmeticorum libri VI*, et *De numeris* polygonis sive *multangulis liber I* (a). Mira subtilitate excogitatas quæstiones subtilius resolvit nova ratione analytica, quam ipse ante se ignoratam profitetur, recentiores a Gebro Arabe *Algebraicam* appellant et Arabibus tanquam inventoribus falso tribuunt, cum hi illam utique a Græcis, ut alia pleraque, acceperint (b). Libro sexto arithmeticas suas speculationes etiam ad geometriam applicare incipit exemplo Euclidis, quem præter rem eo nomine reprehenderunt viri doctissimi (c). Libri V quæstio 23, metro sive epigrammate octasticho continetur, unde Bachetus ansam illo loco sumpsit ex inedita Anthologia XLV, ejusmodi griphos arithmeticos producendi atque interpretandi, ut notavi supra lib. III, cap. 32, § 6 [vol. IV, pag. 452]. Ubi etiam feci mentionem LXI Epigrammatum Græcorum, ænigmata jucunda arithmetica continentium, quæ composuit cumque versione et enodatione sua edidit et Otii Sorani titulo proscripsit Joannes Laurenbergius, Hafniæ 1640, 4. Bachetus in notis ad Diophantum, pag. 196, illustrat etiam griphum arithmeticum Latini epigrammatis, obvii in collectione veterum poematum Pithœana, quod incipit :

Ut tot emantur aves, bis denis utere nummis, etc. Vide et Anthologiam epigrammatum Græcorum, lib. I, cap. 46, f. 97 sq., ac Maximi monachi (Planudæ) Scholia Græca, ante H. Stephani Adnotationes excusa in edit. Wechel.

Diophanti libri sex cum scholiis Græcis Maximi Planudæ in duos primores libros, atque liber Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis codd. et Latine versi a Josepho Auria fuere in bibliotheca Caroli de Montchall, teste Labbeo in *Bibl. nova mss.* p. 191. Post Auriam, cujus versio adhuc inedita delitescit, eosdem Diophanti septem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, et de numeris multangulis, Latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudeque scholia et sua ipsius perdocta commentaria adjunxit Guilelmus Xylander, Basil. 1575, fol. (d). Hinc præcipua laus est Claudii Casparis Bacheti (e) Meziriaci Sebusiani, qui nova versione et luculentis commentariis explicatum Diophantum (præmissis tribus suis porismatum libris et subjecta de polygonis numeris appendice), Græce et Latine vulgavit Paris. 1621, fol. (f), Xylandri observationes plerumque

(a) *Du Perron*, Pater purpuratus, Meziriaco affirmavit, se quoque habuisse cod. qui 13 libros Diophanti continuisset ; se illum cod. communicasse cum Guil. Gosselino, novam edit. cum commentario paraturo : illo vero pestilentiæ atrocitate abrepto, periisse codicem, nec repertum fuisse. (*Harl.*)

(b) Diophanti lib. *De algebra* interpretatum esse *Mohammed Ebn Yhaya Ebn Io Wapha Albuziani*, ex Abulphar. observat Heilbronner l. c. pag. 473 (*Harl.*)

(c) Villoison, in *Anecd. Græc.* tom II, p. 153 sqq. animadvertit, anonymum auctorem dissertat. mathematico-criticæ de numeralium notarum minusculariumque origine, in tomo XLVIII, *Raccolta d'Opusco i scientifici e filologici*, pag. 21—110, plurimis comprobare exemplis, minusculas numerorum notas, quas Arabicas immerito vocamus, Romanis innotuisse ; et illum auctorem pag. 70 affirmare Diophantum Alexandrinum, qui medio fere sæculo secundo algebram instituisse a plurimis putetur, illarum notarum non penitus fuisse ignarum. Plura ex illa dissert. scite excerpit cl. Villoison. (*Harl.*)

(d) Conf. cel. Kæstneri *Geschichte der Mathemat.* part. I, pag. 184—197, ubi multa is docte disserit de Xylandri labore et ipso Diophanto ; et pag. 195 memorat, in *Les œuvres mathématiques de Simon Stevin, par Albert Girard*, Leidæ 1634, fol. reperiri, pag. 102 sqq. *Les six livres de Diophante*, quatuor priores esse a Stevino ; duo posteriores a Girardo ex versione Xylandri in linguam Franco-Gallicam translatos. (*Harl.*)

(e) Qui non capiuntur libris studiisque, nisi quæ sunt πρὸς τὰ ὄλφιτα, iis utique sordebit Diophantus, sordebunt virorum doctorum in eum labores, quantumvis ingeniosissimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto, amicis quibusdam comitantibus et opus tanquam utilissimum extollentibus, Diophantum sibi offerente, rogare non dubitavit *s'il ferait amender le pain ?* Bælius, *Dictionar. historico*, tom. III, pag. 3152, ex Malherbii Vita.

(f) Per errorem Kœnig, in *biblioth.*, pag. 252, scripsit, editionem illam in lucem emissam esse a. 1613 ; et Vossius, *De scient. mathem.* erravit in nota anni 1623, ut bene observavit Bayle in *Diction.* voc. *Meziriac*, tom III, p. 386 sqq. not. B, in qua et seq. nota *C* de Meziriaci meritis in Diophantum multus est. Adde (*De Sallengre*) *Mémoires de littérature*, Hagæ Com. 1715, 8, tom. I, ubi pag. 76-86 edit. Bacheti Meziriaci copiose recensetur, et de Diophanto ejusque ætate atque interpretibus fuse disputatur. (*Harl.*)

Digitized by Google

27. Ψηφοφορία κατ' Ἰνδούς, ἡ λεγομένη μεγάλη. *Calculatoria secundum Indos, magna appellata*, ms. in bibl. Vaticana, et teste Cangio in bibl. regis Gall. cod. 1304 (*k*). Primum fuisse Planudem e Græcis, qui zifris usus Indicis sive Arabicis in numerando fuerit, notat Papebrochius, in Tractatu præliminari ad tom. III, *Act. SS.* Maii pag. LVI, ex Athanasii Kircheri Arithmologia, Romæ anno 1665 edita, part. I, c. ult. et Stephanus le Moyne, Notis ad varia sacra, p. 797. (*Fabr.*) Villoison, qui l. c. p. 152 sqq multus est de origine et antiquitate notarum illarum, variorumque diversa recenset examinatque judicia, negat, minusculas nostras numerales notas, vulgo *cifras Arabicas*, a Persis primum, seu ab Indis ad Arabes, ab istis ad Africæ Mauros, ab hisce demum ad Hispanos et deinceps ad universam Europam transmigrasse; contra evincere studet, jam Romanos suis haud carnisse notis numeralibus minusculis et cursivis, et ab his nostras, quæ immerito vocentur Arabicæ, ita derivatas esse ut ab non asspernatus, scholiasten vero Græcum nil fere nisi futilia et a Diophanti sensu prorsus aliena effutire observans. Non prætereundum, quod ad lib. II, quæst. 28, notat, sibi videri, sciolum quempiam e tredecim libris Diophanti eas quæ sibi viderentur, in unum colligentem quæstiones, eos quos habemus, sex arithmeticorum libros consarcinasse. Verum hæc conjectura parum mihi quidem videtur verisimilis. Cæterum Bacheti observationes versionemque servatæ sunt in editione Græco-Latina, quæ prodiit Tolosæ 1670 fol., adjunctas habens notas quasdam breves ac subtiles et ingeniosas D. Pauli de Fermat, senatoris Tolosani, præfixo ejusdem inventu novo doctrinæ analyticæ, quod ex epistolis ejus, ad se scriptis, collegit Jacobus de Billy, S. I. cujus Diophantus redivivus prodiit Lugd. 1670, 8, post vulgatum Paris. 1660. 4; librum, quo rationibus Euclideis enodare problemata geometrica instituit, quæ Diophantus algebraicis resolverat. Inedita Joannis Pellii, Britanni, in theseos in gymnasio Bredano professoris, commentaria vehementer laudat Vossius, *De scientiis math.*, pag. 37. Conferre etiam juvabit Bacheti ejusdem, quem jam dixi, librum, Gallice vulgatum, cui titulus *Problèmes plaisans et delectables qui se font par les nombres*. Lugd. 1612, 8. Caroli Renaldini, patricii Anconitani, algebram veterem Diophanteam, sive numerosam, Anconæ 1644, 4. Raphaelis Bombelli (a) algebram, Italico sermone editam Bononiæ 1567, 4, qui sua problemata Diophanteis admiscuit (b); et Guil. Oughtredi, Etonensis collegii regal. Cantabrig. socii, Opuscula mathematica, Oxon. 1677, 8, in quibus libri tres primores Diophanti algebraico more solvuntur. De ingeniosissimi Ozanami Diophanto vide Joannis Wallisi Opera, tom. III, pag. 681 sq. Diophantum editum esse ab Ism. Bullialdo, legi in Koenigii (c) biblioth. et Hendreicnii Pandectis Brandeb. Sed nunquam vidi neque alius quisquam ut puto. Quanquam exstat opus Bullialdi subtilissimum, a Diophanti argumento haud abludens, de arithmetica infinitorum libris VI. Paris. 1682 fol.

Harmonica Diophanti, quæ Gesnerus et alii memorant, intellige de harmonicis numeris, non de scripto quodam musici argumenti.

(*k*) Secundum catal. mss. Regg. Paris. vol. II, in codd. 2381, n. 1, 2382 et 2509, n. 6, Max. Planudæ calculatoria, secundum Indos, magna appellata; in cod. 2428, n. 6, Max. Planudæ et Nicolai Smyrnæi, Artabasdi Rhabdæ, Opusculum commune arithmeticum, de ratione numerandi apud Indos usurpata, sive de numerorum Arabicorum usu; opus ineditum. — Planudæ Calculatoria, etc., Monac. in cod. Bavar. 104, fin. V. Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1804, part. VII, pag. 10; et part. VI, p. 28 sq. in cod. 100, Plan. 1) Calculatoria; inc. Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι· 2) De subtractione aut ejectione numerorum; alia methodus probationis, ex additione Nicolai Rhabdæ et de multiplicato. Atque tria adhuc contineri in ipsius calculatoria, colligit ex eo, quod finitis his omnibus legitur: Τέλος ψηφοφορίας τοῦ Πλανούδη· idemque ex his ipsis se perspexisse profitetur, Planudem zifris Arabicis in numerando usum esse, sic: Λέγω 10 et 1. ἀφαιρῶ ἀπὸ τῶν 11, κ. τ. λ. — Plan. et Nic. Rhabdæ phrasis artis magnæ computandi apud Indos, in cod. Escor. teste Plüer. in *Itiner. per Hisp.* p. 181. — Romæ, in bibl. Vaticanæ cod. Ottobon. anonymi Ψηφηγορία κατ' Ἰνδούς, ἡ λεγομένη μεγάλη· init. Εἴπωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ψήφων τῆς ἀστρονομίας, etc. Plura v. in Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 187 C. Sed auctorem illius operis esse Planudem, patet ex cod. Marc. Venet. 303, qui eamdem habet inscriptionem idemque initium: de quo et altero cod. Marc. 323 curatius, quam confector catal. codd. Gr. Marc. pag. 143 et 148 fecerat, disserit cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat. tom. I, qui de priore cod. p. 185: « Est, ait, uberior tractatio hæc, quam alia Planudi nomine inscripta, in cod. 323 exarata, et non pauca ad astronomicas potissimum supputationes utilia præterea continet, iisdem licet doctrinis ac interdum iisdem quoque verbis adhibitis. Differentiam non animadvertit Villoison., qui de codice utroque scripsit, ac si unum idemque opus inesset; et numerorum figuras ære expressas ex utroque dedit *Anecdot.* tom. II, pag. 153. » — De posteriore cod. qui incipit, Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι, ἐπεὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἔχει τὸ ἄπειρον, pag. 204: « Operis, inquit, titulum ac initium post Kirchernm corruptis verbis dedere Steph. le Moyne (jam citatus a Fabricio,) et Papebrochius, tom III, p. LIX, Maii Bolland. ed. Venetæ. Utrumque accuratissime ex cod. hoc Villoison. exhibet *Anecd.* tom. II, pag. 153, cum figg. ipsis numerorum, parum admodum differentibus ab iis quas Heilbronner habet *Histor. mathescos* p. 739. Ad opus Planudis hoc ipso codice, a se a 1788 inspecto, exaratum provocat Joann. Andres, in epistolis tom. III, pag. 63, ut numerorum notas, quibus utimur, ab Arabibus ad nostrates derivasse tueatur: qua de re multa his etiam temporibus disputata sunt. » Hactenus cl. Morell. Andres autem laudatus paulo uberius de illo codice et numerorum notis in epistola 3, in qua multa notatu digna de bibliotheca Marciana narrat fratri suo, disserit in libro docto: *Don Juan Andres Reise durch verschiedene Städte Italiens*, in den Jahren 1785 bis 1788, in vertrauten Briefen an seinen Brüder Don Carlos Andres. Aus dem Spanischen übersetzt von E. A. Schmidt, tom. II, Weimar 1792, 8, p. 42 sq. (*Harl.*)

(a) De hujus et Franc. Vietæ opera vid. Mezir. et Sallengre, *Mem.* l. c. pag. 83. (*Harl.*)

(b) Add. *I problemi di Diofanto Alessandrino, tradotti in Italiano e analiticamente dimostrati*, in tom. II, *Elementi di fisica* del P. Giovanni Crivelli Somasco, Venezia, nella Stamperia Baglioni, 1744, 4. Vid. Paitoni *Biblioth. degli autori volgarizzati*, tom I, pag. 292. (*Harl.*)

(c) Kœnigii errorem notavit Bayle l. c. pag. 387, not. B. (*Harl.*)

Digitized by Google

antiquo cursivo charactere minusculo ille defluxisset, qui Longobardicus vulgo dicitur. Sed uberior illius quæstionis investigatio longe abest ab instituto nostro : et præstat, quosdam libros, ex quibus cupidus illius rei plura haurire possit, tantum paucis commemorare. Haud inutiliter igitur conferri possunt Christi Guil. Büttneri, prof. quondam Gottingensis, *Vergleichungs-Tafeln der Schriftarten verschiedener Völker*, etc., part. I, Gottingæ et Gothæ 1771, 4, tab. II, ejusque *Brevis expositio alphabetorum omnium populorum et affinitatum, quibus illa inter se conjuncta sunt*, §. 2, in Nov. Commentar. Societatis Regiæ scientiarum Gottingensis, tom. VII, Gottingæ 1777, 4, p. 109; et Heilbronner, a Morellio jam laudatus, qui p. 741 vulgarem sententiam, Europæos accepisse characteres Indicos ab Hispanis, hos a Mauris, et hos ab Arabibus, hos autem non ipsos, sed Indos figuralem numerandi rationem excogitasse, et alia a Wallisio prolata, nec non contrarias sententias Wallisii ac Jo. Frid. Weidleri, qui in Dissert. de charact. numerorum vulgaribus et eorum ætatibus, Viteberg. 1727, arbitratur characteres numerorum, Arabicis similes, jam Boethio, a. Chr. 524 mortuo (adeoque ante Planudem), fuisse cognitos, aliorumque uberius refert. Sed illorum aliorumque opiniones copiose recitantur et partim oppugnantur in opere inscripto : *Neues Lehrgebäude der Diplomatik, welches in Frankreich von einigen Benedictinern — verfertiget worden. Aus dem Französischen übersetzt*, tom. V. Erfurt 1767, 4, lib. II, cap. 4, sect. 9, artic. 2, p. 76 sqq. Add. Jo. Christoph. Gatterer's *Abriss der Diplomatik*. Götting. 1798, 8, pag. 29 sqq. (*Harl.*)

28. *Problematum Volumen*, memorat Gesnerus in bibl. e Volaterrano.

29. *Commentarios in Rhetoricam Hermogenis*. Id. Planudis ad Hermogenem de statibus mss. in bibl. Caesarea, ad calcem Joannis Siculi ad Hermogenem περὶ ἰδεῶν. (*Fabr.*) Planudis scholia in Hermogenem, Mediolani in bibl. Ambros. *V.* Montfauc. *Bibl. blioth. mss.* p. 501 *B.* — Rhetoricæ prolegomena inedita, Paris. in bibl. publ. cod. 2920, n. 1; in quo etiam sunt, n. 3, Hermogenis *Ars rhetorica, de partitione statuum et quæstionum oratoriarum*, adjunctis prolegomenis atque commentariis; n. 4, ejusd. *De formis oratoriis* libri IV, adjunctis prolegom. et commentariis. — Plan. Rhetorices prolegomena et Hermogenis libri, Taurini, in cod. Reg. 77. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 171. — An huc etiam pertinent aut ad scripta grammatic. Plan. *Notationes variæ?* Mss. exstant Romæ in bibl. Vatic. V. *Montfauc. Bibl. biblioth. mss.*, p. 187 *C.* (*Harl.*)

30. *In Theophrasti Characteres* Gesnerus.

31. *Eclogam, quomodo appellentur animalia tum terrestria, tum aquatilia*. Id.

32. *Figuras de sole et luna*. Id.

33. Διάγνωσιν ὑελίων τοῦ οὔρου. *De colorum in urinis cognitione, et de sanguine phlebotomiæ*, carmine politico ex codice Regio 957, usus est Cangius in *Glossario Græco*. Exstat etiam in bibl. Caesarea. Lambec. V, pag. 218. (*Fabr.*) Sive pag. 450, Kollar. n. 9. cod. 269 hic. Τῶν ἀσθενῶν ὑέλια μάθε τρισκαίδεκα. Hoc autem carmen in codd. Cæsar. 20, n. 2, 42, n. 2, et 40, n. 5, et alibi tribuitur Nicephoro Blemmidæ. *V.* Lambec. VI, part. II, p. 250, 355 et 359, n. 2. Add. supra ad vol. VII, pag. 672 seq. infra vol. XII, n. 779, et Indic. ad nostram bibl. Gr. voc. *Nicephorus Blemmidas*. — Planudæ tamen ascribibitur prius carmen et vocatur De urinis omnium morborum humanorum, Monac. in codd. Bavar. 70, et 72, addito de sanguine phlebotomiæ. Inscr. *De coloribus urinæ in omnibus hominum morbis*. *V.* Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1804, part. IV, pag. 25 et 35. — Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossian. Planudis aliquid de urinis. *V.* Cat. bibl. Leid. p. 402, n. 18; in Cat. autem mss. Angl. II, n. 2301, inter codd. Vossian. inscribitur : *Max. Plan. prognostica de urinis*. — Dijudicatio vitrearum urinarum et de coloribus ac sedimentis earumdem, in catal. mss. Zenonis Pistoriens. *V.* Lamii *Delicias erudit.* ann. 1743, p. 107. — Mosquæ in cod. synod. 349, n. 57. Plan. Περὶ πάντων τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας. Init. Μάθε καὶ τὰ αἵματα. *V.* Matthæi not. cit. p. 259. (Harl.)

34. *Aristotelem de Plantis* ex lingua Punica (imo ex Latino, interprete (*b*) Galli, nescio cujus, qui ex Arabico verterat) in Græcam retraxisse Planudem, notat Simlerus.

35. *Ænigma* ms. in bibl. Cæsarea, incip. ἐρήμην πότε δικασθείς, (*Fabr.*) in cod. 296, n. 5. *V.* Lambec. V, p. 544, Koll. add. ad n. 21. (*Harl.*)

36. *Adagiorum Centuriæ tres*, sæpe a Nic. Comneno citantur.

37. *Additiones ad bibliothecam Photii*; id. p. 16, 21, etc.

38. *Philologia de historia Dictys et Troico bello*; id. p. 587, prænot. mystagog.

[Βασιλικὸς, in cod. Mosquensi synod. 302, n. 81. Inc. Πολλάκις μοι λογίσασθαι. Vid. *Matthæi* Notit. cit. p. 199. — Ibid. p. 252, in cod. 394, n. 14, incip. opusc. quoddam Planudæ, Ἐρωτητέον πρότερον. (*Harl.*)]

[Τεχνολογίαι καὶ μερισμοί. — *Technologiæ et particulares quædam expositiones in Philostrati imagines*. Incip. Τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖν, etc. Florent. in cod. Laurent. 7, n. 6, plut. 55, sine nomine quidem auctoris; quod tamen adnotante *Bandin.* in Cat. cit. II p. 246, Fabric. (supra, vol. V, p. 550, § 5) Max. Planudæ attribuere videtur.— Ibid. in cod. cod. n. 8, Philostrati Heroica, translata ab Italorum dialecto

(*a*) Atqui Ursinus videtur anthologiam Cephalæ respicere, et ex his Ursini verbis colligere licet, ipsum illum codicem Palatinum fuisse antea Angeli Collotii.

(*b*) Vide, quæ notavi lib. III, cap. 5, § 19 [vol. III, p. 244].

Digitized by Google

in Græcam linguam a Max. Planude, in dialogi formam ; interloquuntur autem Vinitor et Phœnix, cum scholiis quibusdam et glossis interlinearibus. V. Bandin. l. c. p. 247, et supra vol. V, p. 543, et p. 546 seq. et 549 seq. de editt. Venet. ap. Ald. 1503, 1522. Florent. ap. Juntas ; Ven. 1550, 8, ubi et in ed. Morell. p. 631-729, atque in ed. Olear. p. 660 sqq. ille dialogus prodiit. — Romæ in bibl. Vaticanæ cod. Planud. in Philostratum. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 8 C. (*Harl.*)]

[*Excerpta e Theonis enarratione in Arati Phænomena, digesta a Max. Planude, Florent.* in cod. Laurent. 44, n. 5, plut. 28. V. Bandin. in Cat. cit. II, p. 67, qui adnotat, eadem esse cum scholiis ad Arati phænomena, auctoris nomine destitutis, in cod. Laur. 37, n. 4, plut. 28, ap. Bandin. l. c. p. 63. *Harl.*]

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΣΩΜΟΝ ΤΑΦΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΡΗΝΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI ERUDITISSIMIQUE VIRI

MAXIMI PLANUDÆ

ORATIO

IN CORPORIS DOMINI DEI NOSTRI JESU CHRISTI SEPULTURAM ET IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ AC DOMINÆ NOSTRÆ LAMENTATIONEM.

(Prodiit Græce Parisiis ap. Andr. Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellovaco, anno salutis 1553; Latine in Bibl. PP. Lugdun. tom. XXVII, ex interpretatione Joachimi Axonii, Graviani. — In margine exemplaris quo utimur manu editioni Wechelii coæva legitur : *Hanc concionem habuit Planudes Byzantii, quæ nunc Constantinopolis appellatur, coram imperatore et cæteris aulicis die Sabbati proxime antecedentis festum Paschatis.*)

—

Τὰ μὲν ἂν τις εἰκάσῃ, τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν, οὐκ ἔξω δοκεῖ τοῦ μέγα τι συνενεχθῆναι, καὶ ἱκανὸν τὰς ἁπάντων ψυχὰς ἀναπεῖσαι πενθεῖν· ἃ δὲ, πρὸς ἃ παρασκευάσεσθαι βλέπων, φαιδρότητος ταῦτα καὶ ἑορτῆς πασῶν μεγίστης ἐπαγγελία. Τί μὲν οὖν τούτων ἑκάτερον, καὶ ὅθεν, καὶ ὅπη τείνει, οὐδένα τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀγνοεῖν οἶμαι. Τίνι γὰρ οὐ σαφὲς, ὅτι τὸ μὲν, Χριστός ἐστιν ἐν τάφῳ μετὰ νεκρῶν κείμενος· τὸ δὲ, τῆς ἐκείνῳ προῤῥηθείσης ἐλπὶς ἀναστάσεως; Ἐμοὶ δὲ ὁ μὲν περὶ τοῦ δευτέρου λόγος, σχολὴν ἀγέτω τὰ νῦν, εἰ μή που καὶ ἄμφω δείκνυται δι' ἀλλήλων, καὶ οὐκ ἔστι περὶ θατέρου διεξιόντα, θάτερον παρατρέχοντα λέγειν. Ἃ δ' οὖν τὸ πρότερον ἀπαιτεῖ, περὶ τούτων καὶ δὴ λέξων ἥκω, ἂν ἄρα μὴ βέλτιον ἐποίουν σιγῇ τὴν ἡμέραν τιμῶν, ἢ τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις τοῦ πλείονος αὐτὴν τῆς οἰκείας δόξης ἀκρωτηριάζειν δοκῶν. Χθὲς μὲν οὖν ἐκεῖνα παρῆν ὁρᾷν, ἃ καὶ τοὺς παντάπασιν λιθίνους ἀποχρῶσαν εἶχε τὴν δύναμιν ἐπιστρέφειν πρὸς ἑαυτὰ, κἀκείνους μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα διδόναι μανθάνειν, ὡς οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ, θεανθρώπῳ δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ φθόνος ἐπέθετο. Τίνα δὴ ταῦτα

A Quidnam quis conjectet ex his signis, quem in præsenti rerum statu cernuntur (non enim sine magna causa accidisse videntur, ac ejusmodi sunt, ut omnium animos ad lugendum inducere possint), quid rursum is cogitet, qui ea ad quæ paramur, spectet, siquidem lætitiæ festivitatisque omnium maximæ hæc nuntia sunt? Quid igitur horum utrumque, et unde, ac quo tendit neminem qui ex nostro sit ovili, hoc ignorare arbitror. Cui enim ignotum est, illud esse, Christum in sepulcro jacere cum mortuis, hoc vero spem resurrectionis ab ipso prædictæ? Verum posteriori in præsentiarum supersedeamus (nisi forte ambo explicentur per se mutuo; quoniam de uno qui verba faciat, alterum silentio præterire nequeat), B ad ea vero, quæ quod prius est, exigit, dicturus accedo, etsi forsan satius esset, taciturnitate hunc me venerari diem, quam oratione mea videri magis, quam dignitas admittat, eum mutilate ante oculos ponere. Heri igitur illa videre libebat, quæ sat magnam habebant vim, ut homines prorsus lapideos ad se convertere possent, ac ipsis tantum non ea quæ vocem edunt, ostendere

Digitized by Google

quod non hominem merum solum, sed Deum hominem Judæorum gravasset invidia. Quæ autem hæc sunt, quæ dico? Tenebræ soli offusæ, terra e fundamentis convulsa, saxorum velut ab ictu facta diruptio, velum templi a nulla, quæ quidem vel tenui sensu percipi potuerit, vi discissum, et quod maxime fuit horribile, mortui e patefac is sepulcris prosilientes et in multorum conspectus prodeuntes. Hæc enim atque his multo magis admiranda necesse erat fieri, cum Deus in carne

A λέγω; Σκότος ἡλίου καταχεόμενον, γῆν ἀναβρασσομένην ἐκ θεμελίων, ῥήξεις πετρῶν ὡς ἀπὸ πληγῆς, ναοῦ καταπέτασμα ὑπ' οὐδεμιᾶς αἰσθήσει λῃπτῆς διαρούμενον βίας, τὸ φρικωδέστατον νεκρούς τῶν μνημάτων ἐκπηδῶντας ἀνοιγομένων, καὶ πολλοῖς ἐρχομένους εἰς ὄψιν. Καὶ γὰρ ἔδει καὶ ταῦτα, καὶ τούτων μακρῷ θαυμασιώτερα τελεσθῆναι, θεοῦ σαρκὶ πάσχοντος, καὶ ξύλῳ καταδίκης μετεωρισθέντος.

pateretur, et injuste suspensus esset in li-

Quin etiam par erat, cum is qui omnia continet, contumeliis obrueretur, ut hæc quoque in discrimen perennidi et cœlum (quod dici solet) terra miscendi, adducerentur. Hodie autem et aliud contigit mysterium, nimirum Dei ad inferos descensus, ut qui in terris cum adhuc versaretur, Evangelium prædicavit vivis, non minus his qui a multis jam sæculis vita defuncti fuerant, annuntiaret similiter. Neque enim debuit, cum natura sua justus sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos est peregrinatus, et qui deinceps futuri sunt, quandiu nox et dies sibi mutuo sunt successura, conari omnia, quæ ad primum hominem nos reducant (1); eos vero, qui antea descenderant ad inferos, calamitose et quoquo tandem modo in tenebris agentes despicere. Nam decuit illum non solum vivorum, sed etiam mortuorum Deum et Servatorem declarari, et ita devastare regnum peccati, quod erat infernus et mors. Tantum enim valuit aditus peccati in homines, ut hæc secum intulerit, atque hoc jactare potuerit, quod naturam humanam illuc d lapsam velut hæreditatem inevocabilem nactus fuerit.

B

Καὶ περιυβριζομένου τοῦ τὰ πάντα συνέχοντος, οἰκεῖον ἦν καὶ ταῦτα κινδυνεύειν διαῤῥυῆναι, καὶ εἰς γῆν τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι, λέγεται. Σήμερον δὲ μυστήριον ἕτερον, εἰς ᾅδου Θεὸς κατιών, ἵν' ὁ τοῖς ζῶσιν ἐν γῇ πολιτευόμενος ἐκήρυττεν Εὐαγγέλιον, καὶ τοῖς ἐξ αἰῶνος τὸν βίον ἀπολιποῦσι διαγγείλῃ μηδὲν ἧττον. Οὐδὲ γὰρ ἔμελλε, φύσει δίκαιος ὤν, τοῖς μὲν ἐξ οὗ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπεδήμησε, καὶ μέχρις ἂν ἡμέρα καὶ νὺξ ἀλλήλαις ὑπείκωσιν ἐσομένοις πάντα πράξειν ὅσα πρὸς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐπανάγει· οὓς δὲ πρόσθεν ᾅδης ἐδέξατο περιόψεσθαι ὑπὸ σκότῳ κακῶς καὶ ὡς ἔτυχε πράττοντας. Ἐχρῆν δὲ αὐτὸν καὶ μὴ ζώντων μόνον Σωτῆρα καὶ Θεὸν, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν γνωρισθῆναι· καὶ τὸ βασίλειον ἀνάστατον θεῖναι τῆς ἁμαρτίας. Τὸ δὲ ἦν ᾅδης καὶ θάνατος. Ταῦτα γὰρ ἴσχυεν ἡ πρὸς ἀνθρώπους τῆς ἁμαρτίας πάροδος ἑαυτῇ συνεισενεγκεῖν, καὶ τούτῳ μεγαλαυχεῖν εἶχεν, οἷς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐκεῖσε παραπεμπομένην, ὡς ἀναφαίρε-

C τον ὑπεδέχετο κλῆρον.

Erat autem hoc quoque bonitati simul et magnitudini Dei proprium, ut quem immortalitatis munere donarat, hunc a peccato ad mortem protractum, non negligeret, sed manum porrigeret jacenti et de casu rursus ipsum levaret. Qui quæso convenisset, imo vel auditu penitus tolerabile fuisset, peccatum omnino efferri et attolli contra potentiam et bonitatem Dei; posteaquam bonum sit ejusmodi, ut per se exsistat (2), et omnia contineat, malum vero nihil sit, quo dici possit subsistere? Qua de causa cum statuisset Deus ad integritatem figmentum suum reducere, nec angelis nec archangelis redintegrationem commisit, quandoquidem nec primam fingendi nos copiam illis fecit, sed ipse hanc potestatem sibi sumpsit, qui præclarum illud manuum suarum opus (hominem dico) noxa premi non est passus, ut, quemadmodum ipse solus est Deus, ita et opifex esset et servator, et hunc solum agnosceremus cum e se, qui hæc fecerit, eique soli gratias ageremus, et reverentiam, sicut omnis creatura, exhiberemus.

D

Ἦν δὲ καὶ οἰκεῖον τῆς ἀγαθότητος ὁμοῦ καὶ μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀθανασίᾳ παρ' αὐτοῦ τιμηθέντα, τοῦτον ὑπὸ τῇ ἁμαρτίᾳ κατασυρέντα πρὸς θάνατον μὴ παριδεῖν· ἀλλὰ δοῦναι χεῖρα κειμένῳ, καὶ τοῦ πτώματος ἀναστῆσαι. Ποῦ δ' ἂν εἰκὸς ἦν καὶ τῶν ὅλως ἀκοῇ φορητῶν, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καὶ χρηστότητος, κατακαυχήσασθαι τὴν ἁμαρτίαν εἰς τέλος; Τοῦ αὐθυποστάτου ἀγαθοῦ καὶ πάντα συστησαμένου, τό γε μηδεμιᾶς ὑποστάσεως μετέχον κακόν; Τούτου δὴ χάριν τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα βουληθεὶς ὁ Θεὸς ἀνασώσασθαι, οὐκ ἀγγέλων ἢ ἀρχαγγέλων τινὶ τὴν σωτηρίαν ἐπέτρεψεν· ὅτι μὴ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν πλάσιν· ἀλλ' αὐτὸς ἀνεδέξατο τὴν οἰκονομίαν, ὃς οὐκ ἠνείχετο τὸ μέγα τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν ἔργον, τὸν ἄνθρωπον λέγω, ζημιωθῆναι· ὡς ἂν αὐτὸς ᾖ ὥσπερ μόνος Θεὸς, οὕτω δὴ καὶ Δημιουργὸς καὶ Σωτὴρ, κἀκεῖνον μόνον εἰδῶμεν ἡμεῖς ταυτὶ πεφυκότα, καὶ μόνῳ τὴν χάριν ὁμολογῶμεν, καὶ τὴν προσκύνησιν, ὥσπερ ἡ κτίσις πᾶσα, προ ἀγωμεν.

(1) N turam illam hominis insontem, qualis in p mo parente nostro fuit Adamo ante lapsum, intelligit.

(2) Videtur hic secutus Pythagoram, qui *in ordine* rerum quæ in natura sunt, *bonum* collocavit, *ma um* vero in ordine eorum, quæ non exsistunt:

Digitized by Google

Ὑπὲρ οὖν τούτων, οὐχ ἁπλῆν ἐξ οὐρανοῦ μέχρι γῆς τὴν κάθοδον ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ εἰς ᾅδου κατῆλθε, καὶ κατελθὼν, πύλας τε χαλκᾶς συνέθλασε, καὶ μοχλοὺς συνέτριψε, καὶ τοὺς τῶν καθημένων ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, καὶ πεπεδημένων ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ δεσμοὺς διέρρηξε· καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ μὲν τοῦ σκότους πρὸς ἀνέσπερον φῶς, πρὸς δὲ ζωὴν αἰώνιον ἐκ θανάτου. Οἷς εἰ καὶ βραδύτερον ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ ποθεινότερον ἐπέστη, τὴν ἐλευθερίαν διδούς. Ἐπέφανε μὲν γὰρ οὗτος αὐτοῖς πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων. Τοῖς δὲ, τὸ μὴ μέχρι παντὸς ἐπιλαθέσθαι τῆς αὐτῶν κραυγῆς τὸν μόνον δυνάμενον σώζειν, οὐκ ἔλαττον ἐνομίσθη τοῦ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖσε πεσεῖν, ἔνθα, εἰ μή τις ἐξηρεῖτο ἐκεῖθεν καὶ τοῖς χρηστοτέροις ἀνέψυχεν, οὐδὲν ἂν παθεῖν ἔβεισαν χαλεπώτερον.

Πολλὰ μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν προβάντα μυστήρια, ἅπαντα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα δύναμιν λόγων· ἓν δὲ οἷον καὶ μέγιστον τὸ τελούμενον σήμερον. Τοῦτο δ' ἔστι, νέκρωσις ᾅδου, θανάτου θάνατος, ἐλευθερία ψυχῶν, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἠνεῳγμένη τοῖς βουλομένοις ὁδός. Πρὸς ὃ καὶ τἆλλα φέρεται πάντα, κἂν πόῤῥωθεν ᾖ, κἂν ἐγγύθεν ἠργμένα· ὡς ποτε καὶ ξίφη, καὶ ἀσπίδες, καὶ κράνη, καὶ δόρατα καὶ τἆλλα τῶν ὅπλων, καὶ ὁπλιτῶν ὅμιλος, καὶ βάρος ἵππου, καὶ πρωτοστατῶν, καὶ τῶν ἐπιτεταγμένων φῦλα, καὶ τῶν οὐραγούντων συντάξεις, πρὸς ἓν πάντα βλέπει, τὸ τῶν ἐναντίων ὡς οἷόν τε περιγενέσθαι. Ἀλλὰ γὰρ, εἰ δοκεῖ, μικρὸν ἐπισχόντες, καὶ ἡσυχίαν τῷ λόγῳ δόντες, μέχρις ἂν ὁ Σωτὴρ τὰ ἐν ᾅδου διάθηται, ἴωμεν ἐπὶ τὸν τάφον, τῶν τῆς Παρθένου καὶ Μητρὸς ἐπὶ τῷ Παιδὶ γοερῶν ἀκουτόμενοι θρήνων, καὶ τῶν ἐξῆς αὖθις ἐξόμεθα. Ἴωμεν δὲ σιωπῇ, οὐ τῷ δεδοικέναι καὶ νῦν, μή τινα λάβωμεν ὑποψίαν ἐκεῖσε βαδίζειν, ὡς Πέτρος πάλαι καὶ Ἰωάννης, τῷ δὲ μή τινα διακοπὴν ἢ θόρυβον τοῖς θρήνοις ἐπενεγκεῖν.

Ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦντες ὑπηκούσατε, καὶ πόῤῥω τοῦ τάφου ἐστήκατε, ἀκούσατε ἤδη, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀὴρ, ὡς πολλῶν αἰσθήσεσθε τῶν ἐμῶν ὀδυρμῶν, εἴ τις αἴσθησις. Ὑπότε δς ἦν μοι μόνος Υἱὸς, δς μοι μόνος παραψυχὴ, τοῦτον ἐπὶ τάφον βλέπω νεκρὸν, βραχεῖς δὲ καὶ τοὺς οἰκτείροντας τούτου τὸ πάθος, καὶ τούτους ἀγαπητὸν οἰομένους, ἂν μηδ' ἐξελεγχθῶσιν εἰδότες τὸν ἄνθρωπον. Τὸ γὰρ μηδ' ἐπιστένοντας τῷ κειμένῳ φωραθῆναι, καλῶς αὐτοῖς ἠσφάλισται πανταχόθεν. Ἀλλ' ἐμὲ πόσων θανάτων ἐπικρεμασθέντες φόβοι, πείσουσιν ἐθέλειν λανθάνειν; Πῶς δ' οὐκ ἐξάκουστον κλαύσομαι καὶ θρηνήσω, κἂν μηδεὶς βούληται, κἂν πάν-

A Ob hanc igitur causam, non unum e cœlo in terram iter instituit, sed et ad inferos usque descendit, et postquam descendisset, æreas portas effregit et repagula subvertit; eorumque qui in tenebris et umbra sedebant (3), ærumna ferroque constricti, vincula abrupit, atque eduxit, e caligine quidem ad lucem vesperæ nesciam, ex morte vero ad vitam æternam. Quibus etsi tardior, tamen desideratior ad liberandum Servator adfuit. Apparuit enim illis in fine sæculi, his vero sic, ut non minus optabile fuerit, clamorem suum non fugere perpetuo illum, qui solus facere salvos poterat; quam ab initio non descendisse illuc, unde nisi quis exemptus esset et melioribus revixisset,
B perpeti nihil potuisset gravius.

Cum itaque multa sint admiranda opera, quæ carne indutus, in illa, qua ad nos venit, demigratione Servator noster ostendit, cuncta illa quidem talia, ut omnem dicendi vim superent; tum unum est et summum et maximum, confectum hodie, id autem est inferni vastatio, mortis mors, liberatio animarum et ad cœlos patefactus volentibus aditus, quo omnia alia, sive propius admota, sive longius amota, referuntur; haud aliter, quam gladii, quam clypei, quam galeæ, quam hastæ aliique armorum armatorumque apparatus, ut equorum conglobatio, ducumque et his subditorum ac subsidiorum acies, ad unum omnia
C spectant, ut scilicet circumveniatur hostis. Atqui (si videtur) paulum contineamus nos et a sermone quiescamus, donec Servator quæ apud inferos sunt agenda, perfecerit. Interim eamus ad sepulcrum, lamentabiles Virginis Matris, quos Filio effundit, auditurî fletus, post ad ea quæ hic adnectenda fuerant, revertemur. Eamus autem tacito, non jam ambigentes aut propter hæsitationem aliquam morantes (4), sicuti Petrus olim et Joannes, sed ne interrumpamus aut disturbemus luctum.

Quia vero probe officio vestro functi, patientes huc usque aures præbuistis et procul a sepulcro constitistis, auscultate et nunc, o terra, o sol, o æther quantos percipitis (si quis vobis est sen-
D sus) hos meos ploratus. Qui quondam unicus mihi fuit Filius, qui unicum mihi solatium, hunc in sepulcro video jacere mortuum et paucos admodum, qui hujus cladem miserentur, præclare secum actum ratos, si non arguantur hunc novisse hominem (5). Nam ne hic jacenti adgemiscere deprehendantur, probe sibi caverunt undique. At, quam multi diversissimæ mortis undequaque mihi incumbentes metus suadent, ut hæc tegere ve-

hodie *privativa* seu *privationes* vocantur in scholis.

(3) Hoc illud est propheticum : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam* (*Isa.* IX, 2).

(4) Hinc cum ad ipsos allatum esset per mulieres de resurrectione Domini, non crediderunt, sed φάσματος loco nuntium habuerunt.

(5) Tangit verba Petri Dominum suum negantis.

Digitized by Google

ἕτερον ποιεῖ ὠφέλιμον εἶναι, ὅτι μὴ ἡ ἀγάπη. Χωρὶς γὰρ ἀγάπης ἡ πίστις δύναται μὲν εἶναι, οὐ μὴν δὲ καὶ ὠφελεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Ἐν Χριστῷ, » φησὶν, « Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις, ἡ διὰ τῆς ἀγάπης ἐνεργουμένη, » οὕτως αὐτὴν διακρίνων ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ἣν « καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσιν. » Ἡ ἀγάπη τοίνυν, ἥτις ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ Θεός ἐστι κυρίως, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, δι' οὗ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη, δι' ἧς ἐν ἡμῖν ἡ Τριὰς ὅλη ἐνοικεῖ. Ἀμέλει καὶ ὀρθότατα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς ὄν, καὶ δῶρον Θεοῦ καλεῖται. Ὃ δῶρον κυρίως τί ποτε ἕτερον νοητέον, ὅτι μὴ τὴν ἀγάπην, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν προσάγουσαν, καὶ ἧς χωρὶς πᾶν ὁτιοῦν ἕτερον Θεοῦ χάρισμα οὐ προσάγει πρὸς τὸν Θεόν ;

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Τίνι λόγῳ δῶρον καὶ χάρισμα τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἆρ' οὖν καὶ τοῦτ' ἀποδεικτέον, δῶρον Θεοῦ εἰρῆσθαι ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τίς ἐκδέχεται ; Ἔχομεν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ τὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ῥήματα λέγοντος, « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. »—« Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, » ὡς εἶπεν ἡ Γραφὴ, « ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. » Εὐθὺς δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπόμενος συνῆψε, « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Ὅθεν φησὶ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Καὶ πάντες ἓν Πνεῦμα ἐπίομεν. » Πότερον δὲ C δῶρον Θεοῦ ὠνομάσθη τόδε τὸ ὕδωρ, ὅπερ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο ζητεῖται. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα εὑρίσκομεν τόδε τὸ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, οὕτως εὑρίσκομεν καὶ ἀλλαχοῦ ἐν αὐτῷ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦτο τὸ ὕδωρ *τοῦ Θεοῦ δῶρον* προσαγορευθέν. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι γυναικὶ παρὰ τῷ φρέατι ὁμιλῶν, ἅπερ εἴρηκεν, « Δός μοι πιεῖν, » ἐκείνης ἀποκριθείσης, ὅτι « Ἰουδαῖοι οὐ συγχρῶνται τοῖς Σαμαρείταις, » ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν, « Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκέ σοι ὕδωρ ζῶν. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, « Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν ; » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, D « Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν, ὁ δὲ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ ζῶν, καθάπερ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξηγήσατο, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν, ἀναμφιβόλως δῶρον τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, περὶ οὗ ἐνταῦθά φησιν ὁ Κύριος, « Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκέ σοι ὕδωρ ζῶν. » Ὃ γὰρ ἐκεῖ εἴρηκε, « Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, » τοῦτο ἐνταῦθά φησι, « Γενήσεται αὐτῷ

[13] Jac. II, 19. [14] Joan. VII, 37-39. [15] I Cor. XII, 13. [16] Joan. IV, 10-14. [17] Ephes. IV, 7.

Digitized by Google

dedit dona hominibus [18]. » Notissimum est autem, Dominum Jesum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in cœlum, dedisse Spiritum sanctum, quo impleti qui crediderant linguis omnium gentium loquebantur. Nec moveat, quod ait, *Dona*, non donum ; id enim testimonium ex psalmo posuit. Hoc autem in psalmo ita legitur : « Ascendisti in altum, captivasti captivitatem, accepisti dona in hominibus [19]. » Sic enim plures codices habent, et maxime Græci, et ex Hebræo sic interpretatum habemus. *Dona* itaque dixit Apostolus, quemadmodum Propheta, non donum. Sed cum Propheta dixerit : « Accepisti in hominibus, » Apostolus maluit dicere, « Dedit dona hominibus, » ut ex utroque scilicet verbo, uno prophetico, apostolico altero, quia in utroque est divini sermonis auctoritas, sensus plenissimus redderetur. Utrumque enim verum est, et quia dedit hominibus, et quia accepit in hominibus. Dedit hominibus, tanquam caput membris suis. Accepit in hominibus idem ipse utique in membris suis, propter quæ membra sua clamavit de cœlo : « Saule, Saule, quid me persequeris [20] ? » Et de quibus membris suis ait : « Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [21]. » Ipse ergo Christus et dedit de cœlo, et accepit in terra. Porro autem dona ob hoc ambo dixerunt, et prophetа, et Apostolus, quia per donum, quod A est Spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona quæ sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, et alii alia, quamvis ipsum donum, a quo cuique propria dividuntur, omnes habeant, id est Spiritum sanctum. Nam et alibi cum multa dona commemorasset : « Omnia, inquit, hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult [22]. » Quod verbum et in Epistola, quæ ad Hebræos est, invenitur, ubi scriptum est : « Attestante Deo signis et ostentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus [23]. » Et hic cum dixisset : *Ascendit in altum, captivavit captivitatem, dedit dona hominibus* : « Quod autem ascendit ait, quid est nisi quia B et descendit in inferiores partes terræ ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero evangelistas, quosdam autem pastores et doctores. » Ecce quare dicta sunt dona, quia sicut alibi dicit : « Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ [24] ? » et cætera : hic autem adjunxit : « Ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi [25]. » Hæc est domus, quæ, sicut Psalmus canit, ædificatur post captivitatem ; quoniam qui sunt a

πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, « Ἑκάστῳ, » φησὶν, « ἡμῶν δίδοται χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ ἵνα τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἀποδείξῃ, ἐπόμενος συνῆψε, « Διὸ καὶ φησὶν, Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » Γνωριμώτατον δέ ἐστι, τὸν Κύριον Ἰησοῦν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν εἰς οὐρανὸν ἀνελθόντα, δοῦναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ πλησθέντες οἱ πιστεύσαντες, ταῖς τῶν ἐθνῶν γλώσσαις πάντων ἐλάλουν· μὴ δὲ θροείτω ἡμᾶς, ὅτι φησὶ, δόματα, οὐχὶ δόμα. Ταύτην γὰρ τὴν μαρτυρίαν ἐκ τοῦ ψαλμοῦ τέθεικε, τοῦτο δ' ἐν τῷ ψαλμῷ οὕτως ἀναγινώσκεται, « Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Οὕτω γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν βιβλίων ἔχουσι, καὶ μάλιστα τῶν Γραικῶν καὶ τῶν Ἑβραίων οὕτως ἑρμηνευθὲν ἔχομεν. Δόματα τοίνυν φησὶν ὁ Ἀπόστολος ἀντὶ τρόπον ὁ προφήτης, οὐ δόμα, ἀλλὰ τοῦ προφήτου φαμένου, « Ἔλαβες ἐν ἀνθρώποις, » ὁ Ἀπόστολος μᾶλλον εἴλετο εἰπεῖν, « Ἔδωκε τοῖς ἀνθρώποις· » ὡς ἐξ ἑκατέρου δηλαδὴ λόγου, ἑνὸς μὲν τοῦ προφητικοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ (καὶ γὰρ ἐν ἑκατέρῳ αὐθεντία τοῦ θείου λόγου) πληρεστάτη ἀποδοθῇ ἡ ἔννοια· ἑκάτερον γὰρ ἀληθὲς καὶ ὅτι δέδωκε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὅτι ἔλαβεν ἐν ἀνθρώποις. Ἔδωκε μὲν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἂν κεφαλὴ τοῖς οἰκείοις μέλεσιν, ἔλαβε δὲ ἐν ἀνθρώποις ὁ αὐτὸς, δηλονότι ἐν τοῖς οἰκείοις μέλεσι, δι' ἅπερ οἰκεῖα μέλη ἐξ οὐρανοῦ ἐβόησε, « Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις ; » Καὶ περὶ τῶν οἰκείων μελῶν φησιν, « Ἐφ' ὅσον ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Αὐτὸς ἄρα ὁ Χριστὸς καὶ ἔδωκεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔλαβεν ἐν τῇ γῇ. Διὰ ταῦτα δὲ δόματα καὶ ἄμφω εἶπον, ὅ τε προφήτης καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι διὰ τοῦ δώρου, τουτέστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς κοινὸν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς τοῦ Χριστοῦ μέλεσι πολλὰ δῶρα, ἅπερ εἰσὶν ἑκάστῳ ἴδια, διαιροῦνται· οὐδὲ γὰρ ἕκαστοι πάντα ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν τάδε, οἱ δὲ τάδε, καίπερ αὐτὸ τὸ δῶρον, ἀφ' οὗ ἑκάστῳ ἴδια διαιροῦνται, πάντες ἔχουσι, τουτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ πολλῶν δώρων εἶτ' οὖν χαρισμάτων μνημονεύσας, « Πάντα δὲ ταῦτα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ὃ ῥῆμα κἀν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ εὑρίσκεται, ἔνθα γέγραπται, « Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς· » κἀνταῦθα δὲ εἰπὼν, « Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » — « Τὸ δὲ *ἀνέβη*, φησὶ, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Ὁ δὲ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Καὶ αὐτὸς δέδωκεν οὓς μὲν ἀποστόλους, οὓς δὲ προφήτας, οὓς δ' εὐαγγελιστὰς, οὓς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους. » Ἰδοὺ τίνος ἕνεκεν εἴρηνται δόματα. Καὶ γὰρ

[18] Eph. IV, 8. [19] Psal. LXVI. 19. [20] Act. IX, 4. [21] I Cor. XII, 28, 29. [22] Ephes. IV, 12. [23] Hebr. II, 4. [24] Matth. XXV, 40. [25] I Cor. XII, 11.

Digitized by Google

diabolo eruti, a quo captivi tenebantur; de his ædificatur domus Christi, quæ domus appellatur Ecclesia. Hanc autem captivitatem ipse captivavit, qui diabolum vicit. Et ne illa, quæ futura erant sancti capitis membra, in æternum supplicium secum traheret, eum justitiæ prius, deinde potentiæ vinculis alligavit. Ipse itaque diabolus est appellata captivitas, quem captivavit, qui ascendit in altum, et dedit dona hominibus, vel accepit in hominibus. Petrus autem apostolus, sicut in eo libro canonico legitur, ubi scripti sunt actus apostolorum, loquens de Christo, commotis corde Judæis et dicentibus : « Quid ergo faciemus, fratres, monstrate nobis, » dixit ad eos : « Agite pœnitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti[16]. » Itemque in eodem libro legitur, Simonem Magum apostolis dare voluisse pecuniam, ut ab eis acciperet potestatem, qua per impositionem manus ejus daretur Spiritus sanctus. Cui Petrus idem : « Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei æstimasti te per pecunias possidere[17]. » Et alio ejusdem libri loco, cum Petrus Cornelio, et eis, qui cum eo fuerant, loqueretur, annuntians, et prædicans Christum, ait Scriptura : « Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, et obstupuerunt, qui ex circumcisione fideles simul cum Petro venerant, quia et in nationes donum Spiritus sancti effusum est : audiebant enim illos loquentes linguis, et magnificantes Deum[18]. » De quo facto suo quod incircumcisos baptizaverat, quia priusquam baptizarentur, ut nodum quæstionis hujus auferret, in eos venerat Spiritus sanctus, cum Petrus postea redderet rationem fratribus, qui erant Hierosolymis, et hac re audita movebantur, ait post cætera : « Cum cœpissem autem loqui ad illos, cecidit Spiritus sanctus in illos, sicut et in nos in initio. Memoratusque sum verbi Domini, sicut dicebat : Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si igitur æquale donum dedit illis, sicut et nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Christum : ego quis eram, qui possem prohibere Deum non dare illis Spiritum sanctum[19]. » Et multa alia sunt testimonia Scripturarum, quæ concorditer attestantur, donum Dei esse Spiritum sanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum; sed nimis longum est cuncta colligere. Et quid eis satis est, quibus hæc quæ diximus, satis non sunt? Sane admonendi sunt, quandoquidem donum Dei jam

ὡς ἀλλαχοῦ φησι, « Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνταῦθα δὲ συνῆψεν, « εἰς τελείωσιν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. » Οὗτός ἐστιν ὁ οἶκος, ὁ, καθάπερ ὁ ψαλμὸς ᾄδει, οἰκοδομούμενος μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐκ τοῦ διαβόλου ῥυσθέντων, παρ' οὗ κατεῖχοντο αἰχμάλωτοι, οἰκοδομεῖται ὁ τοῦ Χριστοῦ οἶκος, ὃς οἶκος Ἐκκλησία προσαγορεύεται. Ταύτην δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτὸς ᾐχμαλώτευσεν, ἐπειδὴ τὸν διάβολον ἐνίκησε, καὶ ἵνα μὴ τὰ μέλλοντα μέλη τῆς ἁγίας κεφαλῆς ἔσεσθαι, εἰς τὴν αἰώνιον κόλασιν μεθ' ἑαυτοῦ ἐπισπάσηται, πρότερον μὲν ταῖς τῆς δικαιοσύνης αὐτὸν, ἔπειτα δὲ ταῖς τῆς δυνάμεως πέδαις συνέδησεν. Αὐτὸς τοίνυν ὁ διάβολος αἰχμαλωσία προσηγορεύθη, ὃν ᾐχμαλώτευσεν ὁ ἀναβὰς εἰς τὸ ὕψος καὶ δοὺς δόματα τοῖς ἀνθρώποις, ἢ λαβὼν ἐν ἀνθρώποις. Πέτρος δὲ ὁ ἀπόστολος, ὥσπερ ἐν τῇ κεκανονισμένῃ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, ἔνθα αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις γεγραμμέναι εἰσὶ, διαλεγόμενος περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατανυγέντων τῇ καρδίᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ λεγόντων, « Τί οὖν ποιήσομεν, ἀδελφοὶ, δείξατε ἡμῖν; » εἶπε πρὸς αὐτοὺς, « Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, « Σίμωνα τὸν Μάγον τοῖς ἀποστόλοις δοῦναι θελήσαντα χρήματα, ἵνα παρ' αὐτῶν λάβῃ ἐξουσίαν, καθ' ἣν ἂν δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτοῦ διδῷτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ὅπερ ὁ αὐτὸς Πέτρος, « Τὸ ἀργύριόν σου, φησὶ, σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν· ὅτι τὸ δῶρον τοῦ Θεοῦ ὑπέλαβες χρημάτων κτᾶσθαι. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τῆς αὐτῆς βίβλου χωρίῳ, φησὶ Πέτρος τῷ Κορνηλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι διελέγετο ἀπαγγέλλων καὶ κηρύττων τὸν Χριστὸν, φησὶν ἡ Γραφὴ, « Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, καὶ ἐξεπλάγησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, οἱ σὺν τῷ Πέτρῳ ἐλθόντες· ὅτι καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται. Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν· » περὶ ἧς αὐτοῦ πράξεως, ὅτι τοὺς ἀπεριτμήτους ἐβάπτισε, πρὶν γὰρ ἢ βαπτισθῆναι, ὡς τὴν ἀπορίαν τοῦδε τοῦ ζητήματος ἀφέληται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς, λόγον μετὰ ταῦτα ὁ Πέτρος ἀποδιδοὺς τοῖς οὖσιν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀδελφοῖς, καὶ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀκουσθέντος ταραττομένοις εἶπε μεθ' ἕτερα, « Ἀρξαμένου δέ μου λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐμνήσθην τοῦ λόγου Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, ὅτι *Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ἐν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Εἰ τοίνυν ἴσην δωρεὰν ὲδωκεν αὐτοῖς, ὥσπερ καὶ ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τίς ἦν ἐγὼ ὁ δυνάμενος κωλῦσαι τὸν Θεὸν μὴ δοῦναι αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; » Καὶ πολλαί εἰσιν ἕτεραι τῶν Γραφῶν μαρτυρίαι, αἱ συμφώνως μαρτυροῦσι δῶρον Θεοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρ' ὅσον δίδοται τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν

[16] Act. II, 37, 38. [17] Act. VIII, 20. [18] Act. X, 44-46. [19] Act. XI, 15-17.

Digitized by Google

vident Spiritum sanctum, ut cum audiunt donum Spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo dictum est, in explicatione corporis carnis. Sicut enim corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donum Spiritus sancti nihil est aliud quam Spiritus sanctus. In tantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis, quibus datur. Apud se autem Deus est, et si nemini datur, quia Deus erat Patri et Filio coæternus, antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut donum Dei, ut etiam seipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest, non esse suæ potestatis, de quo dictum est : « Spiritus ubi vult spirat[30]. » Et illud apostolicum, quod jam supra commemoravi : « Omnia hæc operatur unus, atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult[31]. » Non est illic conditio dati, et dominatio dantium, sed concordia dati et dantium. Quapropter si sancta Scriptura proclamat, « Deus charitas est; » illa quæ ex Deo est, et in nobis id agit, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis, et hoc inde cognoscimus, quia de Spiritu suo dedit nobis; ipse Spiritus ejus, est Deus charitas : deinde si in donis Dei nihil majus est charitate, et nullum est majus donum Dei, quam Spiritus sanctus, quid consequentius quam A ut ipse sit charitas, qui dicitur et Deus et ex Deo? Et si charitas, qua Pater diligit Filium, et Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille dicatur charitas proprie qui Spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur vel intelligitur, ut non solus Spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta sunt : sicut non solum est in illa Trinitate vel Spiritus vel sanctus, quia et Pater Spiritus, et Filius Spiritus; et Pater sanctus, et Filius sanctus, quod non ambigit pietas, et tamen iste non frustra proprie dicitur Spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie, quod ambo communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus Spiritus sanctus est charitas, profecto et Filius non solum Patris, verum etiam Spiritus sancti Filius invenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur Filius unigenitus Dei Patris : ut tamen et illud verum est, quod Apostolus ait de Deo Patre : « Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suæ[32], » non dixit, Filii sui; quod si diceret, verissime diceret, quemadmodum, quia sæpe dixit, verissime dixit, sed ait, « Filii charitatis suæ. » Filius B

ἀγαπῶσιν. Ἀλλὰ σφόδρα μακρὸν ἀναλέγεσθαι πάσας. Καὶ ἄλλως δὲ τί ποτ' ἂν ἀποχρήσειε τοῖς ἄπερ ἔφημεν μὴ ἀποχρῶντα; Τοῦτό γε μὴν χρὴ τούτους διδάξαι, ὡς ὁπότε δῶρον Θεοῦ ἤδη συνορῶσιν εἰρῆσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὰν ἀκούσωσι, « δῶρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » ἐκεῖνο τὸ γένος ἐπιγινώσκει τῆς διαλέξεως, ὅπερ εἴρηται ἐν τῇ ἐπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ σάρξ, οὕτω τὸ δῶρον τοῦ Πνεύματος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπὶ τοσοῦτον τοίνυν δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ὅσον δίδοται, οἷς δίδοται. Παρ' ἑαυτῷ δὲ ὁ Θεός ἐστιν, εἰ καὶ μηδενὶ δίδοται, ἐπειδὴ Θεὸς ἦν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συναΐδιος πρὶν ἢ ἑκάστῳ δοθῆναι. Οὐδὲ μὴν ἐπειδὴ οἱ μὲν διδόασι, τὸ δὲ δίδοται, διὰ ταῦτα ἔλαττον ἐκείνου ἐστίν. Οὕτω γὰρ δίδοται ὥσπερ τοῦ Θεοῦ δῶρον, ὡς καὶ αὐτὸ ἑαυτὸ διδόναι ὥσπερ Θεός. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν λέγεσθαι μὴ εἶναι τῆς ἑαυτοῦ ἐξουσίας, περὶ οὗ εἴρηται, « Τὸ Πνεῦμα, ὅπου θέλει πνεῖ. » Καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, ὅπερ ἤδη ἀνωτέρω ἀνέμνησα, « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Οὐδ' ἔστιν ἐκεῖ ὑποταγὴ τοῦ διδομένου καὶ τῶν διδόντων, ἀλλ' ὁμόνοια τοῦ διδομένου καὶ τῶν διδόντων. Διὰ δὴ ταῦτα εἰπερ ἡ θεία Γραφὴ βοᾷ, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, » ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ οὖσα, καὶ ἐν ἡμῖν τοῦτο ποιοῦσα, ὡς ἐν τῷ Θεῷ ἡμᾶς μένειν, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν, καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν· αὐτὸ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀγάπη. Ἔπειτα δὲ εἰ ἐν τοῖς χα- C ρίσμασι τοῦ Θεοῦ οὐδέν ἐστι μεῖζον τῆς ἀγάπης, καὶ μηδέν ἐστι μεῖζον δῶρον τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τί καταλληλότερον ἢ αὐτὸ εἶναι ἀγάπην, ἤτις ἐκ Θεοῦ καὶ Θεὸς εἶναι λέγεται; Εἰ δὲ καὶ ἡ ἀγάπη, καθ' ἣν ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱόν, καὶ ὁ Υἱὸς ἀγαπᾷ τὸν Πατέρα, ἀῤῥήτως, τὴν κοινωνίαν δείκνυσιν ἀμφοῖν, τί ποτ' ἂν ἁρμοδιώτερον ἢ ὡς αὐτὸ κυρίως λέγεσθαι ἀγάπην, ὅπερ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι κοινὸν ἀμφοτέρων; Τοῦτο γὰρ ὑγιέστερον πιστεύεται, ἢ νοεῖται, ὡς μὴ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπην εἶναι ἐν τῇ Τριάδι, ἀλλὰ μὴ μάτην ἰδίως προσαγορεύεσθαι ἀγάπην διὰ τὰ εἰρημένα· ὥσπερ οὐ μόνον εἴρηται ἐν τῇ Τριάδι ἢ Πνεῦμα ἢ ἅγιον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς Πνεῦμα, καὶ ὁ Πατὴρ ἅγιος, καὶ ὁ Υἱὸς ἅγιος, ὅπερ ἡ εὐσέβεια οὐ διστάζει, ὁμῶς οὐ μάτην αὐτὸ ἰδίως Πνεῦμα ἅγιον λέγεται· ἐπειδὴ γὰρ κοινόν ἐστιν D ἀμφοῖν, τοῦτο ἰδίως αὐτὸ καλεῖται, ὅπερ ἄμφω κοινῶς· εἰ μή, εἰ ἐν τῇ Τριάδι μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπη ἐστὶ, παντάπασι καὶ ὁ Υἱὸς οὐ μόνον τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Υἱὸς εὑρίσκεται. Οὕτω γὰρ ἐν μυρίοις τόποις λέγεται καὶ ἀναγινώσκεται ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς κἀκεῖνο ἀληθὲς εἶναι, ὃ φησιν ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « Ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετήνεγκεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, » καὶ οὐκ εἶπε, τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅπερ εἰ εἶπεν, ἀληθέστατα ἂν εἶπε, καὶδὴ πολλάκις εἰπὼν, ἀληθέστατα εἶπεν· ἀλλ' ἔφη, « τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. » Ὁ

[30] Joan. III, 8. [31] I Cor. XII, 11. [32] Coloss. I, 13.

Digitized by Google

ergo est etiam Spiritus sancti, si non est in illa Trinitate charitas (Dei) nisi Spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est, restat ut non solus ibi sit charitas Spiritus sanctus, sed propter illa, de quibus satis disserui, proprie sic vocetur. Quod autem dictum est : « Filii charitatis suæ, » nihil aliud intelligatur, quam Filii sui dilecti, quam A Filii postremo substantiæ suæ. Charitas quippe Patris, quæ in natura ejus est ineffabiliter simplici, nihil est aliud, quam ejus ipsa natura atque substantia, ut sæpe jam diximus, et sæpe iterare non piget. Ac per hoc Filius charitate ejus nullus est alius, quam qui de substantia ejus est genitus.

Υἱὸς ἄρα καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, εἰ μὴ ἐστιν ἕτερόν τι ἐν τῇ Τριάδι ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅπερ εἰ ἀμαθέστατόν ἐστι, λείπεται, ὡς μὴ μόνον ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἀγάπην, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνα, περὶ ὧν ἄλις διεσάφησα, ἰδίως οὕτω καλεῖσθαι. Τὸ δὲ ῥηθὲν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ μηδὲν ἕτερόν τι νοεῖσθαι ἢ τοῦ ἠγαπημένου Υἱοῦ αὐτου, ἢ τέλος, τοῦ Υἱοῦ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Πατρὸς, ἡ ἐν τῇ ἀῤῥήτως ἁπλῇ φύσει αὐτοῦ οὖσα, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ αὐτοῦ φύσις καὶ οὐσία, ὡς πολλάκις ἤδη εἰρήκαμεν, καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνει οὐκ ὀκνηρόν. Καὶ διὰ ταῦτα ὁ Υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ οὐδεί; ἐστιν ἕτερος ὅτι μὴ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεννηθείς.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΗ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ

ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΙ

MAXIMI PLANUDÆ

SYLLOGISMI

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI CONTRA LATINOS.

Vide tom. CLXI, col. 309, ubi cum Bessarionis et Demetrii Cydonii refutationibus edunlur. — « *Miraretur quispiam, inquit ibi Cydonius, virum hunc, qui, ob hæc pauca et imbecilla argumenta, conatur evertere librum sancti Augustini, in quo transferendo in linguam Græcam multum elaboravit. Si enim illum laborem subiit, volens nocere iis qui legerint, absurdus revera est, ac dignus inter pios multæ reprehensionis laborare, ut animis aliorum nocens ; sin autem sciens utilem fore quibus erit obvius, et nostratibus gratificaturus vertere illum elegit, quid rursus quasi pœnitentia ductus, veluti nocua cavere hortatur, quæ propter utilitatem legentium interpretatus est ? Cæterum absurdi hujus causa est, terror illius qui tunc imperabat, quem inexorabilem sciens fore his qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt, hosce argumentis carcere ac vinculis seivsum liberare voluit.* »

Digitized by Google

S. AUGUSTINI

TRACTATUS IN EVANGELIUM JOANNIS

DE SPIRITUS SANCTI PROCESSIONE.

(Interpretibus, ut Petro Arcudio visum est, Bessarione vel Demetrio Cydonio.

—

Ex Tractatu XCIV, super illis verbis : *Nunc vado ad eum, qui me misit, et nemo, inquit, ex vobis interrogat me, Quo vadis?*

Significat Dominus Jesus sic se iturum, ut nullus interroget, Quo vadis? quod palam fieri visu corporis cernerent; nam superius interrogaverant eum discipuli quo esset iturus, et responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent. Nunc vero ita se promittit iturum, ut nullus eorum, quo vadit interroget. Nubes enim suscepit eum quando ascendit ab eis; et euntem in cœlum, non verbis quæsierunt, sed oculis deduxerunt. « Sed quia hæc locutus sum vobis, inquit, tristitia implevit cor vestrum. » Videbat utique quid illa sua verba in eorum cordibus agerent : spiritalem quippe nondum interius habentes consolationem, quam per Spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebant. Et quia se amissuros esse illum vera denuntiantem dubitare non poterant : contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Noverat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est utique melior, quo eos consolaturus fuerat Spiritus sanctus: non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusurus. Denique adjungit : « Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos. » Tanquam diceret : Expedit vobis, ut hæc forma servi auferatur a vobis. Caro quidem factum Verbum habito in vobis : sed nolo me carnaliter adhuc diligatis, et isto lacte contenti semper infantes esse cupiatis. « Expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. » Si alimenta tenera, quibus vos alui, non subtraxero, solidum cibum non esurietis : si carni carnaliter hæseritis, capaces Spiritus non eritis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

—

Ἐκ τοῦ ιδ' λόγου, ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασι, *Νῦν δὲ ἐπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις;*

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσεν ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον, ὡς μηδένα αὐτὸν ἐρωτήσειν, Ποῦ ὑπάγεις; ὅπερ τῇ τοῦ σώματος ὄψει φανερῶς ἔμελλον ὄψεσθαι. Ἀνωτέρω γὰρ ἠρωτήκεσαν αὐτὸν, ποῦ ὑπάγει. Οἷς ἀπεκρίθη, Ἐκεῖ μέλλει ἀποδημήσειν, ὅποι νῦν ἐκεῖνοι ἀπελθεῖν οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Νῦν δὲ ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον προλέγει, ὡς μηδένα ἐκείνων ἐρωτήσειν, Ποῦ ὑπάγεις; Νεφέλη γὰρ ὑπέλαβεν αὐτὸν, ὅτ' ἀπ' αὐτῶν διιστάμενος ἀνῄει. Καὶ τότε τοῦτον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιόντα οὐ λόγοις ἠρώτων, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεώρουν. « Ἀλλ' ὅτι ταῦτα ἐλάλησα ὑμῖν, φησὶν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν· » ἑώρα γὰρ τί ποτε τὰ ῥήματα ταῦτα ἔδρων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Οὕπω γὰρ τὴν πνευματικὴν παράκλησιν ἔχοντες, ἣν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔμελλον ἔξειν, ὅπερ ἔξωθεν ἐώρων ἐν τῷ Χριστῷ, τοῦτ' ἀποβαλεῖν ἐδεδίεσαν. Καὶ ἐπειδήπερ ἀναμφίβολον ἦν ἡ ἀποβολὴ τοῦ Χριστοῦ προλέγοντος τούτοις τὰ ἀληθῆ, ἀναγκαῖον ἦν ἀλγεῖν τὴν ἀνθρωπίνην διάθεσιν ἀνενεργήτου τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως καταλειπομένης. Ἀλλ' ἐκεῖνος ᾔδει τί μᾶλλον ἐκείνοις ἐλυσιτέλει· ἡ γὰρ ἔνδον ὄψις βελτίων ἐστὶν, ἣν ἔμελλε παραμυθήσεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀνθρώπινον σῶμα εἰς τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις εἰσάγειν, ἀλλ' αὐτὸ ἐνιὲν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις. Ἀμείλει τούτοις συνάπτει, « Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. » Ὡσανεὶ λέγων, Συμφέρει ὑμῖν, ὑμῶν ἀφαιρεθῆναι τὴν μορφὴν ταύτην τοῦ δούλου· νῦν μὲν γὰρ σὰρξ γεγονὼς, ὁ Λόγος ὑμῖν ἐνοικῶ, ἀλλ' οὐ βούλομαι ἔτι σαρκικῶς ὑμᾶς ἐμὲ ἀγαπᾷν, ἀρκουμένους τε τῷ γάλακτι τούτῳ, νηπίους ἐπιθυμεῖν εἶναι διὰ παντός. Συμφέρει ὑμῖν

Digitized by Google

Nam quid est, « Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos? » Nunquid hic positus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim ubi ille erat, iste inde recesserat : vel sic venerat a Patre, ut non maneret in Patre? Postremo quomodo eum etiam hic constitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse, atque mansisse : imo vero a quo scimus eum nunquam separabilem fuisse? Quid est ergo : « Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos, » nisi, Non potestis capere Spiritum quandiu secundum carnem persistitis nosse Christum? Unde ille, qui jam acceperat Spiritum, « Et si noveramus, inquit, secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. » Etiam ipsam quippe carnem Christi, non secundum carnem novit, qui Verbum carnem factum spiritaliter novit. Hoc nimirum significare voluit Magister bonus, dicendo : « Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. » Christo autem discedente corporaliter, non solum Spiritus sanctus, sed et Pater et Filius illis affuit spiritualiter. Nam si ab eis sic abscessit Christus, ut pro illo, non cum illo in eis esset Spiritus sanctus, ubi est ejus promissio dicentis : « Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem sæculi? » et : « Veniemus ad eum ego, et Pater, et mansionem apud eum faciemus, » cum et Spiritum sanctum ita se promi- A serit esse missurum, ut cum eis esset in æternum. Ac per hoc cum ex carnalibus, vel animalibus, essent spirituales futuri, profecto et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum capacius fuerant habituri. In nullo autem credendus est esse Pater sine Filio, et Spiritu sancto, aut Pater et Filius sine Spiritu sancto; aut Filius sine Patre et Spiritu sancto; aut sine Patre et Filio Spiritus sanctus; aut Pater et Spiritus sanctus sine Filio; sed ubi eorum quilibet unus, ibi Trinitas Deus unus. Oportebat autem ita insinuari Trinitatem, ut quamvis nulla esset diversitas substantiarum, sigillatim tamen commendaretur distinctio personarum : ubi eis qui recte intelligunt, nunquam videri potest separatio naturarum.

B Ex Tractatu XCV, super illis verbis : *Cum venerit, inquit, ille arguet mundum de peccato, et de justitia, et judicio.*

Quid est hoc? Nunquidnam Dominus Christus arguit mundum de peccato, cum ait : « Si non venissem, et locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo? » Sed ne quis forte dicat hoc ad Judæos proprie pertinere, non ad mundum, nonne alio loco inquit : « Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret? » Nunquid non arguit de justitia, ubi ait : « Pater juste, mundus te non cognovit? » Nunquid non arguit de judicio, ubi se ait sinistris esse dicturum : « Ite in ignem æternum,

ἵνα ἐγω ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Πα- C ματικῶς παρεγένετο. Εἰ γὰρ οὕτως ὁ Χριστὸς ράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶ. Ἂν μὴ τὴν ἐκείνων διέστη, ὡς ἀντ' ἐκείνου, ἀλλ' οὐ μετ' ἐκεί- ἀπαλὴν τροφὴν, ἣν ὑμᾶς μέχρι τοῦ νῦν ἔθρεψα, μὴ νου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκείνοις παρεῖναι, ποῦ ἡ ἀφέλωμαι, τῆς στερεᾶς; οὐκ ἐπιθυμήσετε. Εἰ σαρ- ἐπαγγελία τούτου λέγοντος, « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν κικῶς ἀνθέξεσθε τῆς σαρκὸς, οὐκ ἔσεσθε τοῦ Πνεύ- εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ ματος δεκτικοί. Τί γὰρ βούλεται, « Εἰ μὴ ἀπέλθω, αἰῶνος. » Καὶ πάλιν, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσό- ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν δὲ μεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Ἀλλὰ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον πρὸς ὑμᾶς; » Μὴ γὰρ ἐν- καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως αὐτοῖς ἐπηγγείλατο ταῦθα ὢν, τοῦτον οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; Τίς τοῦτ' πέμψειν, ἵνα μετ' αὐτῶν ᾖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ διὰ ἂν εἴποι; οὐδὲ γὰρ ὅπου ἦν οὗτος, ἐκεῖνος ἀπῆν. ταῦτα ἀπὸ σαρκικῶν γεγονότες πνευματικοὶ, ἀνα- Ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς οὕτως ἦλθεν, ὡς μὴ μένειν ἐν γκαίως καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ τῷ Πατρί; Εἶτα καὶ πῶς ἐκεῖνον κάνταῦθα διατρί- ἁγίου Πνεύματος ἔμελλον ἔσεσθαι δεκτικώτεροι. Ἐν βοῦν οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; ὃν ἴσμεν καὶ ἐλθεῖν πρὸς οὐδενὶ γὰρ πιστευτέον εἶναι τὸν Πατέρα ἄνευ τοῦ αὐτὸν βαπτιζόμενον καὶ μεῖναι· μᾶλλον μὲν οὖν ὃν Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ τὸν Πατέρα καὶ ἴσμεν τούτου διαπαντὸς ἀχώριστον ὄντα. Τί τοίνυν τὸν Υἱὸν ἄνευ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ τὸν Υἱὸν ἐστὶν, « Ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύ- D ἄνευ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ χω- σεται πρὸς ὑμᾶς, ἢ πάντως, Οὐχ οἷοί τε ἔσεσθε ρὶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἢ δέξασθαι τὸ Πνεῦμα, ἐφ' ὅσον τὸν Χριστὸν κατὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνευ τοῦ Υἱοῦ. σάρκα γινώσκειν σπουδάζετε; » Ὅθεν ἐκεῖνος ὁ τὸ Ὅπου γὰρ εἷς τις τούτων ἐστὶν, ἐκεῖ καὶ εἷς Θεὸς Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἤδη δεξάμενος, εἰ καὶ ἦδει μὲν τὸν ἡ Τριάς. Ἔδει δ' οὕτω τὴν Τριάδα παραδειχθῆναι, Χριστὸν κατὰ σάρκα, φησὶν, « Ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι ὥστ' εἰ καὶ μηδεμία ἦν ἐν τῇ οὐσίᾳ διαφορὰ, ὅ, ὡς οἴδαμεν. » Καὶ αὐτὴν γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ σάρκα παραδεχθῆναι τῶν προσώπων ἰδίως, καὶ οὕτως τοῖς οὐ σαρκικῶς εἶδεν ὁ τὸν Λόγον σάρκα γεγονότα νοοῦσιν ὀρθῶς χωρισμὸν φύσεως οὐδαμῶς θεωρεῖσθαι. πνευματικῶς εἰδώς. Τοῦτο πάντως ὁ ἀγαθὸς διδάσκαλος δηλοῦν ἐβούλετο λέγων· « Ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. Ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον ὑμῖν. » Τοῦ Χριστοῦ δὲ σωματικῶς διαστάντος, οὐ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐκείνοις πνευ-

Ἐκ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου λόγου· *Ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος, ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως.*

Τί βούλεται τοῦτο; μὴ γὰρ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἤλεγξε τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, ὅταν λέγῃ, « Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν

Digitized by Google

qui paratus est diabolo et angelis ejus? » Et multa aliа reperuntur in sancto Evangelio, ubi de his Christus arguit mundum. Quid est ergo, quod tanquam proprie tribuit hoc Spiritui sancto? An forte, quia Christus in Judæorum gente tantum locutus est, mundum non videtur arguisse, ut ille intelligatur argui, qui audit arguentem? Spiritus autem sanctus in discipulis ejus toto orbe diffusis non unam gentem intelligitur arguisse, sed mundum; nam hoc illis ait ascensurus in cœlum: « Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in tota Judæa, et in Samaria, et usque in fines terræ. » Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere, quod per discipulos Christi arguit mundum Spiritus sanctus, et non arguat ipse Christus, cum clamet Apostolus: « An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus? » Quos itaque arguit Spiritus sanctus, arguit utique et Christus. Sed quantum mihi videtur, quia per Spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordibus discipulorum, quæ foras mittit timorem, quo impediri possent, ne arguere mundum, qui persecutionibus fremebat, auderent; propterea dixit, « Ille arguet mundum. » Tanquam diceret: Ille diffundet in cordibus vestris A charitatem; sic enim timore depulso, arguendi habetis libertatem. Sæpe autem diximus inseparabilia opera esse Trinitatis; sed sigillatim commendare oportebat personas, ut non solum sine separatione, verum etiam sine confusione et unitas intelligatur et Trinitas.

Exponit deinde quomodo arguet, dicens, « de peccato, et de justitia, et de judicio. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. » Hoc enim peccatum, quasi solum sit, præ cæteris posuit: quia hoc manente, cætera detinentur, et hoc discedente cætera remittuntur. « De justitia vero, inquit, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. »

Hoc primo videndum est, si recte quisque arguitur de peccato, utrum recte arguatur et de justitia. Nunquid enim si arguendus est peccator propterea quia peccator est, arguendum putabit quisquam, et justum propterea quia justus est? Absit! nam si aliquando justus arguitur, ideo recte arguitur, quia, sicut scriptum est, « Non est justus in terra, qui faciet bonum et non peccabit. » Quocirca etiam cum justus arguitur, de peccato arguitur, non de justitia. Quoniam et in illo quod legimus divinitus dictum: « Noli effici justus multum; » non est notata justitia sapientis, sed superbia præsumentis; qui ergo fit multum justus, ipso nimio fit injustus. Multum enim se facit justum, qui dicit se non habere peccatum; aut qui se putat non gratia B

οὐκ εἶχον· » νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν; Ἀλλὰ ἵνα μή τις εἴπῃ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων μόνον ἰδίως εἰρῆσθαι, ἀλλαχοῦ φησιν· « Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. » Μὴ οὐκ ἤλεγξε καὶ περὶ δικαιοσύνης, ὅπου φησί· « Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σὲ οὐκ ἔγνω; » Ἀλλὰ καὶ περὶ κρίσεως ἤλεγξεν, ὅπου ἑαυτὸν φησιν ἐρεῖν τοῖς ἐξ εὐωνύμων, « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. » Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εὕροι τις ἂν ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ, ὅπου περὶ τούτων τὸν κόσμον ὁ Κύριος ἤλεγξε. Πῶς τοίνυν ὥσπερ ἰδίως τοῦτ' ἀπένειμε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Ἢ τάχα ὅτι ὁ Χριστὸς τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει μόνον διαλεχθείς, οὐκ ἂν δόξειεν αὐτὸς τὸν κόσμον ἐλέγξαι, ἀλλὰ τὸν ἀκούσαντα τῶν ἐλέγχων ἐκεῖνον μόνον ἐλεγχθῆναι; Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς ἀποστόλοις κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρεῖσιν οὐχ ἓν μόνον ἔθνος, ἀλλὰ τὸν κόσμον ὅλον ἐλέγξαι ἔοικεν· τοῦτο γὰρ εἶπεν αὐτοῖς μέλλων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν, « Οὐκ ἔστιν ὑμῶν γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἰερουσαλὴμ καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. » Ὅπερ ἐστὶ τὸ τὸν κόσμον ἐλέγξαι. Ἀλλὰ τίς τολμήσειε καὶ μόνον εἰπεῖν, οὐκ οὐδὲν τὸν Χριστὸν ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος, « Ἢ ζητεῖτε πεῖραν λαβεῖν τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ· » οὗς τοίνυν ἐλέγχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τούτους ἐλέγχει καὶ ὁ Χριστός. Ἀλλ' ἵνα τὸ ἐμοὶ δοκοῦν εἴπω, τούτου χάριν εἴρηκε, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἐπεὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκχεῖσθαι ἐμέλλεν ἡ ἀγάπη ἐν ταῖς καρδίαις τῶν μαθητῶν, ἣ τὸν φόβον ἔξω βάλλουσα, ᾧ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τοῦ τολμᾷν τὸν κόσμον ἐλέγχειν τοῖς κατ' αὐτῶν διωγμοῖς φρυαττόμενον. Ὡσανεὶ λέγων, Ἐκεῖνο ἐλέγξειν μέλλει τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ οὕτω τοῦ δέους ἐξελθόντος, μετ' ἀδείας τὸν κόσμον ἐλέγξετε. Πολλάκις δὲ εἴπομεν τὰ τῆς Τριάδος ἔργα ἀχώριστα εἶναι· ἐχρῆν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα ἰδίως παραδοθῆναι, ἵνα μὴ μόνον ἀδιαίρετος ἡ μονὰς, ἀλλὰ ἀσύγχυτος νοῆται καὶ ἡ Τριάς. C

Ἐφεξῆς δὲ ἑρμηνεύει, ὅπως ἐλέγξει. « περὶ ἁμαρτίας λέγων, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως· περὶ ἁμαρτίας μέν φησιν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. » Ταύτην γὰρ ὥσπερ μόνην οὖσαι παρὰ τὰς ἄλλας ἁμαρτίαν τίθησιν. Ἐπεὶ ταύτης μενούσης, τὰ ἄλλα κεκράτηνται, καὶ ταύτης ἀποχωρούσης, καὶ τὰ ἄλλα ἀφίενται. Περὶ δὲ δικαιοσύνης φησὶν, ὅτι « Πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, καὶ οὐκέτι με θεωρεῖτε. » D

Ἐνταῦθα πρῶτον θεωρητέον, εἴ τις ὀρθῶς περὶ ἁμαρτίας ἐλέγχεται, πῶς ἂν καὶ περὶ δικαιοσύνης ὀρθῶς ἐλεγχθείη. Εἰ γάρ τις τὸν ἁμαρτωλὸν ἐλέγχει ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι, μὴ καὶ τὸν δίκαιον ἔξεστιν ἐλέγχειν, ὅτι δίκαιός ἐστιν; Μὴ γένοιτο. Εἰ γάρ ποτε καὶ τὸν δίκαιον δεῖν ἐλέγχειν συγχωρηθείη, διὰ τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐλέγχοιτο, ἐπεὶ, καθὼς

Digitized by Google

Dei, sed sua voluntate sufficiente effici justum ; nec recte vivendo justus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de justitia, nisi de justitia credentium? Arguitur itaque de peccato, quia in Christum non credit, et arguitur de justitia eorum qui credunt; ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. Hoc et ipsa expositio satis indicat. Volens enim aperire quid dixerit : « De justitia vero, inquit quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. » Non ait, Et jam non videbunt me, de quibus dixerat : « Quia non credunt in me. » Sed peccatum quid vocaret exponens, de illis locutus est, dicens : « Quia non credunt in me. » Exponens autem, quam diceret justitiam, de qua dixit : « Mundus arguitur, » ad ipsos, quibus loquebatur, se convertit, atque ait : « Quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. » Quapropter mundus de peccato quidem suo, de justitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebræ; « Omnia enim, quæ arguuntur, ait Apostolus, a lumine manifestantur. » Quantum enim malum sit eorum qui non credunt non solum per seipsum, verum etiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse consuevit, Quomodo credimus quod non videmus? ideo credentium justitiam sic oportuit definiri : « Quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me; beati enim qui non vident, et credunt. » Nam et qui viderunt Christum, non in eo laudata est fides eorum, quia credebant quod videbant, id est, Filium hominis, sed quia credebant quod non videbant, id est, Filium Dei. Cum vero et ipsa forma servi subtracta eorum esset aspectibus, tum vero ex omni parte impletum est, « Justus ex fide vivit ; » est enim fides, sicut in Epistola quæ ad Hebræos est, definitur, « sperantium substantia, convictio rerum, quæ non videntur : » sed quid est, « Jam non videbitis me? » Non enim ait : « Ad Patrem vado, et non videbitis me, » ut temporis intervallum, quo non videbitur, significasse intelligeretur, sive breve, sive longum, utique tamen terminatum, sed dicendo : « Jam non videbitis me, » velut nunquam de cætero visuros esse Christum veritas prænuntiavit. Hæccine justitia est nunquam Christum videre, et in eum tamen credere : cum propterea laudatur fides, ex qua justus vivit, quoniam credit, quem modo non videt Christum, sed aliquando esse visurum? Postremo secundum hanc justitiam nunquid dicturi sumus Paulum apostolum non fuisse justum, confitentem se Christum vidisse post ascensionem ejus in cœlum, de quo utique jam tempore dixerat, « Jam non videbitis me? » Nunquid secundum hanc justitiam justus non erat gloriosissimus Stephanus, qui, cum lapidaretur, ait : « Ecce video cœlum apertum, et Filium hominis stantem ad dextram

γέγραπται, « Οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ γῆς, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσει. » Ὥστ' εἰ κἀκεῖνος ἐλέγχοιτο, περὶ ἁμαρτίας, ἀλλ' οὐ περὶ δικαιοσύνης ἐλέγχοιτο ἄν. Ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον λόγιον, « Μὴ γίνου κατὰ πολὺ δίκαιος, » φάσκον, οὐ τῆς τοῦ σοφοῦ δικαιοσύνης ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ τὴν δι' ὑπόνοιαν ὑπερηφανίαν κολάζει. Καὶ γὰρ λίαν γενόμενος δίκαιος, ἄδικος αὐτῇ γίνεται τῇ ὑπερβολῇ. Κατὰ πολὺ γὰρ ἑαυτὸν ποιεῖ δίκαιον ὁ λέγων ἑαυτὸν ἁμαρτίαν μὴ ἔχειν, ἢ ὁ μὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ βουλήσει τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην ἀνατιθείς, ὁ δὲ τῇ ὀρθότητι τοῦ βίου δίκαιός ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον πεφυσιωμένος, οἰόμενος ἑαυτὸν εἶναι ὅπερ οὐκ ἔστι. Ποίῳ τοίνυν λόγῳ ἔδει τὸν κόσμον ἐλεγχθῆναι περὶ δικαιοσύνης; Πάντως ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης. Ἐλέγχεται τοίνυν περὶ ἁμαρτίας ὁ κόσμος, ὅτι μὴ πιστεύει εἰς τὸν Χριστόν. Ἐλέγχεται καὶ περὶ δικαιοσύνης ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης· αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν πιστῶν πρὸς τοὺς ἀπίστους παράθεσις αὐτῶν τῶν ἀπίστων ἐστὶν ὀνείδος. Τοῦτο δὲ ἱκανῶς δηλοῖ καὶ τὸ ἐπαγόμενον. Βουλόμενος γὰρ διανοῖξαι τὸ εἰρημένον, « Περὶ δὲ δικαιοσύνης, φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. » Οὐκ ἔφησεν, Οὐκ ἔτι με θεωροῦσι, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι « Οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. » Ἀλλὰ τὴν μὲν ἁμαρτίαν τί ἐκάλεσεν, ἐξηγούμενος περὶ ἐκείνων, λέγων, φησὶν, « Ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· » ἣν δ' ἔφησε δικαιοσύνην ἐξηγούμενος περὶ ἧς ἐλεγχθήσεσθαι τὸν κόσμον εἰρήκει, ἀπ' ἐκείνων πρὸς τοὺς προσδιαλεγομένους στρέφεται, καὶ φησὶν, ὅτι « Πρὸς τὸν Πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. » Ὅθεν δῆλον, ὡς περὶ ἁμαρτίας μὲν ἐκ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας ὁ κόσμος ἐλέγχεται, περὶ δὲ δικαιοσύνης ἐκ τῆς ἀλλοτρίας δικαιοσύνης, ὥσπερ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος ἐλέγχεται. « Τὰ γὰρ ἐλεγχόμενα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανερροῦται. » Ὅσον γάρ ἐστι τὸ τῶν ἀπίστων κακὸν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ τῶν πιστευόντων ἀγαθοῦ δυνατὸν δῆλον γενέσθαι. Καὶ ἐπεὶ ταύτην εἰώθασιν οἱ ἄπιστοι τὴν φωνὴν ἀφιέναι, Πῶς ἄρ' ὅπερ οὐχ ὁρῶμεν πιστεύομεν; τούτου χάριν ἐδέησε τὴν τῶν πιστῶν δικαιοσύνην ὁρίσασθαι, τῷ πρὸς τὸν Πατέρα τοῦτον πορεύεσθαι, καὶ μηκέτι ὑπ' αὐτῶν θεωρεῖσθαι. « Μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. » Καὶ γὰρ καὶ τῶν τὸν Χριστὸν ἰδόντων ἡ πίστις οὐ τούτου χάριν ἐγκωμιάζεται, ὅτι τοῦθ' ὅπερ ἑωράκεσε πεπιστεύκασι, τουτέστι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ὅτι πεπιστεύκασιν ὅπερ οὐκ ἔβλεπον, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δηλονότι. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ τῆς ὄψεως αὐτῶν ἀφῃρέθη, τότε πανταχόθεν πεπλήρωται τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Ἔστι γὰρ ἡ πίστις, ὡς αὐτὴν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ὁρίζεται, « ἐλπιζομένων πραγμάτων ὑπόστασις, ἔλεγχος μὴ βλεπομένων. » Τί δέ ἐστιν, « Οὐκ ἔτι με θεωρήσετε; » Οὐ γὰρ οὕτως ἔφητε, « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ὡς δηλῶσαι καὶ διάστημα χρόνου, εἴτε μετὰ μήκους, εἴτε συνεσταλμένον, πλὴν ἑκατέρωθεν ὡρισμένον ἐν ᾧ οὐκ ὀφθήσεται, ἀλλ' εἰπὼν, « Οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ὡσὰν

Digitized by Google

Dei ? » Quid ergo est, « Ad Patrem vado, et jam non videbitis me, » nisi quomodo sum, cum vobiscum sum ? Tunc enim adhuc erat mortalis, in similitudine carnis peccati, qui esurire poterat, atque sitire, fatigari, atque dormire. Hunc ergo Christum, id est, talem Christum, cum transisset de hoc mundo ad Patrem, non erant jam visuri, et ipsa est justitia fidei, de qua dicit Apostolus : « Et si noveramus Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus. » Erit itaque, inquit, vestra justitia, qua mundus arguetur, « Quia vado ad Patrem et jam non videbitis me ; » quoniam in eum, quem non videbitis, credetis in me ; et quando me videbitis, quo tunc ero, non videbitis me, quo sum vobiscum, modo. Non videbitis (me) humilem, sed excelsum ; non videbitis mortalem, sed sempiternum ; non videbitis judicandum, sed judicaturum, et de hac fide vestra, id est, justitia vestra, arguet Spiritus sanctus incredulum mundum. Arguet etiam de judicio, quia princeps hujus mundi judicatus est. Quis est iste, nisi de quo ait alio loco : « Ecce venit princeps mundi, et in me nihil inveniet, » id est, nihil juris sui, nihil quod ad eum pertineat, nullum scilicet omnino peccatum ? Per hoc enim est diabolus princeps mundi. Non enim cœli, et terræ, et omnium quæ in eis sunt, est diabolus princeps, qua significatione intelligitur mundus, A ubi dictum est : « Et mundus per eum factus est, » sed mundi est diabolus princeps, de quo mundo ibi continuo subjungit, atque ait : « Et mundus eum non cognovit, » hoc est homines infideles, quibus toto orbe terrarum mundus est plenus : inter quos gemit fidelis mundus, quem de mundo elegit, per quem factus est mundus, de quo ipse dicit : « Non venit Filius hominis, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. » Mundus, eo judicante, damnatur. Mundus, eo subveniente, salvatur. Quoniam sicut arbor foliis et pomis, sicut area palcis et frumentis, ita infidelibus et fidelibus plenus est mundus. Princeps ergo mundi hujus, hoc est princeps tenebrarum harum, hoc est infidelium, de quibus eruitur mundus, quibus B dicitur : « Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino ; » princeps mundi hujus, de quo alibi dicit : « Nunc princeps mundi hujus missus est foras, » utique judicatus est, quoniam judicio ignis æterni irrevocabiliter destinatus est. Et de hoc itaque judicio, quo princeps judicatus est mundi, arguitur a Spiritu sancto mundus : quoniam cum suo principe judicatur, quem superbum atque impium imitatur. Si enim « Deus, sicut dicit apostolus Petrus, peccantibus angelis non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit in judicio puniendos servari : » quomodo non »

μηδαμῶς τοῦ λοιποῦ τὸν Χριστὸν ὀψομένους ἡ ἀλήθεια προηγόρευσεν. Αὕτη ὁμολογουμένως ἀδικία ἐστί, πιστεύειν μὲν εἰς Χριστὸν, μήποτε δὲ αὐτὸν ὄψεσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπαινεῖται ἡ πίστις ἐξ ἧς ὁ δίκαιος ζήσεται· ὅτι ὃν νῦν οὐ βλέπει Χριστὸν, τοῦτον ὄψεσθαι πιστεύει ποτέ. Εἶτα κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην, οὐδὲ τὸν ἀπόστολον Παῦλον δίκαιον ἐροῦμεν γενέσθαι, λέγοντα τὸν Χριστὸν ἰδεῖν μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν· καίτοι περὶ τοῦ καιροῦ τούτου εἰρηκότα, « Οὐκ ἔτι με ὄψεσθε. » Μὴ κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην οὐκ ἦν δίκαιος καὶ ὁ ἐνδοξότατος Στέφανος, ὃς λιθαζόμενος ἔφησεν· « Ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ ; Τί τοίνυν ἐστὶ, « Πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ἢ ὥσπερ νῦν εἰμι μεθ' ὑμῶν ; Τότε γὰρ ἔτι θνητὸς ἦν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ πεινῆν ἠδύνατο καὶ διψῆν καὶ πονεῖν καὶ καθεύδειν. Τοῦτον τοίνυν τὸν Χριστὸν, τουτέστι τοιοῦτον, οὐκ ἔτι ἔμελλον ὄψεσθαι, μετὰ τὸ τὸν κόσμον ἀφεῖναι· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς πίστεως δικαιοσύνη, περὶ ἧς φησιν ὁ Ἀπόστολος, « Εἰ καὶ ἤδειμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. » Ἔσται τοίνυν, φησὶν, ἡμετέρα δικαιοσύνη, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐξελεγχθήσεται, τὸ πορεύεσθαί με πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖν ὑμᾶς, ὅτι εἰς ὃν οὐκ ὄψεσθέ με πιστεύετε. Ὅταν δὲ ἴδητέ με ὅπερ ἔσομαι, τότε οὐκ ὄψεσθε ὃ νῦν εἰμι μεθ' ὑμῶν· οὐκ ὄψεσθέ με ταπεινὸν, ἀλλὰ ὑψηλόν· οὐκ ὄψεσθέ με θνητὸν, ἀλλ' αἰώνιον· οὐκ ὄψεσθέ με κρινόμενον, ἀλλὰ δικαστήν. Ἐκ τῆς ὑμετέρας τοίνυν ταύτης πίστεως, τουτέστι τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, τὸν ἄπιστον κόσμον ἐλέγξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐλέγξει δὲ τοῦτον καὶ περὶ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου ; Ἐκεῖνος περὶ οὗ ἔφησεν ἀλλαχοῦ· « Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν, » τουτέστιν, οὐδὲν ἁμάρτημα, δηλονότι οὐδὲν τῶν αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν ὁ διάβολός ἐστιν ἄρχων τοῦ κόσμου. Οὐ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, καθ' ἣν σημασίαν τοῦ κόσμου λέγεται, « Ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· » ἀλλ' ἐκείνου τοῦ κόσμου ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, περὶ οὗ φησιν ἐφεξῆς, « Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, » τουτέστιν οἱ ἄπιστοι ἄνθρωποι, ὧν καθ' ὅλον ἑαυτὸν πλήρης ἐστὶν ὁ κόσμος. Ὧν μεταξὺ ὁ πιστὸς κόσμος στένει, ὃν ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ἐκεῖνος, δι' οὗ γέγονεν ὁ κόσμος. Περὶ οὗ φησιν ὁ αὐτός· « Οὐκ ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα ὁ κόσμος σωθῇ δι' αὐτοῦ. » Ὁ κόσμος τούτου κρίνοντος κατακρίνεται, ὁ κόσμος τούτου βοηθοῦντος σώζεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ δένδρον καὶ φύλλων, καὶ μήλων, καὶ ἡ ἅλως καὶ ἀχύρων καὶ σίτου, οὕτως ὁ κόσμος καὶ πιστῶν καὶ ἀπίστων ἐστὶ πλήρης· ὁ ἄρχων τοίνυν τοῦ κόσμου, τουτέστι τοῦ σκότους τούτου, ἡγοῦν τῶν ἀπίστων, ὧν ἀπαλλάττεται ὁ κόσμος, περὶ οὗ φησιν, « Ἠτέ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· » περὶ οὗ φησιν ἀλλαχοῦ, « Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω, » ἤδη κέκριται, ἐπείπερ ἀνεπίστροφος ὢν ὥρισται κρίσει πυρὸς αἰωνίου. Περὶ ταύτης τοίνυν τῆς κρίσεως,

Digitized by Google

Spiritu sancto de hoc judicio mundus arguitur, quando in Spiritu sancto hæc loquitur Apostolus? Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ, quo peccata omnia detinentur. Transeant in numerum fidelium, ne arguantur de justitia eorum quos justificatos non imitantur; caveant futurum judicium: ne cum mundi principe judicentur, quem judicatum imitantur: etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Ex Tractatu XCVI, super illis verbis: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.*

Et post pauca:

Quæ ista sint, quæ apostoli tunc portare non poterant, vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere jam capacem, quæ illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me exspectanda sunt, ut dicantur, quæ forte non caperem si ab alio dicerentur: nec vos ea portare possetis, etiamsi ego tantus essem, ut a me ista, quæ vobis altiora sunt, audiretis. Et fieri quidem potest, ut sint in vobis aliqui ad ea capienda jam idonei, quæ alii capere nondum valent, et si non omnia, de quibus magister ille Deus dicebat, « Adhuc multa habeo vobis dicere, » tamen eorum fortasse nonnulla; sed quænam sint ista, quæ ipse non dixit, temerarium est velle præsumere et dicere. Nam et mori pro Christo nondum erant idonei tunc apostoli, quibus dicebat, « Non potestis me sequi modo. » Unde primus eorum Petrus, qui jam hoc se posse præsumpserat, aliud expertus est, quam putabat: et tamen postea, et viri et mulieres, pueri et puellæ, juvenes et virgines, seniores cum junioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, et posse inventæ sunt portare oves quod tunc, quando ista Dominus loquebatur, nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis omnibus dici in illo tentationis articulo, quo certare usque ad mortem pro veritate oportebat, et pro Christi nomine, vel doctrina sanguinem fundere; nunquid, inquam, debuit eis dici: Quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare? cui Petrus idoneus nondum fuerat, quando eum os ad os ipse Dominus instruebat? Sic itaque dixerit aliquis, non debere dici populis Christianis audire cupientibus, quæ sint de quibus Dominus tunc dicebat: « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: » Si apostoli nondum poterant, multo minus vos potestis, quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondum poterat Petrus, sicut multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus: præsertim jam misso Spiritu sancto, qui tunc nondum erat missus, de quo continuo subjungit, atque ait: « Cum autem venerit ille Spiritus

καθ' ἣν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται, ἐλέγχει τὸν κόσμον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι μετὰ τοῦ ἰδίου ἄρχοντος, ὃν ὑπερήφανον ὄντα καὶ ἀσεβῆ ζηλοῖ, κρίνεται. Εἰ γὰρ « ὁ Θεὸς, καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος Πέτρος, ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' εἱρκταῖς ζόφου ἄδου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους, » πῶς οὐχ ὑπὸ Πνεύματος τοῦ ἁγίου περὶ ταύτης τῆς κρίσεως ὁ κόσμος ἐλέγχεται, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τοῦ Ἀποστόλου ταῦτα λαλήσαντος; Πιστευέτωσαν οὖν οἱ ἄνθρωποι τῷ Χριστῷ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐλέγξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ τοῦ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας ἁμαρτήματος, ἐν ᾧ ἁμαρτήματι πάντα τὰ ἄλλα κεκράτηνται. Συναριθμηθείτωσαν τοῖς πιστοῖς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν ὑπὸ τῆς ἐκείνων δικαιοσύνης, οὓς δικαιωθέντας οὐ μιμοῦνται· φυλαττέσθωσαν τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἵνα μὴ αὖν τῷ ἄρχοντι τοῦ κόσμου κριθῶσιν, ὃν ἤδη κεκριμένον μιμοῦνται· ἵνα γὰρ μὴ ἡ σκληρὰ τῶν θνητῶν ὑπερηφανία φείσασθαι ταύτης οἴηται τὸν Θεὸν, ταῖς ποιναῖς τῶν ὑπερηφάνων ἀγγέλων κατασείσθω.

Ἐκ τοῦ ιϛ' λόγου, ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασιν· *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Καὶ μετ' ὀλίγα·*

Γινώσκειν ἴσως ἐπιθυμεῖτε, ἅπερ οἱ ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Ἀλλὰ τίς ἂν ἡμῶν τολμήσειε τούτων χωρητικὸν ἑαυτὸν ἤδη λέγειν, ἅπερ ἐκείνοι τότε γινώσκειν οὐκ ἴσχυον; Ὅθεν οὐδὲ παρ' ἐμοῦ ταῦτ' ἀναμένειν μαθησομένου; προσήκει, ἅπερ ἴσως οὐδὲ παρ' ἄλλου λεγόμενα δυνατός εἰμι δέξασθαι. Ἀλλ' οὐδ' ὑμεῖς δύναισθ' ἂν ταῦτα βαστάζειν, εἰ κἀγὼ τοσοῦτος ἦν, εἰ παρ' ἐμοῦ τὰ τὴν διάνοιαν ὑπερβαίνοντα τὴν ὑμετέραν ἠκούετε. Δυνατὸν μὲν οὖν ἐν ὑμῖν εἶναί τινας ἱκανοὺς μᾶλλον τῶν ἄλλων πρὸς ὑποδοχὴν, εἰ καὶ μὴ πάντων ἐκείνων, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ διδάσκαλος καὶ Θεὸς, « Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, » ὅμως τινῶν ἐξ ἐκείνων. Ἀλλὰ τίνα ἂν εἶεν ἐκεῖνα περὶ ὧν ἐκεῖνος οὐκ ἔφησεν, αὐθαδες τολμᾷν λέγειν ἐπιχειρεῖν. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον οὔπω' ἦσαν οἱ ἀπόστολοι ἱκανοὶ, οἷς ἔλεγεν, « Οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθῆσαι. » Καὶ ὁ γε πρῶτος αὐτῶν Πέτρος, ὃς ἱκανῶς ᾤετο πρὸς τοῦτο παρεσκευάσθαι, ἑτέρου πεπείραται ἅπερ ᾤετο. Ἀλλ' ὅμως ὕστερον καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ μείρακες, καὶ παρθένοι, καὶ νέοι καὶ πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, ἀναρίθμητοι δῆμοι ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυροῦντες ἐστεφανοῦντο· καὶ μετὰ ταῦτα εὑρέθησαν δυνάμενα βαστάζειν τὰ πρόβατα, ἅπερ ἅτε ταῦτ' ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ βαστάζειν οἱ ποιμένες οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Ἆρα τοίνυν ἐχρῆν τοῖς προβάταις ἐκείνοις ῥηθῆναι, ἐπηρτημένου τοῦ πειρασμοῦ ἐν ᾧπερ ἔδει μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀντικαθίστασθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὸ αἷμα προΐεσθαι; ἆρα τοίνυν, ὅπερ ἔφην, ἐχρῆν ἐκείνοις εἰρῆσθαι, Τίς ὑμῶν πρὸς τὸ μαρτύριον ἱκανὸν ἑαυτὸν λέγειν τολμήσειε, πρὸς ὃ πρότερον ὁ Πέτρος οὐκ ἤρκει, ὅτε στόμα πρὸς στόμα αὐτὸν ὁ Κύριος ἤλειφεν; Οὐδαμῶς. Οὕτω τοίνυν καὶ νῦν εἴποι τις ἄν, μὴ δεῖν τοῖς τῶν Χριστιανῶν λέγεσθαι δήμοις ἐπιθυμοῦσιν ἀκοῦσαι, τίνα ἦν, περὶ ὧν ὁ Κύριος ἔλεγε τότε, « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν,

Digitized by Google

veritatis, docebit vos omnem veritatem, » sic utique demonstrans illos ideo quæ habebat dicere, portare non posse : quia nondum ad eos venerat Spiritus sanctus. Ecce concedamus ut ita sit, multos ea modo portare posse, jam misso Spiritu sancto, quæ tunc eo nondum misso, non poterant portare discipuli : nunquid ideo scimus, quæ sint quæ dicere noluit, quæ tunc sciremus si ab eo dicta legeremus, vel audissemus? Aliud est enim scire, utrum a nobis, vel a vobis portari possint, aliud scire quænam essent, sive portari possint, sive non possint. Quæ cum ipse tacuerit, quis nostrum dicat, Ista, vel illa sunt? Aut si dicere audeat, unde probat? Quis enim est tam vanus aut temerarius, qui cum dixerit aliquis etiam vera quibus voluerit, quæ voluerit, sine ullo testimonio divino affirmet ea esse, quæ tunc dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat, et non maximam culpam temeritatis incurrat, in quo nec prophetica, nec apostolica excellit auctoritas? Non profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis, qui post Ascensionem Domini scripti sunt, parum fuerit hoc legisse : nisi illic id etiam legeretur, hoc ex eis esse, quæ tunc Dominus noluit discipulis dicere, quia non poterant illa portare.

A

B

Et post nonnulla :

Quapropter, charissimi, non a nobis exspectetis audire, quæ tunc noluit Dominus discipulis dicere, quia nondum poterant illa portare : sed potius in charitate proficite, quæ diffunditur in cordibus vestris per Spiritum sanctum, qui datus est vobis, ut spiritu ferventes, et spiritualia diligentes, spiritalem lucem spiritalemque vocem, quam carnales et animales homines ferre non possunt, non aliquo signo corporalibus oculis apparente, nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente, sed interiore conspectu et auditu nosse possitis. Non enim diligitur quod penitus ignoratur, sed cum diligitur, quod ex quantulacunque parte cognoscitur, ipsa efficitur dilectione, ut melius et plenius cognoscatur. Si ergo in charitate proficiatis, quam diffundit in cordibus Spiritus sanctus, « Docebit vos omnem veritatem ; » vel, sicut alii codices habent, « Deducet vos in omni veritate. » Unde dictum est : « Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua. » Sic fiet, ut non a doctoribus exterioribus illa discatis, quæ noluit Dominus tunc dicere, sed sitis omnes docibiles Deo : ut ea ipsa, quæ per lectiones atque sermones extrinsecus adhibitos didicistis, et credidistis de natura Dei non corporea, nec loco aliquo inclu-

ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι · » Εἰ ταῦτα οἱ ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐκ ἴσχυον, πολλῷ τοῦθ' ἧττον ὑμεῖς δύνασθε · ἐπεὶ τυχὸν οὕτω πολλοὶ δύνανται νῦν ἀκούειν, ἅπερ ὁ Πέτρος τότε οὐκ ἴσχυεν, ὥσπερ πολλοὶ δύνανται νῦν μαρτυρίῳ στεφανωθῆναι, ὅπερ τότε ὁ Πέτρος οὐκ ἴσχυε, μάλιστα καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πεμφθέντος νῦν, ὅπερ οὔπω τότε ἀπεσταλμένον ἦν, περὶ οὗ συνάπτων ἐφεξῆς λέγει · « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδήγει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν · » ἐντεῦθεν δηλαδὴ δεικνὺς διὰ τοῦτο ἐκείνους μὴ δυναμένους βαστάζειν τὰ παρ' ἐκείνου ῥηθησόμενα, ὅτι μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεγένετο. Πλὴν ἀλλὰ καὶ συγχωρηθέντος πολλοὺς εἶναι τοὺς νῦν δυναμένους βαστάζειν, πεμφθέντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἃ τότε μήπω πεμφθέντος οἱ ἀπόστολοι βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν, μὴ παρὰ τοῦτο ἴσμεν, τίνα ἂν εἴη, ἅπερ τότε εἰπεῖν οὐ βεβούληται, ἃ τότε ἴσως ἔγνωμεν ἄν, εἰ παρ' ἐκείνου ῥηθέντα ἢ ἠκούομεν ἢ ἀνεγινώσκομεν ; Ἕτερον γάρ ἐστιν εἰδέναι πότερον παρ' ὑμῶν, ἢ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνα δυνατὸν βαστακθῆναι, ἕτερον εἰδέναι τίνα ἦσαν, εἴτε δυνατὰ βαστάζεσθαι εἴτε μή. Ἅπερ ἐπείπερ ἐκεῖνος ἐσίγησε, τίς ὑμῶν ἐρεῖ ἐκεῖνα εἶναι ἢ ταῦτα ; εἰ δὲ καὶ λέγειν τολμήσειε, πῶς τοῦτ' ἀποδείξει ; Τίς γὰρ οὕτω μάταιος, ἢ αὐθάδης, ὃς καὶ τυχὸν εἰπόντος τινὸς ἅπερ βεβούληται, καὶ οἷς βεβούληται, διισχυρίσαιτο ταῦτ' εἶναι ὅπερ ὁ Κύριος τότε παρῆτήσατο λέγειν, ἄνευ θείας τινὸς μαρτυρίας ; Τίς ἡμῶν τοῦτο ποιήσας, οὐ μεγίστῳ περιπεσεῖσαι αὐθαδείας ἐγκλήματι, οὕτως εὐκόλως συντιθέμενος, μήτε προφητικῆς, μήτε ἀποστολικῆς αὐθεντίας ἡγουμένης τῶν λόγων ; Πάντως γὰρ εἰ καί τι τούτων ἐτύχομεν ἀναγνόντες ἐν τοῖς κανονικοῖς καὶ ἀξιώματι βεβαιωθεῖσι βιβλίοις, καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν τοῦ Χριστοῦ γραφέντων, οὐκ ἂν ἤρκεσε τοῦτ' ἀναγνῶναι, εἰ μὴ καὶ τοῦτ' αὐτόθι πρὸς τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ὅτι μηδὲ ἠδύναντο βαστάζειν ἐκεῖνα.

Καὶ μεθ' ἕτερα·

Οθεν, ἀγαπητοί, μὴ παρ' ἡμῶν ἀναμένητε ταῦτ' ἀκοῦσαι, ἅπερ ὁ Κύριος τότε τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν παρῃτήσατο, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτετε, τῇ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ δοθέντος ἡμῖν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν χεομένῃ, ἵνα τῷ πνεύματι ζέοντες, καὶ τῶν πνευματικῶν ἐρῶντες, πνευματικῆς ὑγείας καὶ πνευματικῆς διδασκαλίας, συνηθῶς γνῶναι τὰ παρὰ τῶν ψυχικῶν ἀνθρώπων βαστάζεσθαι μὴ δυνάμενα, οὐ σημείοις ἔξωθεν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς φαινόμενα, οὐδέ τισιν ἤχοις τοῖς σωματικοῖς ὠσὶν ἐνηχούμενα, ἀλλὰ τῇ ἔνδον δύῃ καὶ ἀκοῇ. Οὐ γὰρ ἂν φιλήθείη τὸ καντελῶς ἀγνοούμενον, ἀλλ' ὅταν ἀμηγέπη γινώσκηται τὸ φιλούμενον, αὐτῇ τῇ ἀγάπῃ συμβαίνει καὶ πλέον ἐκεῖνο καὶ βέλτιον γινώσκεσθαι. Ἂν τοίνυν, ὅπερ ἔφην, ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτητε, ἣν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐκχεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸ ὁδήγει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἢ καθὼς ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὑρίσκεται· « ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » Ὅθεν εἴρηται· « Ὁδήγησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » Καὶ οὕτως ὑμῖν συμβήσεται οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν διδασκάλων ὑμᾶς ἐκεῖνα μαθεῖν, ἅπερ ὁ Κύριος εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ γενέσθαι διδακτοὺς τῷ Θεῷ, ἵν' ἅπερ δι' ἀναγνώσεως καὶ λόγων ἔξωθεν προσενεχθέντων ἐμάθετε, καὶ πεπιστεύκατε περὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδενὶ πώπω

C

D

Digitized by Google

sa, nec per finita spatia locorum, quasi mole distenta, sed ubique tota, et perfecta, et infinita sine nitoribus colorum, sine figuris lineamentorum, sine notis litterarum, sine serie syllabarum, ipsa mente conspicere ac perspicere valeatis. Ecce dixi aliquid, quod forte inde sit, et tamen accepistis, et non solum ferre potuistis, verum etiam libenter audistis. Sed ille Magister interior, qui cum adhuc discipulis exterius loqueretur, ait : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, » si vellet nobis id quod de incorporea Dei natura dixi, intrinsecus ita dicere, sicut sanctis angelis dicit, qui semper vident faciem Patris, nondum ea portare possemus. Proinde quod ait : « Docebit vos omnem veritatem ; » vel : « Deducet vos in omni veritate, » non arbitror in hac vita in cujusquam mente posse compleri. Quis enim vivens in hoc corpore, quod corrumpitur, et aggravat animam, possit omnem cognoscere veritatem, cum dicat Apostolus : « Ex parte scimus ? » Sed quia per Spiritum sanctum fit, unde nunc pignus accepimus, ut ad ipsam quoque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apostolus : « Tunc autem facie ad faciem : » et : « Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum ; » non quod in hac vita, sed totum, quod usque ad illam perfectionem futurum est, quam nobis Dominus promisit, per charitatem Spiritus, dicens : « Docebit vos omnem veritatem, » vel : « Deducet vos in omni veritate. » Quæ cum ita sint, dilectissimi, moneo vos in charitate Christi, ut seductores caveatis impuros, et obscenæ turpitudinis sectas, de quibus ait Apostolus : « Quæ autem occulte fiunt ab istis, turpe est et dicere ; » ne cum horrendas immunditias docere cœperint, quas humanæ aures qualescunque sint portare non possunt, dicant ipsa esse, quæ Dominus ait : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, » et per Spiritum sanctum asserant fieri, ut possint illa immunda et nefanda portari. Alia sunt mala, quæ portare non potest qualiscunque pudor humanus, et alia sunt bona, quæ portare non potest parvus sensus humanus. Ista fiunt corporibus impudicis, illa remota sunt a corporibus universis, hoc impura carne committitur, illud pura mente vix cernitur. Renovamini ergo Spiritu mentis vestræ, et intelligite, quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum est, ut in charitate radicati et fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, et profundum, cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Isto enim modo vos docebit Spiritus sanctus omnem veritatem, cum magis magisque diffundet in cordibus vestris charitatem.

περιεχομένης, μήτ' ἀπείροις διαστήμασι τόπων, ὥσπερ τι μέγεθος διατεταμένης, ἀλλὰ πανταχοῦ ὅλης, τελείας καὶ ἀπείρου, ἄνευ χρωμάτων αὐγῆς, ἄνευ σχημάτων γραμμικῶν, ἄνευ σημείων γραμμάτων, ἄνευ ὑφῆς συλλαβῶν, αὐτῇ τῇ διανοίᾳ κατοπτεύειν καὶ νοεῖν δυνηθῆτε. Ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν τι, ἴσως ἐκεῖθεν ὄν, καὶ ὅμως τοῦτο δεξάμενοι, οὐ μόνον βαστάζειν δεδύνησθε, ἀλλὰ καὶ ἡδέως ἠκούσατε. Ἀλλ' εἴπερ ὁ ἔνδον ἐκεῖνος διδάσκαλος, ὃς τοῖς μαθηταῖς ἔξωθεν ἔτι διαλεγόμενος, « Πολλά, εἶπεν, ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, » ἠθέλησεν ὑμῖν ἔνδοθεν οὕτω διαλεχθῆναι, περὶ ἧς εἶπον ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις φησίν, οἳ διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός, οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν τὴν διδασκαλίαν βαστάσαι. Ὅθεν ὅ φησι, « Διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, » ἤ, « Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, » ἥκιστα νομίζω κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐν διανοίᾳ τινὸς δύνασθαι πληρωθῆναι. Τίς γὰρ ἐν τῷ φθαρτῷ τούτῳ σώματι ζῶν, καὶ βαρύνοντι τὴν ψυχὴν, πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν δυνήσεται γνῶναι, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, « Ἐκ μέρους γινώσκομεν ; » ἀλλὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου γίνεται, οὗ νῦν τὸν ἀῤῥαβῶνα λαμβάνομεν, ὡς καὶ ἐπ' αὐτὴν ποτε τὴν τελειότητα ἀφικέσθαι, περὶ ἧς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει· « Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· » καὶ, « Νῦν γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· » οὐκ ἐν τῇ παρούσῃ τοσοῦτον ζωῇ, ἀλλ' ἐν τῇ μελλούσῃ τελειότητι, ἣν ὁ Κύριος ὑπέσχετο δι' ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, λέγων· « Διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, » ἤ, « Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » Ἅπερ ἐπείπερ οὕτως ἔχει, φίλτατοι, ὑμῖν ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ παραινεῖ τοὺς ἀκαθάρτους ἀπατεῶνας φυλάττεσθαι, καὶ τὰς αἰσχύνης αἱρέσεις, περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Τὰ γὰρ κρυφῇ ἀπ' αὐτῶν γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν· » ἵνα μὴ τὰς ἀποτροπαίους ἀκαθαρσίας διδάσκειν ἀρχόμενοι, ἃς ἀνθρώπιναι ἀκοαὶ, οἷαι ἂν ὦσι, βαστάζειν ἀδυνατοῦσι, λέγωσι ταῦτα εἶναι ἐκεῖνα, περὶ ὧν ὁ Κύριος ἔφησε· « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, » καὶ Πνεύματι ἁγίῳ διισχυρίζονται γίνεσθαι, δυνατὸν εἶναι τὰ ἀνόσια ἐκεῖνα βαστάζεσθαι, καὶ ἀκαθαρτα. Εἰσὶ μὲν γάρ τινα κακὰ, ἃ φέρειν ἀδυνατεῖ καὶ ἡ τυχοῦσα τῶν ἀνθρώπων αἰδώς· εἰσὶ δέ τινα ἀγαθὰ, ἅπερ ἀνθρωπίνη γνῶσις μικρὰ φέρειν οὐ δύναται. Ταῦτα ἐν τοῖς ἀναιδέσι σώμασι γίνονται· ἐκεῖνα πόῤῥω πάντων σωμάτων εἰσί. Ταῦτα ἐν μόνῃ τελεῖται τῇ σαρκὶ· ἐκεῖνα μόλις ὁρᾶται καὶ καθαρᾷ διανοίᾳ. Ἀνακαινίζεσθε τοίνυν τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, καὶ κατανοεῖτε τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· ἵνα ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι, καὶ τεθεμελιωμένοι, δύνησθε μετὰ πάντων τῶν ἁγίων καταλαβεῖν, τί τὸ μῆκος, καὶ ὕψος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, γνῶναι τί τὸ ὑπερέχον τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· ἵνα πληρωθῆτε παντὶ πληρώματι τοῦ Θεοῦ· οὕτω γὰρ ὑμᾶς διδάξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὅταν μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐκχέῃ τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Digitized by Google

Ex Tractatu XCIX, super illis verbis : *Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur*, de quibus circa medium hæc ait :

Cum igitur Spiritus sanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione angeli sit angelus factus, nulla susceptione cujuscunque creaturæ creatura sit factus, quomodo de illo intelligendum est, quod Dominus ait : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur ? » Ardua quæstio, nimis ardua. Ipse adsit Spiritus, ut saltem, sicut eam cogitare possumus, sic eloqui possimus, ac sic ad intelligentiam vestram pro mei moduli facultate perveniam. Prius itaque nosse debetis, et intelligere quod potestis, credere autem quod intelligere nondum potestis, in ea substantia, quæ Deus est, non quasi per corporis molem sensus locis propriis distributos, sicut in carne mortali animalium alibi est visus, alibi auditus, alibi gustus, alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilique natura ! Audire ergo ibi et videre, unum est. Dicitur et olfactus in Deo ; unde dicit Apostolus : « Sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. » Et gustus intelligi potest, secundum quem Deus, et odit amaricantes, et nec frigidos, nec calidos, seu tepidos evomit ex ore suo ; et Jesus Christus dicit : « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me. » Est etiam tactus ille divinus, unde dicit Sponsa de Sponso : « Sinistra ejus sub capite meo, et dextera illius complectitur me. » Non sunt hæc in Deo per diversa corporis loca. Cum enim dicitur scire, ibi sunt omnia ; et videre, et audire, et olfacere, et gustare, et tangere, sine ulla ejus mutatione substantiæ, sine ulla mole, quæ in alia parte major, in alia minor, etiam in sensibus [*al.* senibus] puerili errore cogitatur, quando Deus sic cogitatur. Ne mireris, quod ineffabilis Dei scientia, qua novit omnia, per varios humanæ locutionis modos omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur : cum et ipsa mens nostra, hoc est homo interior, cui uniformiter scienti per hos quinque, veluti nuntios corporis diversa nuntiantur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit, et lumen videt, de quo dicitur : « Erat lumen verum ; » et Verbum audit, de quo dicitur : « Post odorem unguentorum tuorum currimus ; » et fontem bibit, de quo dicitur, « Mihi autem adhærere Deo bonum est ; » non aliud, atque aliud, sed una intelligentia tot sensuum nominibus nuncupatur. Cum ergo de Spiritu sancto dicitur : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, » multo magis ibi simplex natura, ubi verissime simplex

Ἐκ τοῦ ιϛ' λόγου, ἐξηγούμενος ἐκεῖνο τὸ ῥητόν· *Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, περὶ που τὰ μέσα τῆς πραγματείας οὕτω φησίν·

Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲ μιᾷ προσλήψει φύσεως ἀνθρωπίνης γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει ἀγγέλου γέγονεν ἄγγελος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει κτίσματος γέγονε κτίσμα, πῶς περὶ ἐκείνου τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου ῥηθὲν νοηθήσεται· « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει; » Μέγα τὸ ζήτημα, καὶ πάνυ μέγα. Αὐτὸ παρείη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τοὐλάχιστον οὕτως εἰπεῖν αὐτὸ δυνηθῶμεν, ὃν τρόπον λογίσασθαι δεδυνήμεθα, καὶ οὕτω κατὰ τὴν ἐμὴν εὐτελῆ ταύτην δύναμιν ἐπὶ τὴν ὑμετέραν νόησιν δυνηθῆναι διαβιβάσαι. Πρῶτον τοίνυν γινώσκειν ὠφείλετε, καὶ νοεῖν δύνασθε, πιστεύειν δὲ οἱ νοεῖν οὐχ οἷοί τε ὄντες ἐν τῇ οὐσίᾳ ἐκείνῃ, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεός, οὐχ ὥσπερ ἐν μεγέθει σωματος; αἰσθήσεις ἰδίοις τόποις διανεμημένας, ὥσπερ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἀλλαχοῦ. μὲν ἔστιν ὄψις, ἀλλαχοῦ δὲ ἀκοή, ὡσαύτως δὲ καὶ γεῦσις καὶ ὄσφρησις, πανταχοῦ δὲ ἁφή. Μὴ γένοιτο τοῦτο πιστεῦσαι τινὰ περὶ τὴν ἀσώματον φύσιν ἐκείνην καὶ ἀμετάβλητον. Ἐκεῖ τοίνυν τὸ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν ἓν ἐστι καὶ ταυτόν. Λέγεται καὶ ὄσφρησις ἐπὶ Θεοῦ, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, « Ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. » Ἀλλὰ καὶ γεῦσιν ἐκεῖ νοεῖν δυνατόν, καθ' ἣν ὁ Θεὸς μισεῖ τοὺς παραπικραίνοντας, καὶ τοὺς μήτε ψυχροὺς, μήτε θερμοὺς, ἀλλὰ χλιαροὺς ἐξεμεῖ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν, « Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. » Ἔστι καὶ ἁφὴ θεία, ὅθεν ἡ νύμφη περὶ τοῦ νυμφίου φησίν· « Ἡ ἀριστερὰ αὐτοῦ ὑπὲρ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τῇ δεξιᾷ περιλαμβάνει με. » Ἀλλ' αὐτὰ πάντα οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἐν διαφόροις τοῦ σώματος χώραις. Ὅταν γὰρ λέγηται γινώσκειν αὐτὸν, ἐκεῖ πάντα ταῦτά εἰσι, καὶ τὸ ὁρᾶν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ ὀσφραίνεσθαι, καὶ γεύεσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ἄνευ τινὸς μεταβολῆς τῆς οὐσίας ἐκείνης. ἄνευ μεγέθους, ὅπερ ἄλλοθι μὲν μεῖζον, ἄλλοθι δὲ ἔλαττον, κἀν ταῖς αἰσθήσεσι [*ἐν ἄλλῳ, κἀν τοῖς γέρουσι*] παιδικῇ διανοίᾳ νοῆται, ὅταν οὕτω λογίζηται περὶ Θεοῦ. Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ διαφόροις τρόποις ἀνθρωπίνης φωνῆς ἡ ἄῤῥητος τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμη, ᾗ πάντα οἶδε, πᾶσι τοῖς τῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεων τρόποις κατονομάζεται, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἡ ἡμετέρα διάνοια, ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος δηλονότι, ᾧτινι μονοειδῶς ἐπισταμένῳ διὰ τῶν πέντε τούτων αἰσθήσεων, ὥσπερ διά τινων ἀγγέλων σωματικῶν, πάντα σημαίνεται, τοσούτοις αἰσθήσεων ὀνόμασιν ὀνομάζεται· οὐκ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, ἀλλὰ μιᾷ νοήσει, ὅταν τὴν ἀμετάβλητον ἀλήθειαν ἐκείνην ὁρᾷ, αἰρῆται, ἀγαπᾷ, ὁρᾷ τὸ φῶς, περὶ οὗ λέγεται, « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, » καὶ ἀκούῃ τὸν λόγον, περὶ οὗ εἴρηται, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » καὶ δέχηται τὴν ὁσμὴν, περὶ ἧς εἴρηται, « Ὀπίσω τῆς ὀσμῆς τῶν μύρων σου δραμούμεθα· » πίνῃ τῆς πηγῆς, περὶ ἧς γέγραπται, « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· » ἀπολαύῃ τῆς ἁφῆς, περὶ ἧς λέγεται, « Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ ἀγαθόν ἐστιν. » Ὅταν τοίνυν περὶ τοῦ

Digitized by Google

est, et intelligenda est, vel credenda, quæ longe lateque naturam nostræ mentis excedit. Mutabilis quippe est mens nostra, quæ percipit discendo quod nesciebat, et amittit dediscendo, quod sciebat : et veri similitudine fallitur, ut pro vero approbet falsum, et obscuritate sua, quasi quibusdam tenebris impeditur, ne perveniat ad verum : et ideo non est ista substantia verissime simplex, cui non hoc est esse quod est nosse ; potest enim esse, nec nosse. At illa divina non potest, quia id, quod habet est. Ac pro hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia, qua scit, aliud essentia, qua est ; sed utrumque unum est. Nec utrumque dicendum est, quod simpliciter unum est, sicut habet Pater vitam in semetipso, nec aliud est ipse quam vita, quæ in ipso est ; et dedit Filio habere vitam in semetipso, hoc est, genuit Filium, qui et ipse vita esset ; sic itaque debemus accipere, quod de Spiritu sancto dictum est : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, » ut intelligamus non eum esse a semetipso; Pater quippe solus de alio non est. Nam et Filius de Patre natus est ; et Spiritus de Patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ ; nam, et Filius ei de quo natus est, et Spiritus sanctus ei de quo procedit, æqualis est. Quid autem illic intersit inter procedere et nasci, et longum est quærendo disserere, et temerarium, cum disseneris, definire : quia hoc, et menti utcunque comprehendere, et si quid forte mens inde comprehenderit, linguæ difficillimum est explicare, quantuslibet præsit doctor, quantuslibet adsit auditor. Non ergo loquetur a semetipso, quia non est a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur. Ab illo audiet a quo procedit. Audire illi scire est, scire vero esse, sicut superius disputatum est. Quia ergo non est a semetipso, sed ab illo a quo procedit, a quo illi est essentia, ab illo scientia, ab illo igitur audientia, quod nihil est aliud, quam scientia. Nec moveat, quod verbum futuri temporis positum est Non enim dictum est, Quæcunque audivit, aut Quæcunque audit, sed : Quæcunque audiet loquetur ; illa quippe audientia sempiternum est, quia sempiterna scientia. In eo autem quod sempiternum est, sine initio, et sine fine, cujuslibet temporis verbum ponatur, sive præteriti, sive præsentis, sive futuri, non mendaciter ponitur. Quamvis enim natura illa immutabilis, et ineffabilis, non recipiat fuit, et erit, sed tantum est, ipsa enim veracior est, quia mutari non potest, et ideo illi tantum convenerat dicere : « Ego sum, qui sum : » et : « Dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos ; » tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas, et nostra mutabilitas,

Πνεύματος τοῦ ἁγίου λέγηται, « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, » πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ δεῖ νοεῖν ἁπλῆν φύσιν, ὅπου ἀληθέστατα ἁπλῆν ἢ νοεῖν ἢ πιστεύειν χρή, ἐπ' ἄπειρον μῆκος καὶ πλάτος τὴν τῆς ἡμετέρας διανοίας ὑπερβαίνουσαν φύσιν. Μεταβ ητὴ γάρ ἐστιν ἡ ἡμετέρα διάνοια, ἐπεὶ μανθάνουσα δέχεται ὃ ἠγνόει, καὶ ἀπομανθάνουσα ἀπώλεσεν ὃ ἠπίστατο, καὶ τοῦ ἀληθοῦς ὁμοιότητι σφάλλεται· ὡς ἀντὶ τῶν ἀληθῶν τοῖς ψεύδεσι συντίθεται, καὶ τῇ ἑαυτῆς ἀμαυρότητι, ὥσπερ τινὶ σκότει πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀφικέσθαι κωλυομένη. Ὅθεν ἀληθέστατα οὐκ ἔστιν ἁπλῆ οὐσία ἐκείνη, ᾗ μὴ ἔστιν ὅπερ τὸ εἶναι τοῦτο καὶ τὸ γινώσκειν. Δύναται γὰρ εἶναι καὶ μὴ νοεῖν. Τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἀδύνατον οὕτως εἶναι · ὃ γὰρ ἔχει, τοῦτο καὶ ἔστι. Κἀντεῦθεν οὐχ οὕτως ἔχει τὴν ἐπιστήμην, ὥσθ' ἕτερον ἐκείνῃ τὴν ἐπιστήμην, ᾗ ἐπίστασθαι εἶναι, καὶ ἕτερον τὴν οὐσίαν ᾗ ἐστιν. Ἀλλ' ἑκάτερον ἐκεῖ ἕν, μᾶλλον δὲ οὐδ' ἑκάτερον· αὐτόθι λέγεσθαι δεῖ, ἔνθα ἁπλῶς ἔν ἐστιν· ὥσπερ τοίνυν ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ οὐχ ἕτερόν ἐστιν αὐτὸς ἢ ἡ ἐν αὐτῷ οὖσα ζωή, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, τουτέστι γεγέννηκεν Υἱὸν καὶ αὐτὸν ὄντα ζωήν. Οὕτω τοίνυν ὀφείλομεν λαμβάνειν καὶ τὸ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένον· « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, » ἵν' ἐκεῖνο νοῶμεν, μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ μόνος οὐκ ἔστι παρ' ἄλλου· καὶ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Ὁ δὲ Πατὴρ οὔτ' ἄλλων ἔσχε γεννήτορα, οὔτ' ἐκπορεύεται παρ' ἑτέρου.

Οὐ μὴν διὰ τοῦτό τις ἀνισότης ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐκείνῃ Τριάδι τοῖσδε ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς συναντάτω· καὶ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς τῷ ἐξ οὗ γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ παρ' οὗ ἐκπορεύεται, ἴσοι εἰσί. Τί δὲ ἐκεῖ διαφέρει τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι καὶ μακρόν ἐστι ζητοῦντα σαφηνίζειν, καὶ προπετὲς διορίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ διανοίᾳ καταλαβεῖν ἀμηγέπη, καὶ εἴ τί ποτ' ἴσως ἡ διάνοια ἔγνω, δυσχερέστατον ἀνελίττειν τῇ γλώττῃ, κἂν ἐφσσνοῦν τῆς περὶ ταῦτα τριβῆς ἡ ὁ διδάσκαλος προῆλθεν, ἡ ὁ ἀκροατὴς ἔπηται. Οὐ τοίνυν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ, ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. Παρ' ἐκείνου ἀκούσει παρ' οὗ ἐκπορεύεται. Ἀκούειν ἐκείνῳ τὸ γινώσκειν ἐστί. Γινώσκειν δὲ τὸ εἶναι, ὥσπερ ἀνωτέρω διειλέγμεθα. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου παρ' οὗ ἐκπορεύεται, παρ' οὗ ἐστιν ἐκείνῳ ἡ ὕπαρξις, παρ' ἐκείνου καὶ ἡ γνῶσις, παρ' ἐκείνου τοίνυν καὶ ἡ ἀκρόασις, ἥτις οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ γνῶσις. Μὴ ταραττέτω δὲ ὑμᾶς, ὅτιπερ ἐνταῦθα κεῖται ῥῆμα μέλλοντος χρόνου. Οὐ γὰρ εἴρηται, Ὅσα ἤκουσεν, ἢ, Ὅσα ἀκούει, ἀλλ', Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. Ἐκείνη γὰρ ἡ ἀκρόασις αἰωνία ἐστὶν, ἐπεὶ καὶ ἡ γνῶσις αἰωνία. Ἐν δὲ τῷ ἄνευ ἀρχῆς καὶ τέλους αἰωνίῳ ὅπερ ἂν ῥῆμα χρόνου ῥηθείη, εἴτε παρῳχημένου, εἴτε ἐνεστῶτος, εἴτε καὶ μέλλοντος, οὐ ψευδῶς τοῦτο εἰρήσεται. Εἰ γὰρ ἡ ἀμετάβλητος καὶ ἄῤῥητος ἐκείνη φύσις οὐ δέχεται τὸ ἦν, καὶ τὸ ἔσται, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐστὶν, αὕτη γὰρ ἀληθῶς ἐστὶν, ὅτι ἀμετάβλητός ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνῃ λέγειν ἁρμόζει, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, » καὶ,

Digitized by Google

non mendaciter dicimus, et fuit, et erit, et est ; fuit in præteritis sæculis, est in præsentibus, erit in futuris ; fuit, quia nunquam defuit ; erit, quia nunquam deerit ; est, quia semper est. Neque enim velut qui jam non sit cum præteritis occidit, aut cum præsentibus, velut qui non maneat, labitur, aut cum futuris, velut qui non fuerat, orietur. Proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicantur cujuslibet temporis verba. Semper itaque audit Spiritus sanctus, quia semper scit. Ergo et scivit, et scit, et sciet. Ac per hoc et audivit, et audit, et audiet ; quia sicut jam diximus, hoc est illi audire, quod scire ; et scire illi hoc est quod esse. Ab illo igitur audivit, audit, et audiet a quo est : ab illo est, a quo procedit. Hic aliquis fortasse quærat, utrum et a Filio procedat Spiritus sanctus. Filius enim solius Patris est Filius ; et Pater solius Filii est Pater : Spiritus autem sanctus non est unius eorum Spiritus, sed amborum. Habes ipsum Dominum dicentem : « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. » Habes et Apostolum : « Misit Deus, inquit, Spiritum Filii sui in corda vestra. » Numquid duo sunt, alius Patris, alius Filii ? Absit ! « Unum enim corpus, » ait, cum significaret Ecclesiam ; moxque addidit, « et unus Spiritus. » Et vide quomodo ille impleat Trinitatem : « Sicut vocati estis, inquit, in una spe vocationis vestræ ; unus Dominus. » Hic utique Christum intelligi voluit. Restat, ut etiam Patrem nominet. Sequitur ergo : Una fides, unum baptisma, unus Deus, et Pater omnium, qui super omnes, et per omnia et in omnibus nobis. » Cum ergo, sicut unus Pater, et unus Dominus, id est Filius, ita sit et unus Spiritus sanctus, profecto amborum est, sicut ipse Christus Jesus dixit : « Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. » Et dicit Apostolus : « Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. » Habes et alio loco eumdem Apostolum dicentem : « Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vobis » Hic utique Spiritum Patris intelligi voluit. De quo tamen alio loco dicit : « Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. » Et multa alia sunt testimonia, quibus hoc evidenter ostenditur, et Patris, et Filii, ipsum esse Spiritum, qui in Trinitate dicitur Spiritus sanctus. Nec ob aliud existimo ipsum vocari proprie Spiritum, cum etiam si de singulis interrogemur, non possimus nisi Patrem et Filium dicere, quoniam Spiritus est Deus, id est, non corpus est Deus, sed Spiritus. Quod ergo communiter vocantur et singuli, hoc proprie vocari oportuit eum qui non est unus eorum.

« Τάδε ἐρεῖ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· » ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν τῶν χρόνων μεταβολήν, οὐ ψευδῶς λέγομεν καὶ τὸ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, ἐν ᾗ στρέφεται ἡ ἡμετέρα θνητότης καὶ μεταβολὴ· ἦν ἐν τοῖς παρελθοῦσιν αἰῶσιν, ἔστιν ἐν τοῖς παροῦσιν, ἔσται ἐν τοῖς μέλλουσιν· ἦν, ὅτι μηδέποτ' ἀπῆν· ἔστι, ὅτι μηδέποτ' ἀπέστη· ἔστιν, ὅτι ἀεί ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἂν ᾖδη μὴ ὢν μετὰ τῶν παρῳχημένων λήγει, ἢ μετὰ τῶν παρόντων, ὡς ἂν μὴ μένων ῥεῖ, ἢ μετὰ τῶν μελλόντων, ὡς ἂν μὴ πρότερον ὢν ἀνίσχει. Ὅθεν ἐπεὶ κατὰ τὰς τῶν χρόνων περιδρομὰς ἡ ἀνθρωπίνη ποικίλλεται διάλεξις, ὁ κατὰ μηδένα χρόνον ἢ δεδυνημένος, ἢ δυνάμενος, ἢ δυνησόμενος ἀπεῖναι, ἀληθῶς ἔχει κατηγορούμενα πάντων τῶν χρόνων τὰ ῥήματα. Ἀεὶ τοίνυν ἀκούει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀεὶ γὰρ οἶδεν. Ὥστε καὶ οἶδε, καὶ ᾖδει, καὶ εἴσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀκήκοε, καὶ ἀκούει, καὶ ἀκούσεται· ἐπεὶ, καθὼς ἔφημεν ἤδη, τοῦτ' ἐστὶν ἐκείνῳ τὸ ὀκούειν ὅπερ τὸ εἰδέναι, καὶ τὸ εἰδέναι ὅπερ τὸ εἶναι ; Παρ' ἐκείνου τοίνυν ἀκήκοεν, ἀκούει, καὶ ἀκούσεται παρ' οὗ ἐστι· παρ' ἐκείνου ἐστὶ παρ' οὗ ἐκπορεύεται. Ἐνταῦθα τοίνυν ἴσως ζητεῖ τις, Πότερον καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ; Ὁ γὰρ Υἱὸς μόνου τοῦ Πατρός ἐστιν Υἱὸς, καὶ ὁ Πατὴρ μόνου τοῦ Υἱοῦ Πατήρ ἐστι· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ θατέρου τούτων μόνον ἐστὶ Πνεῦμα, ἀλλ' ἀμφοτέρων. Ἔχει: αὐτὸν τὸν Κύριον λέγοντα· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Ἔχεις καὶ τὸν Ἀπόστολον, « Ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἀλλ' ἆρα μὴ δύο εἰσὶν, ἕτερον τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, καὶ ἕτερον τὸ τοῦ Υἱοῦ ; Μὴ γένοιτο ! « Ἓν γὰρ εἰπὼν σῶμα, » ὅτε τὴν Ἐκκλησίαν ἐδήλου, εὐθὺς προστίθησι, « Καὶ ἓν Πνεῦμα. » Καὶ θεάσασθε πῶς ἐκεῖ συμπληροῖ τὴν Τριάδα. « Ὥσπερ ἐκλήθητε, φησὶν, ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν, εἷς Κύριος. » Ἐνταῦθα σαφῶς τὸν Χριστὸν νοεῖσθαι ἠθέλησε. Λείπεται λοιπὸν ὀνομάσαι καὶ τὸν Πατέρα. Ἐπάγει τοίνυν, « Μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν. » Ἐπεὶ τοίνυν ὥσπερ εἷς Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος, τουτέστιν Υἱὸς, οὕτω εἷς καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἀναμφιβόλως ἀμφοτέρων ἐστὶν· ὥσπερ ὅταν αὐτὸς μὲν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς λέγῃ, « Τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· » ὁ δὲ Ἀπόστολος λέγει, « Ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἔχεις ἑτέρωθι τὸν αὐτὸν Ἀπόστολον λέγοντα· « Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· » ἐνταῦθα πάντως τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς νοεῖσθαι ἠθέλησεν. Ἀλλ' ὅμως ἐν ἑτέρῳ τόπῳ περὶ τούτου φησίν· « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι μαρτυρίαι, δι' ὧν ἀποδήλως δείκνυται τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὅπερ ἐν τῇ Τριάδι λέγεται Πνεῦμα ἅγιον. Καὶ οὐ δι' ἕτερον δὲ νομίζω Πνεῦμα τοῦτο κεκλῆσθαι, ὅπερ καὶ ἐφ' ἑκάστου ἐρωτώμενοι οὐ συνησόμεθα, μὴ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν εἰπεῖν Πνεῦμα. Πνεῦμα γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, οὐ σῶμά ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ Πνεῦμα. Ὁ τοίνυν κοινῶς

Digitized by Google

sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus, quod etiam de Filio procedat Spiritus sanctus, cum Filii quoque ipse sit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem se repræsentans discipulis suis insufflasset, dicens : « Accipite Spiritum sanctum. » Quid enim aliud significavit insufflatio, nisi quod procedat Spiritus sanctus et de ipso? Ad hoc pertinet etiam illud, quod de muliere quæ fluxum sanguinis patiebatur, ait : « Tetigit me aliquis; ego enim sensi de me virtutem exiisse. » Nam virtutis nomine appellari etiam Spiritum sanctum, et eo loco clarum est, ubi angelus, dicenti Mariæ : « Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? » respondit : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Et ipse Dominus promittens cum discipulis, ait : » Vos sedete in civitate, quousque induamini virtute ex alto. » Et iterum: « Accipietis, inquit, virtutem Spiritus sancti, supervenientem in vos, et eritis mihi testes. » De hac virtute credendus est dicere evangelista : « Virtus de illo exibat, et sanabat omnes. » Si ergo et de Patre et de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dixit : « De Patre procedit? » Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre, et quod ipsius est, de quo et ipse est? Unde illud est, quod ait : « Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. »

A

B

Si igitur intelligitur hic, ejus doctrina, quam tamen dixit non suam, sed Patris, quanto magis illic intelligendus est, et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait : « De Patre procedit, » ut non diceret : De me non procedit? A quo autem habet Filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus, ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus, ac per hoc Spiritus sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. Hic utcunque etiam illud intelligitur quantum a talibus, quales nos sumus, intelligi potest, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere Spiritus sanctus. Quoniam si et ipse Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod absurdissimum est : Filius quippe nullus est duorum, nisi patris, et matris. Absit autem, ut inter Deum Patrem, et Deum Filium tale aliquid suspicemur! Quia nec Filius hominis simul, et ex patre et ex matre procedit; sed cum procedit ex patre, non tunc procedit et ex matre; et cum in hanc lucem prodit, procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de Patre procedit in Filium, et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit : quamvis hoc Filio Pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat. Neque enim possumus dicere quod non sit vita Spiritus san-

καὶ ἑκάτερος καλοῦνται, ἰδίως τοῦτο ἕδει καλεῖσθαι ἐκεῖνο ὅπερ οὐ θατέρου τούτων ἐστίν, ἀλλ' ἐν ᾧ φαίνεται τὸ κοινὸν ἀμφωτέρων. Διατί τοίνυν μὴ πιστεύσωμεν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν αὐτὸ Πνεῦμα; Εἰ γὰρ μὴ παρ' αὐτοῦ ἐξεπορεύετο, οὐκ ἂν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτὸν ἐμφανίζων τοῖς μαθηταῖς, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Τί γὰρ ἕτερον ἐδηλοῦτο δι' ἐκείνου τοῦ ἐμφυσήματος, εἰ μὴ ὅτι καὶ παρ' ἐκείνου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται; Πρὸς τοῦτο δ' ἀνήκει καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ φησὶ περὶ τῆς αἱμορροούσης γυναικός· « Ἥψατό μού τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ· » τὸ γὰρ τῷ ὀνόματι τῆς δυνάμεως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καλεῖσθαι δῆλον ἐξ ὧν ὁ ἄγγελος, τῇ Μαρίᾳ λεγούσῃ, « Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » ἀπεκρίνατο· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπισχνούμενος αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς φησιν· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, » καὶ πάλιν· « Λῆψεσθε, φησὶ, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες. » Περὶ ταύτης τοίνυν τῆς δυνάμεως πιστευτέον τὸν εὐαγγελιστὴν λέγειν, « Δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἴατο πάντας. » Εἰ τοίνυν καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τίνος χάριν ὁ Υἱὸς εἰρηκε, « Παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; » Διατί οὖν οἶει; Πάντως ὃν τρόπον εἰώθειν ἀναφέρειν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὰ ἑαυτοῦ,

C

παρ' οὗ καὶ αὐτός ἐστιν. Ὅθεν κἀκεῖνό ἐστιν, ὃ φησιν, « Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός. » Εἰ τοίνυν κἀνταῦθα νοεῖται καὶ αὐτοῦ ἡ διδασκαλία, καίτοι ταύτην οὐχ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς εἶναι φήσαντος, πῶς οὐ μᾶλλον κἀκεῖ δεῖ νοεῖν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔνθα οὕτως ἔφησεν, ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, ὡς μὴ λέγειν καὶ « παρ' ἐμοῦ μὴ ἐκπορεύεσθαι; » παρ' οὗ δὲ ἔχει ὁ Υἱὸς τὸ εἶναι Θεὸς, ἔστι γὰρ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, παρ' αὐτοῦ ἔχει πάντως τὸ καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐνταῦθα ἀπωσοῦν κἀκεῖνος νοεῖται, ὡς δυνατὸν παρὰ τὸ, οἷοι ἡμεῖς, νοεῖσθαι, πῶς οὐ μᾶλλον γεννᾶσθαι, ἀλλ' ἐκπορεύεσθαι λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Εἰ γὰρ τοῦτο Υἱὸς ἐλέγετο, ἀμφοτέρων ἂν υἱὸς ἐλέγετο, ὅπερ ἀνοητότατόν ἐστιν. Οὐδεὶς γὰρ Υἱὸς δυεῖν ἐστι πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρός. Ἀπείη δὲ τοιοῦτόν τι μεταξὺ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ ἡμᾶς ἐποπτεύειν. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς τῶν ἀνθρώπων οὐχ ἅμα ἐκ τοῦ πατρὸς πρόεισι καὶ τῆς μητρός· ἀλλ' ὅταν προΐῃ ἐκ τοῦ πατρὸς, οὕπω πρόεισιν ἐκ τῆς μητρός· καὶ ὅταν εἰς τοῦτο τὸ φῶς προέρχηται, οὐ τότε προέρχεται καὶ ἐκ τοῦ πατρός. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται εἰς τὸν Υἱὸν, κἀκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται πρὸς τὸ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλ' ὁμοῦ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται, εἰ καὶ ὁ Πατὴρ τοῦτο δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵν' ὥσπερ ἐξ ἑαυτοῦ, οὕτω καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκπορεύηται. Οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα λέγειν, μὴ εἶναι ζωὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπεὶ καὶ ὁ Πατὴρ ζωή ἐστι καὶ ὁ Υἱός. Καὶ διὰ τοῦτο

D

Digitized by Google

ctus : cum vita sit Pater, vita sit Filius. Ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, dedit et Filio habere vitam in semetipso : sic ei dedit vitam procedere de illo, sicut procedit et de ipso. Sequuntur autem verba Domini dicentis : «Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.»

Ex Tractatu C, super illis verbis : *Ille me clarificabit*.

Quod enim ait : « Ille me clarificabit, » potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, spiritualesque faciendo, declaravit eis quomodo Filius Patri esset æqualis : quem secundum carnem prius tantummodo noverant, et hominem sicut homines cogitabant. Vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti, et timore depulso, annuntiaverunt hominibus Christum ; ac sic fama ejus diffusa est in toto orbe terrarum, ut sic dixerit : «Ille me clarificabit.» Tanquam diceret : Ille vobis auferet timorem, et dabit amorem : quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in Spiritu sancto, hoc eumdem Spiritum dixit esse facturum. Quale est etiam illud : «Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.» Verbum quippe Græcum, quod est, δοξάσει, alius *clarificabit*, alius *glorificabit*, Latini interpretes in sua quisque translatione posuerunt, quoniam ipsa quæ Græce dicitur δόξα, unde dictum est verbum δοξάσει, et *claritas* interpretatur, et *gloria*. Gloria namque fit quisque clarus, et claritate gloriosus ; ac per hoc, quod utroque verbo significatur, idipsum est. Sicut autem definierunt antiqui Latinæ linguæ clarissimi auctores, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude ; quæ cum est in hoc mundo facta de Christo, non Christo credenda est magnum aliquid contulisse, sed mundo. Bonum enim laudare, non laudato, sed laudantibus prodest.

Et infra versus finem :

Nihil hoc loco dicendum est de iis qui Christum vituperant atque blasphemant, quia de gloria ejus loquimur, qua est glorificatus in mundo ; non enim glorificavit Spiritus sanctus vera gloria, nisi in Ecclesia sancta catholica. Alibi enim, id est, vel apud hæreticos, vel apud quosdam paganos, vera ejus in terris gloria non potest esse, et ubi videtur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo ejus gloria in Ecclesia catholica sic a Propheta cantatur : «Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.» Quia itaque post ejus exaltationem venturus erat Spiritus sanctus, et eum

ὥσπερ Πατὴρ ζωὴν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· οὕτως ἔδωκε ζωὴν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐξ ἐκείνου, ὥσπερ ἐκπορεύεται καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. Ἐφεξῆς εἰσι ῥήματα τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. »

Ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ λόγῳ μετ' ὀλίγα τινὰ οὕτω φησίν·

Ὁ γὰρ λέγει, « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, » οὕτω δυνατὸν τοῦτο νοεῖσθαι, ὅτι Τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις ἐκχέον, πνευματικούς τε ποιοῦν, φανερὰν τούτοις ποιήσει τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα· ὃν κατὰ τὴν σάρκα μόνον ἤδεσαν πρότερον, καὶ ἄνθρωπον μόνον ὡς ἄνθρωποι ἐλογίζοντο. Ἢ καὶ τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι διὰ τῆς ἀγάπης παῤῥησίας πλησθέντες, καὶ τὸν φόβον ἀπωσάμενοι, τοῖς ἀνθρώποις ἀνήγγειλαν τὸν Χριστόν· καὶ οὕτως ἡ ἐκείνου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκέχυται. Καὶ οὕτω λέγων, « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, » ὁμοιόν φησιν, ὥσπερ ἂν ἔλεγεν, Ἐκεῖνος ἀφελὼν τὸν φόβον, παρέξεται τὴν ἀγάπην, δι' ἣν με θερμότερον κηρύττοντες, καθ' ὅλον τὸν κόσμον τῆς ἐμῆς δόξης διαδώσετε τὴν ὀσμὴν, βεβαιώσετε τὴν τιμήν. Ὃ γὰρ ἐκεῖνοι πράττειν ἔμελλον ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, τοῦτό φησιν, ὅτι πράξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἷόν ἐστι κἀκεῖνο· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Τὸ γὰρ Ἑλληνικὸν ῥῆμα, τὸ, *δοξάσει*, οἱ μὲν τῶν Λατίνων ἑρμηνέων *κλαριφικάβιτ*, οἱ δὲ *γλοριφικάβιτ* ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἑρμηνείαις ἐξέδωκαν. Ὁ γὰρ Ἑλληνικῶς λέγεται *δόξα*, ὅθεν καὶ τὸ *δοξάσει* λέγεται ῥῆμα, καὶ *κλάριτας*, καὶ *γλόρια* ἑρμηνεύεται. Καὶ γὰρ τῇ τε γλορίᾳ γίνεταί τις κλάρους, καὶ τῇ κλαριτάτι γλοριόζους· κἀντεῦθεν ταυτὸ δι' ἑκατέρου δηλοῦται ῥήματος. Καὶ γὰρ ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι τῆς Λατινικῆς γλώσσης λαμπρότεροι ἡγεμόνες ὡρίσαντο, γλόριά ἐστι συνεχὴς τῶν μετ' ἐπαίνου περί τινος φήμη· ἥτις ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περὶ τοῦ Χριστοῦ κηρυχθεῖσα, δῆλον ὡς οὐ μέγα τι συνεισήνεγκε τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ τῷ κόσμῳ. Τὸ γὰρ ἐπαινεῖν τἀγαθὸν οὐ τῷ ἐπαινουμένῳ, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι λυσιτελεῖ.

Ἔτι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ πρὸς τὸ τέλος·

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ οὐδὲν δεῖ λέγειν περὶ τῶν τὸν Χριστὸν ὑβριζόντων ἢ βλασφημούντων· ἐπὶ περὶ τῆς ἐκείνου δόξης διαλεγόμεθα, καθ' ἣν δεδόξασται ἐν τῷ κόσμῳ. Οὐ γὰρ ἐδόξασε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν Χριστὸν ἀληθεῖ δόξῃ εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀλλαχοῦ γὰρ ἢ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, ἢ παρά τισι τῶν ἀσεβῶν, ἀληθῆ δόξαν εἶναι περὶ ἐκείνου ἀδύνατον, ἢ συνεχῆ εἶναι περὶ ἐκείνου φήμην μετ' ἐπαίνου. Ἀληθὴς δὲ ἐκείνου δόξα ἐν τῇ καθολικῇ ἐστιν Ἐκκλησίᾳ. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Προφήτης ψάλλει· « Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » Ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τὴν ὕψωσιν αὐτοῦ ἔμελλεν ἥξειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοῦτον δοξάσειν, καὶ ὁ ἱερὸς ψαλμὸς καὶ αὐτὸς ὁ Μονογενὴς προεῖπεν ἐσόμενον, ὃ πεπληρωμένον ὁρῶμεν. Ὃ δὲ εἴρηκεν, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » ὀρθοδόξοις ὡσὶν ἀκούετε, ὀρθοδόξοις, δ ἀγοίαις νοεῖτε· οὐ

Digitized by Google

glorificaturus : hoc sacer psalmus, hoc ipse Unigenitus promisit futurum, quod videmus impletum. Quod autem ait : « De meo accipiet, et annuntiabit, » catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus. Non enim propterea, sicut quidam hæretici putaverunt, minor est Filio Spiritus sanctus ; quasi Filius accipiat a Patre, et Spiritus sanctus a Filio quibusdam gradibus naturarum. Absit hoc credere ! absit hoc dicere ! absit a Christianis cordibus cogitare !

γὰρ ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν τῶν αἱρετικῶν, ἐλαττόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς ἂν τοῦ μὲν Υἱοῦ λαμβάνοντος παρὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος παρὰ τοῦ Υἱοῦ βαθμοί τισι φύσεων. Ἀπείη τοῦτο πιστεύειν, ἀπείη τοῦτο λέγειν, ἀπείη Χριστιανῶν καρδίαις ταῦτα λογίζεσθαι !

Præter hæc testimonia certissima sancti Augustini, placet addere etiam testimonium a nostratibus quoque in Græcum conversum ex libro, qui *De cognitione veræ vitæ* inscribitur cap. 10, tom. IX ; qui liber, quamvis non sit certum esse Augustini, quod non reperiatur in *Retractationibus*, neque in Indiculo Possidii, et theologi Lovanienses negent ex phrasi illum esse Augustini, Bellarminus tamen in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, de opusculis ejusmodi quæ sunt in tomo IX Augustini, censurat, nec posse certo astruere eos esse Augustini, cum diligentissimus collector Possidius eos præterierit, neque inveniantur a Beda citari, qui ex operibus Augustini Commentaria in Epistolas beati Pauli confecit ; neque audere plerosque horum librorum negare esse Augustini, cum pii sint et docti, et Augustini ingenio non indigni. Sic igitur auctor quicunque sit, disserit de Trinitate in eo libro, in quo, tanquam in Dialogo, *Fratres* interrogant, *Magister* respondet.

Cap. 10, *ac deinceps :*

Fratres. Sed quia pondus carnis animam aggravat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem divina contemplantem pulsat. Cum enim superius ratio unum Deum verissime esse demonstraverit, et ipsum solum cuncta ex nihilo fecisse probaverit, quomodo quasi tres deos adorare docemur, dum Patrem perfectum Deum, Filium perfectum Deum, Spiritum sanctum perfectum Deum confiteri monemur ? Dum enim subdistinctæ tres personæ distinguuntur, quid aliud quam tres dii a nobis intelliguntur ?

Magister. In ipsa veritate se demonstrante, et ratione probante, citius videbitis necessariam in una essentia personarum Trinitatem, item per omnia necessariam tribus personis individuæ substantiæ unitatem. Cum jam superius ænigmatice de eo loquerer, quia non poteram proprie, quid dixi essentiam Dei esse ?

Fratres. Lucem.

Magister. De luce quid gignitur ?

Fratres. Splendor.

Magister. Quid in luce et splendore simul consideratur ?

Fratres. Calor.

Magister. Num in substantia lucis, splendoris et caloris invenitur diversitas ?

Fratres. Non, sed identitas.

Magister. Num in vocabulis, vel officiis prædicatur identitas ?

Fratres. Minime, sed diversitas ; nam lucis vocabulum ipsam substantiam, splendoris vocabulum lucis gratiam, caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam.

Ἀποκοπὴ εἴτε ἀπόσπασμα ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, ἐν ᾧ ὡς ἐν διαλόγῳ ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀδελφοί, ἀποκρίνεται δὲ ὁ διδάσκαλος.

διελεγόμην περὶ Θεοῦ δι' αἰνίγματος, ἐπεὶ κυρίως οὐχ οἷός τε ἦν, τί ποτε τὴν οὐσίαν ἔφην τοῦ Θεοῦ, εἰ μέμνησθε ;

Ἀδελφοί. Ἀλλ' ὅτι τὸ τῆς σαρκὸς βάρος πιέζει τὴν ψυχὴν, ἀμέλει καὶ ὁ σαρκικὸς λογισμὸς τὴν θεωρὸν τῶν θείων διάνοιαν ἐνοχλεῖ. Ἀνωτέρω μὲν ὁ σὸς λόγος ἕνα Θεὸν ἀπέδειξεν ἀληθέστατα, καὶ αὐτὸν μόνον παρέστησεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πάντα παραγαγεῖν, ἀλλὰ νῦν πάλιν τρεῖς θεοὺς προσκυνεῖν ἡμᾶς εἰπόι τις ἄν, διδάσκοντός σου, τέλειον Θεὸν τὸν Πατέρα, τέλειον Θεὸν τὸν Υἱὸν, τέλειον Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεῖν ὁμολογεῖν. Ὅταν γὰρ τρία πρόσωπά τις ὁμολογῇ διακεκριμένα, ἕτερον ἢ τρεῖς θεοὺς ἀναγκασθήσεται πάντως ὁμολογεῖν.

Διδάσκαλος. Αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἑαυτὴν δεικνύσης. καὶ τοῦ λόγου συνεπιψηφιζομένου, δῆλόν ἐστι ἐξ ἀνάγκης ἐν μιᾷ οὐσίᾳ Τριάδα προσώπων, καὶ πάλιν ἂν ἀγχαίαν διὰ πάντων ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις μίαν ἀδιαιρέτου οὐσίας ἑνότητα. Ὅτε τοίνυν ἀνωτέρω

Ἀδελ. Φῶς.

Διδ. Ἐκ τοῦ φωτὸς τί γεννᾶται ;

Ἀδελ. Ἀπαύγασμα.

Διδ. Τί δὲ πάλιν ἐν τῷ φωτὶ καὶ τῷ ἀπαυγάσματι κοινῶς θεωρεῖται ;

Ἀδελ. Θέρμη.

Διδ. Μὴ τοίνυν ἐν τῇ τοῦ φωτὸς, τοῦ ἀπαυγάσματος, τῆς θέρμης οὐσία ἐστί τις διαφορά ;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ταυτότης.

Διδ. Ἀλλ' ἆρα μὴ ἡ αὐτὴ καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις θεωρεῖται ταυτότης ;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορά· τὸ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς ὄνομα αὐτὴν τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ τοῦ ἀπαυγάσματος τὴν τοῦ φωτὸς χάριν, τὸ δὲ τῆς θέρμης τὴν τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος δρᾶσιν ἐκφαίνειν δοκεῖ.

Digitized by Google

Magister. Igitur patet tria vocabula diversa unam conflare individuam essentiam.

Fratres. Per omnia patet.

Magister. Summum Spiritum Patrem lucem appellari, habetis in Joanne apostolo : « Deus lux est, et in eo tenebræ non sunt ullæ. » Summum quoque Spiritum Filium splendorem nuncupari, habetis in alio apostolo : « Qui est splendor substantiæ ejus; » summum nihilominus Spiritum sanctum calorem nominari apud Moysen : « Deus noster ignis est. » Cum itaque lux, splendor, calor, una sit natura, et individua substantia, vocabula vero diversa, constat profecto Patris et Filii et Spiritus sancti unam naturam et individuam essentiam esse, dum in eo quod significat quid sit, substantialiter Spiritus nominatur, et item in personis diversitatem necessariam, dum Pater gignens, Filius nascens, Spiritus sanctus ab utroque procedens prædicatur.

Fratres. Plane Trinitatem in personis perspicue videmus, et necessariam in substantia unitatem evidenter tenemus.

